Copiese la portada

M. S. 4.º pasta con 278 hojas sin foliar bien tratado completo.

P. = Cardenas tract. var. Theol. Sch.

Continet Tractatum de Æternitatis attributo
Tractatum de Immensitatis attributo.
Tractatum de Scientia Dei.
Tractatum de Ultimo Fine.
Tractatum de Beatitudine.

IHS. M.

TRACTATUS DE IMMENSITATIS ATTRIBUTO APUD D. THOMAM I. P. Q. 8.

Expositus a Patre Ioanne de Cardenas, & Mendieta in D. Caroli Borromæi PP. C. R. M. Collegio Salmantino Theologiæ lectore

Pro Cursu ab anno Dñi 1619 ad 168[illegible]

DISPUTATIO UNICA DE EXISTENTIA DEI IN REBUS

QUÆSTIO I.

UTRUM DEUS SIT UBIQUE?

§. 1.

Premittuntur nonnulla

1 Primo notandum est quod sy esse ubique sumi potest dupliciter scilicet, vel perse, vel per accidens; per accidens enim aliquid potest esse ubique, usi eius sphæra ad omnia loca creata, quæ pro inde limitata sunt extendatur; v.g. si Deus crearet Angelum ita perfectissimum, ut totum universum repleret, (dicitur enim in tractatu de Angelis quod quo Angelus est perfectior, eo maiorem potest occupare locum) Unde potest Deus de potentia absoluta creare Angelum, qui totum universum habeat pro sphæra adæquata suæ virtutis ubicativæ; Cæterum hic modus existendi ubique, est talis per accidens, id est quia non datur alius locus, nam si supra cœlum Empyreum, aliud cœlum crearet Deus, tunc casus Angelus ille illud aliud cœlum non posset occupare, nisi forte, huius Universi locum amittendo.

2 Similiter etiam, si per impossibile Deus anihilaret totum universum, pro indeque omnia loca destrueret, & postea solum crearet unicum granum synâpis, tunc casus tale granum, esset ubique, cæterum ille modus, ubique existendi, esset talis per accidens, defectu nempe alterius loci, nam si Deus alium locum produceret, in illo non esset illud granum synâpis.

3 E contra vero dicitur aliquid existere perse ubique quando attenta sua virtute, & vi, omnia loca creata, & creabilia, quantumvis maxima, usque in infinitum replere potest. unde implicat locus ubi non sit, quod sic perse existit ubique.

§. II.

Statuitur conclusio.

4 Sit conclusio: de Fide est Deum perse, & simpliciter esse ubique, seu in omni re, & loco reali, existente extra causas.

5 Probatur primo nostra conclusio, ratione naturali, nam si Deus non esset ubique, sed in aliqua

determinata

determinata parte, vel ibi existit libere, vel naturaliter, & necessario, non primum, alias pro suo libito posset relinquere illum locum, & alibi esse, proinde que moveretur Localiter, quod repugnat, tum quia Deus Immutabilis est, tum, quia omne quod movetur localiter est corpus, ut demonstratur in libris physicorum, unde Deus non esset summe spiritualis, sed quid corporeum; 6

Secundum autem dici nequit, quia non est maior ratio ut Deus sit in hoc determinato loco, vel in illo, fatendum gº est Deum esse ubiq. 7

Suadetur secundo conclusio varijs Scripturæ sacræ locis, sit primum Hieremiæ, cap. 23. ubi dicitur: * Numquid non Cœlum, & terram ego impleo? * = Sit secundum ex lib. 3. Reg. cap. 28. ubi dicitur: * Cælum, & Cæli Cælorum te capere non possunt, * Sit tertium desumptum ex Psalm. 138. ubi dicitur: * Si ascendero in Cœlum tu illic es, Si descendero in infernum ades, Si sumpsero pœnas meas diluculo, & habitavero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. * 8

Quibus in locis, manifeste explanatur existentia Dei, ut omnia ambiens, omnia circumscribens, & omnia continens, unde dicitur in Actibus Apostolorum. cap. 17: * Non longe est ab uno quoque nostrum, in ipso enim, vivimus, movemur, & sumus. * ubi Apostolus disputans cum Atheniensibus ipsis manifestat existentiam Dei, ubique. 9

Roboratur conclusio, ex Patribus, & in primis. D. Hilarius, super illud Psalmi 138 ait: * Prope es tu Domine, ades ubique, & ubique totus. * Theodoretus super illud Pauli primo ad Corint. cap. 15. ait: * Ut sit Deus omnia in omnibus, nunc ubique est per Essentiam. * Divus Ambrosius in libelo de dignitate conditionis humanæ ait: * Deus unus, semper ubique totus est, * Cornelius Musicus lib. de divina historia, ait: * Veritas christiana distincte pronuntiat, Deus, ubiq est, aut omnino non est, si Immensitatem negaveris auferes Divinitatem.

10. Rursus denique suadetur conclusio ex Divo Thoma qui exprese nostram conclusionem docet pluribus in locis, praesertim in hac q. 8. ar. 1. & in 3. dist. 37. & 3. contragent. cap. 68. ubi ait: * apparet quod Deum necesse est esse ubique, & in omnibus rebus. *

11 Probatur ratione nostra conclusio: quia Non minus Deus est infinitus in genere locandi, seu replendi omnia, ac est infinitus in genere durationis, & in alio quocumque genere, Sed quia est infinitus in genere durationis est aeternus, & durat semper, & in omni duratione exiftente, & immaginabili, g.o quia est infinitus in genere locandi erit ubique, seu in omni loco. mai. ex ipsis terminis nota videtur, quia nulla perfectio simpliciter simplex est Deo deneganda, sed esse infinitum in genere locandi, seu in linea replendi loca est perfectio simpliciter simplex, g.o non est Deo deneganda.

12 Vnde stulta, & inepte fuit quorumdam Phylosoforum antiqua sententia, Deum in aliqua mundi parte determinata constituens; nempe, in Oriente, unde prima Cælorum motus exordium sumit, = quam sententiam seu delirium attribuit Vazquez Aristoteli, ex eo quod loquens Aristoteles de Deo primo motore, & de prima parte unde primo incipit motus dixit 8. Physic. tex. 84. * ibi est ergo movens. * & in lib. de Mundo ad Alexandrum, loquendo de Deo dixit: * in summo culmine universi cœli, suum habet ipse domicilium, situm, & collocatum. *

13 Ast ab hac impostura Vazquezij, vendicat, & merito, Aristotelem Fasolis, in hac 1. p. dub. 9. n. 22. merito quidem ab hac falsa impostura, est vendicatus Aristoteles, nam iste. lib. 1. de partibus Animalium cap. 5. laudat Heraclij dictum, qui recedentibus ab ipso amicis, eo quod se in furno hyeme inclusisset orat, * Ne dignitatem loci dedignetur cum ibi etiam esset Deus. * & in eodem lib. de Mundo ad Alex. laudat Aristoteles Taletis dictum, quia de Deo dixit * omnia sunt plena Deo. *

immerito

Immerito ergo Vazquez contra communem Magistrum Aristotelem profert sententiam. Sed quid mirum quod contra Aristotelem loquatur qui contra Sanctos Patres aliquando protulit sententiam! Et ut ne extra praesentem quaestionem divagemur, notate quod cum D. Paulus valuisset Athseniensibus manifestare Deum esse ubique, non que indigere templis manufactis, neque alio speciali habitaculo ut adoretur dixit Apostolus, ut habetur in Actibus Apostolorum. cap. 17 * Non longe est ab unoquoque nostrum * dixerat enim * quod Deus, caeli, et terrae cum sit Dominus, non in manufactis templis habitat, * quod ut ostenderet Apostolus ait: * Non longe est ab unoquoque nostrum *

15 Hanc Apostoli ratiozinationem, ex qua praesentiam Dei in rebus vult Apostolus Gentibus persuadere, et quam Sancti Patres intelligunt de physica praesentia Dei in rebus, et praesentia reali Dei ubique, connatur Vazquez interpraetare de praesentia obiectiva, et hanc solummodo ex hoc loco fatetur inferri, relinquit ergo Vazquez communem Sanctorum Patrum intelligentiam, quam huic loco Apostoli communiter tribuunt, ut suum sequatur iudicium. quid ergo mirum quod non pie velit interpraetare Aristotelem qui Sanctos Patres relinquit. relinquenda ergo est ut inutilis, et ut vana, et falsa impoitura Vazquezij contra Aristotelem.

16 Similiter ex praedictis locis sacrae paginae, et ex nostra ratione infertur: Gentilitatem in meridie cecutire, quae tot Deos colebat, unde quemlibet illorum in determinato situ collocabat, scilicet, in Syderibus Iovem, in Aquis Neptunum, in infernis Plutonem et sic de alijs caeteriter discurrebat. unde a fortiori ut stulta comdemnatur quorumdam Iudeorum sententiam, assepentium Deum nulibi esse, nisi in templo Ierosolimitano.

primus, et secundus, non poterunt obiective distingui sed ad summum formaliter, et expartë nostri seu ex modo significandi; = Assumptum probas quia alias in Deo conciperetur aliquid per modum potentiæ, et aliquid per modum actus, seu conciperetur aliquid ut perfectibile, et aliquid ut perfectivum, & si Vbicatio est exercitium Immensitatis, implicat quod Immensitas distinguatur virtualiter obiective ab Vbicatione, sed ad summum formaliter, seu expante nostri.

23 &c. Præsens replica, videtur destruere suppositionem factam, scilicet, videter destruere quod in Deo datur distinctio virtualis inter intellectum, et intellectionem et inter voluntatem, et volitionem, unde latam nimis exigebat inquisitionem, verum quia sententia asserens dari in Deo Intellectum, et voluntatem per modum principij, seu per modum actus primi relate ad intellectionem, et volitionem valde probabilis est, imo et mihi probabilior ideo breviter quo ad pæsens, est replica diluenda, relicta longiori discussione ad illas questiones &c.

24 Respondeo & negando antecedens, seu assumptum argumenti, quia quoties exercitium aliquod est diversæ lineæ, ac est sua quasi potentia, seu actus primus distinguntur interse virtualiter obiective illi conceptus, absque præiudicio compositionis actus, et potentiæ, seu absque eo quod concipiatur aliquid per modum perfectibilis, et aliquid per modum perfectivi &c.

25 Vt patet et instatur in probabilissima sententia asserente naturam divinam constitui per intelligere radicale, in qua sententia actualis intellectio distinguitur virtualiter adequate ab ipso intelligere radicali, absque præiuditio compositionis actus, et potentiæ, inter ipsos conceptus, seu absque eo quod concipiatur aliquid per modum perfectibilis et aliquid per modum perfectivi &c.

26 Similiter instatur in probabilissima sententia distinguente virtualiter adequater in Deo intellectum ab

intellectione

intellectione, voluntatem a volitione quorum omnium est una, et eadem ratio. quia nempe illi conceptus sunt diversæ lineæ specificæ, etsi sint eiusdem lineæ generi-cæ; ergo quam optime. et eadem probabilitate distingu-ere possumus Immensitatem ab ubicatione absque præiuditio compositionis actus, et potentiæ. 27

Cuius ratio est, quia Immensitas, et Ubicatio divina sunt diversæ lineæ specificæ, nam Immensitas, est de linea abso-luta, solum cum aliquo ordine, vel quasi ordine trans-cendentali ad loca possibilia, quæ replere potest, Ubicatio autem includit respectum rationis Dei ad Cre-aturas, et respectum realem creaturarum ad Deum; ergo quam optime distingui possunt virtualiter obiective Immensitas, et Ubicatio absque præiuditio compositionis actus, et potentiæ. 28

Rursus pro principalis quæsiti resolutio-ne notandum venit quod in Deo non solum datur in-finitas in linea entis, quæ est infinitas primordialiter, in linea essentiæ, neque solum datur infinitas in virtute operati-va, quæ ad lineam Omnipotentiæ expectare videtur, qua-ratione tot potest Deus producere species, et genera, ut num-quam deveniatur ad ultimam creaturam, sed in infi-nitum, et sine termino extendi potest eius virtus opera-tiva, similiter datur in Deo infinitas in linea durattio-nis, qua ratione Deus in æternum durat, quæ infinitas utique formaliter ad Æternitatem expectat. 29

Pariformiter ergo præter has, et alias infinitates tum ad prædictas lineas, tum, et intellectivam, et volitivam expectantes, datur in Deo infinitas Ubicationis localis, qua ratione potest Deus omnia loca creata, et creabilia replere. et hanc Infinitatem vocamus Immensitatem, quia vi illius taliter consideratur Deus, ut limitari nequeat ad certum, et determinatum locum, sed omnia superet, omnia transcendat, omnia repleat, et a nullo

quantumvis maximo possit circumscribi, & contineri. unde dicitur 3. Reg. cap. 8. * Cœlum, & Cœli Cœlorum te capere non possunt. * his prælibatis sit:

§. II.
Statuitur conclusio.

30 Sit conclusio: Immensitas distinguitur obiective, virtualiter adæquate ab Omnipotentia. = Suadetur hæc nostra conclusio ex eo quia in Deo multiplicanda sunt attributa, quatenus considerantur, ut perfectiones diversæ, ad diversam lineam expectantes, hac enim ratione distinguimus Immensitatem ab æternitate, Intelectum, a Voluntate, Iustitiam a Misericordia. & sic de omnibus alijs attributis; Sed infinitas quæ tribuitur Omnipotentiæ, ut tali, est infinitas diversæ lineæ, ab infinitate, quæ tribuitur Immensitati, ut tali; ergo Immensitas distinguitur virtualiter ab Omnipotentia. Maior ex dictis inter ipsam proponendam constat, consequentia infertur, unde solum restat probanda min. nam infinitas quæ tribuitur Omnipotentiæ, ut tali, est infinitas de linea operativa, quæ prout sic non respicit loca, ut loca sunt, sed illa respicit, ut res quædam, & entia quædam sunt; e contra vero infinitas, quæ tribuitur Immensitati, est infinitas de linea Ubicationis Localis, quæ prout sic loca non respicit ut res, & entia sunt, sed formaliter ut loca sunt, ergo infinitas, quæ tribuitur Omnipotentiæ, est diversæ lineæ, ab infinitate, quæ tribuitur Immensitati.

§. III.
dilluuntur replicæ.

Replicabis

Replicabis, & dices quod infinitas quæ Immen- 31
sitati correspondet est infinitas de linea operativa, sed
infinitas, quæ Omnipotentiæ correspondet est etiam
infinitas de linea operativa, ergo si ex eo distinguebamus Immensitatem ab Omnipotentia, quia infinitas
quæ Immensitati correspondet, est diversæ lineæ, ab
infinitate quæ Omnipotentiæ correspondet, Immensitas
& Omnipotentia non distinguentur virtualiter obiective.
cætera patent, præter maiorem, quæ sic probatur
quia in communi Thomistarum sententia, ratio
formalis, qua Deus existit in loco est eius operatio, ergo est,
quia infinitas, quæ correspondet Immensitati est de
linea operativa. 32

Respondeo: aliud esse quod ipsum exercitium existendi in loco sit ipsa Dei operatio, aliud quod
Immensitas pertineat ad lineam operativam formaliter ut talem, primum est verum, ut postea, Deo dante,
explicabimus, secundum autem est falsum nam Immensitas ex se solum infert, seu solum explicat virtutem
replendi loca, illis assistendo, & ea sibi coniungendo
per immediatam dependentiam locorum ab Immensitate, unde Immensitas solum dicit vim operandi repletionem locorum, quatenus formaliter loca sunt;
non vero, quatenus sunt entia, seu res quædam, hoc
enim secundo modo respiciuntur ab Omnipotentia,
proindeque Immensitati, & Omnipotentiæ non correspondet eadem infinitas. 33

Replicabis, et difficulter, ergo
saltim exercitium actuale Immensitatis, non distinguitur virtualiter obiective adæquate ab exercitio Omnipotentiæ. probatur consequentia, quia exercitium Immensitatis iuxta dicta, & iuxta dicenda, est operatio
Dei, sed ipsa Dei operatio est exercitium Omnipotentiæ;
ergo exercitia horum duorum attributorum non distinguuntur. 34

Tunc sic, ergo neque Immensitas distingui potest

obiective virtualiter adæquate ab Omnipotentia, hæc ultima consequentia probatur, quia attributa quæ considerantur per modum actus primi, considerantur formalissime in ordine ad sua exercitia, seu quasi exercitia actualia, etenim Intellectus, et Voluntas in Deo ideo inter se distinguntur, quia tam intellectus, quam Voluntas dicunt ordinem ad duo exercitia, si enim exercitia ipsorum non essent duo, sed esset unum, et idem exercitium intellectum et voluntatem in Deo neutiquam distinguere obiective virtualiter adæquate possemus, ergo si tam Immensitas, quam Omnipotentia, dicunt ordinem ad unum, et idem exercitium nempe ad operationem distingui non possunt obiective virtualiter adæquate.

35

Sane difficillis replica, cæterum etsi verum sit quod exercitium actuale Immensitatis, et similiter exercitium Omnipotentiæ, sit operatio Dei formaliter immanens, et virtualiter transiens; tamen aliter, et aliter respiciunt Immensitas, et Omnipotentia operationem, nam omnipotentia respicit operationem quatenus locis tribuit esse, non formaliter quatenus loca sunt, sed ut res, et entia quædam sunt; at econtra Immensitas respicit operationem, per quam existit in locis seu Ubicationum, qua Deus constituitur formaliter præsens locis, quatenus per ipsam operationem, locis ut formaliter loca sunt tribuit esse, unde sufficiens distinctio resplendet in exercitijs horum duorum attributorum ut ipsa attributa, scilicet Immensitas, et Omnipotentia, distinguantur inter se obiective virtualiter adæquate. unde ad replicam in forma negatur prima consequentia, quam non suadent probationes in contrarium.

36

Quæ solutio illustratur exemplo desumpto ex Iustitia, et Misericordia. etenim, etsi Iustitia, et Misericordia sint attributa de linea operativa nullus cum fundamento identificare potest hæc duo attributa, tum neque inter se, tum

neque

neque cum Omnipotentia, nam Iustitia respicit operationem quatenus per ipsam constituit æquale, & reparat ius divinum læsum, & conservat illæsum, Misericordia autem respicit operationem quatenus per ipsam sublevat miseriam nostram, quæ formalitates non pertinent formaliter ad Omnipotentiam, quia hæc solum attingit res eas producendo, & Conservando sub ratione Entis. 37

Præterea suadetur assumptum, quia ut attributa formalissime possint a nobis distingui obiective virtualiter adæquate, & cum fundamento in re sufficit quod videamus ea esse ad extra, diversimode participata, hac enim ratione distinguimus obiective virtualiter adæquate Æternitatem ab omnipotentia, quia illa participatur ab Ævo, & tempore ut durationes sunt; ista vero participatur ab ipsis, & ab alijs quatenus entia sunt. unde sic pariformiter discurrimus in alijs attributis, & prædicatis divinis. 38

Nunc sic, sed diversimode participatur ad extra Immensitas, ac participatur Omnipotentia; ergo Immensitas, & Omnipotentia sunt attributa obiective, virtualiter adæquate distincta. consequentia infertur, & maior inter ipsam proponendam manet probata, probatur ergo min. quia præsentia indivisibilis qua realiter est præsens in speciebus Eucharisticis Corpus Christi est participatio Immensitatis, quatenus in infinitis hostijs potest sic physice, realiter, & substantialiter esse præsens, si infinitæ darentur hostiæ. & tamen Corpus Christi nihil efficit circa species panis, ut tenet verior Thomistarum sententia, ergo datur participatio Immensitatis ad extra diversa a participatione ad extra Omnipotentiæ, pro inde ergo hæc duo attributa, distinguuntur obiective virtualiter adæquate. 39

Rursus denique ad hoc assumptum suadendum affero rationem desumptam ex Symbolo D. Athanasij, in quo quidem Symbolo instituitur sermo de Immensitate, ut de attri-

buto virtualiter distincto ab Omnipotentia, etenim in uno Fidei articulo ibi expresso dicitur: * Immensus Pater, Immensus Filius, Immensus Spiritus Sanctus,* & in alio Fidei articulo etiam ibi expresso dicitur: * Omnipotens Pater, Omnipotens Filius, Omnipotens Spiritus Sanctus,* g.° signum est quod Immensitas distinguitur obiective virtualiter adaequate ab Omnipotentia, Si enim haec attributa inesse non distinguerentur sed essent unum, & idem, esset inutilis, & superflua illa repetitio, quod dicere, nefas est, loquitur enim ibi Spiritus Sanctus, unde altissima claritate, & profunditate explicantur in hoc symbolo perfectiones Dei, quatenus est unus, & Trinus, & Incarnatus, g.° nullum verbum debet intelligi ut synonomum.

9.° Quod suadetur iuxta regulam D. Augustini lib. 3 de Doctrina Christiana, cap. 9. & 10. quia ut ibi docet Sanctus Parens, verba Sacrae Scripturae sunt in sensu litterali, & rigoroso accipiendae quando ex illo sensu nullum sequitur inconveniens, & ratio est, quia alias nihil firmum, & certum teneremus in Scriptura sacra, & Patribus, si cuilibet iuxta suum captum liceret exponere; Sed ut vidimus, in praedicto symbolo agitur de Immensitate, ut de attributo distincto ab Omnipotentia, g.° Signum est quod Immensitas & Omnipotentia, virtualiter distinguuntur.

QVAESTIO. III.

VTRVM EFFICACITER INFERATVR EXISTENTIA DEI IN REBVS EX EIVS OPERATIONE?

§. I.

§. II.
Proponitur fundamentum D. Thomæ.

41

Deum esse vbique, seu Deum esse in omnibus rebus, probat D. Thomas in artic. 1. huius quæstionis ex Dei operatione, qua res producit, & conseruat in esse; etenim in argumento * Sed contra, * sic ait: * Vbicumque operatur aliquid, ibi est, Sed Deus operatur in omnibus, secundum illud Ysaiæ 26: omnia opera nostra operatus es in nobis Domine; g.º Deus est in omnibus rebus. * vnde sic concludit Angelicus Magister: * Respondeo dicendum quod Deus est in omnibus rebus. non quidem sicut pars Essentiæ. vel sicut accidens, sed sicut agens adest ei, in quod agit. * Assumptum hoc probat Angelicus Magister hac ratione: * Oportet enim omne agens coniungi ei, in quod immediate agit, & sua virtute illud contingere unde 7. Physicorum probatur quod motum, & movens oportet esse simul. * quibus propositionibus præiactis, & ut principiis stabilitis suppositis, subiungit Angelicus Magister, & ait: * Cum autem Deus sit ipsum esse per suam essentiam oportet quod esse creatum sit proprius effectus eius, sicut ignire est proprius effectus ignis. * quod assumptum probat D. Thomas in fine corporis hoc discursu: quia * esse est illud quod est magis intimum cuilibet rei, & quod profundius omnibus inest, cum sit formale respectu omnium quæ in re sunt, unde oportet quod Deus sit in omnibus rebus intime. *

42

Ac si diceret: Omne agens coniungitur ei, in quod immediate agit, & sua virtute illud contingere debet: Sed esse creatum, quod est prædicatum, quod est magis intimum, cuilibet rei, & quod profundius omnibus inest, cum sit formale respectu

omnium, quæ in re sunt, est proprius effectus Dei, sicut ignire est proprius effectus ignis, quia Deus est suum esse per essentiam, g° oportet quod Deus sit in omnibus rebus. probat g° D. Thomas existentiam Dei in rebus ex eius operatione.

§. II.

Referuntur sententiæ.

43 Inefficacem reputavit Scotus in 1. Dist. 37. q. 1. hanc rationem D. Thomæ, quem secuntur plures ex eius discipulis, & insuper Vazquez 1. p. ad hanc q. disp. 28 cap. 5.

44 Cæterum existentiam Dei in rebus efficaciter probari ex Dei operatione, qua res producit, & conservat in esse, est communis sententia non solum inter Thomistas, sed etiam inter extraneos. eam que ita certam reputat Molina in hac q. disp. 2 ut oppositæ sententiæ deffensores graviter in urat, & asperrime censuret.

45 Vnde P. Molina, loco allegato, loquens de sententia asserente ex Dei operatione non inferri existentiam Dei in rebus ait: * Doctrina hæc non solum falsa videtur sed etiam parum tuta in Fide, dixi: parum tuta, quoniam Paulus sic probat Deum non longe esse ab unoquoque nostrum quod in ipso vivimus, movemur, & sumus, aut ergo Authores contrariæ sententiæ dicant: Spiritum Sanctum per Os Pauli, atque Dabidis, ineptam reddidisse rationem, inefficax que argumentum confecisse, ad probandam existentiam Dei in rebus, aut confiteantur ex immediata operatione Dei in aliquo loco, satis super que concludi præsentiam Dei in rebus, ut est D. Thomæ, & communis Theologorum doctrina, cum Aristotele. *

hucusq

Hucusque Molina, in quibus verbis acri censura 96 fertur in Authores contrariæ sententiæ, nos vero ab hac censura abstinentes ad nostram conclusionem stabiliendam transitum facere decrevimus.

§. III.

Statuitur conclusio

97 Sit nostra conclusio: Ex Dei operatione qua immediate producit, & conservat res in suo esse, recte, & efficaciter concluditur, & suadetur existentia Dei in rebus.

98 Est hæc nostra conclusio expressa Divi Thomæ, & constat ex discursu quem ex eodem Angelico Magistro retullimus supra. §. 1. n. 91.

99 Rursus suadetur conclusio authoritate Sanctorum Patrum, & inprimis D. Ambrosius in libelo de dignitate conditionis humanæ, cap. 2. sic ait: * Deus unus semper ubique totus est, omnia vivificans, movens, & guvernans, sicut Apostolus confirmat, quod in eo vivimus movemur, & sumus, sicut anima in suo corpore, ubique tota viget, vivificans illud, movens, & guvernans. *

50 Divus Hilarius super illud Psalmi 118 * Prope est tu Domine * sic ait: * Adest ubique, & totus ubique est, non pro parte usquam est, sed in omnibus omnis est, nam Beatus Apostolus Atheniensibus Phylosofis, innanitate ridiculis, pro contione respondens ait: Non longe a nobis manentem quærimus, in ipso enim vivimus, movemur, & sumus. *

51 Idem docent alij Sancti Patres, quos recensere esset valde latum, pro omnibus ergo sufficiat D. Thomas, qui ut vidimus in hac q. 8. ar. 1.

ex professo probat existentiam Dei in rebus ex eius operatione

52 Merito

g reiiciendus venit Vazquez, qui ex prædicto ratiocinio Apostoli cum Atheniensibus, multis connatur persuadere solum convinci præsentiam obiectivam Dei in rebus, non vero physicam, & realem. est ergo reiiciendus Vazquez nam Patres communiter, ut ex verbis ipsorum constat, hunc locum Apostoli intelligunt de præsentia physica, vera, & reali Dei in rebus.

53 Verum ut efficaciam rationis D. Thomæ percipiamus operæ pretium duximus tres propositiones fundamentales, quæ in ipso ratiocinio Divi Thomæ continentur examinare, rectamque illarum intelligentiam exponere, ut ex earum germana adepta notitia, haut difficulter profundam soliditatem, & veritatem in prædicto discursu D. Thomæ contentam, ut moris est apud ipsum, dignoscamus.

54 Propositiones igitur in quibus nititur D. Thomæ ratiocinium ad suadendam & stabiliendam intimam, & substantialem præsentiam Dei in rebus sunt sequentes:

55 Prima est: * Ubicumque aliquid operatur ibi est *

56 Secunda est: * Esse est proprius effectus Dei. *

57 Tertia est: * Esse est, quod est magis intimum cuilibet rei, & quod profundius omnibus inest *

58 Ad quarum trium fundamentalium propositionum legitimam venandam intelligentiam sequentes Articulos visum fuit instituere.

ARTICULUS PRIMUS

De recta intelligentia primæ propositionis, scilicet: Ubicumque aliquid operatur ibi est.

§. IV

§. IV.

Præmittuntur nonnulla.

Hanc propositionem, scilicet * ubicumque aliquid operatur ibi est * probat D. Thomas in principio corporis huius articuli, ex eo quod * Oportet quod omne agens coniungatur ei, in quod immediate agit, & quia necessum est quod sua virtute illud contingat. * quod assumptum stabilit Angelicus Magister ex Phylosopho 7 Physic. tex. 10. ubi ait: * quod Movens, & motum debent esse simul * quam Phylosophi maximam in eo gradu certitudinis a fere omnibus Phylosophis, & Theologis amplexatur. Ut merito ipsam quasi Dignitatem, seu principium venerentur.

59

60

At licet prædicta maxima in eo gradu certitudinis a fere omnibus Phylosofis, & Theologis admittatur, tamen non desunt alij moderni Iesuitæ, qui, quasi pro fine habentes perturbare pacem, & veritatem infringere eam debellare, & labe factare conentur, vociferantes nullam hucusque esse rationem a priori exploratam ad prædictæ maximæ, seu propositionis veritatem stabiliendam, & roborandam. Ita Pater Obiedo in Physica, controv. 18. punct. 1. n. 2. & P. Arriaga disp. 6. sect. 7.

61

Sed quam intrepide & absque fundamento loquantur in progressu lectionis præsentis articuli videbimus. Cæterum maximam hanc, scilicet: * Movens, & motum, debent esse simul, * verificari tam in agentibus corporalibus, quam spiritualibus, & eam prout ab omni agente abstrahit, & communiter sumptam esse veram, & stabilitam, contemplabimus, angelicam D. Thomæ doctrinam, huius quæstionis 8. considerando, & eam ad lucem huius Angelici Solis inspiciendo, licet alio, & alio modo esse applicandam agentibus corporalibus, & Spiritualibus inspiciemus.

62

Et ut certa ab incertis separemus, supponenda venit, & maxime præ oculis habenda est illa vulgaris, & communis doctrina seu distinctio, qua agens

ut sic dividitur seu discecatur in agens quod operatur immediate immediatione suppositi, & virtutis, & in agens quod operatur solum immediate immediatione virtutis.

63

Vnde si movens seu agens, est corpus, & agit seu operatur per virtutem a se non diffusam, & in alio non impressam, tunc debet contactu quantitativo motum seu passum attingere. Si autem virtutem imprimat, & a se diffundat, ut producat effectum, tunc non potest agere in distans, quin prius agat in propinquum.

64

Si autem movens est spirituale & similiter agit per virtutem a se non diffusam, debet esse coniunctum cum effectu, & cum passo, immediate immediatione suppositi, & virtutis; Si vero agit per virtutem a se diffusam, similiter non potest agere in distans, quin prius agat in propinquum.

65

Quo circa D. Thomas in hac q. 8. ar. 1. ait: * Quod nullius agentis quantumcumque virtuosi actio procedit ad aliquid distans, nisi in quantum in illud, per media agit. * ac proinde maxima prædicta semper verificatur, & in omnibus agentibus saltim de immediatione virtutis.

§. V.

Aliquæ rationes ad stabiliendam hanc maximam: * Movens, & motum debent esse simul, proponuntur

66 Probat Phylosophus 7. Physc. tex. 10. prædictam maximam inductione in omni specie motus. Primo in motu locali. Secundo in

in motu alterationis. Tertio in motu aumentationis, et decretionis, quas rationes in formam redigit D. Thomas, ibi lect. 3. et 4. postea autem idem Aristoteles tex. 11. probat praedictam propositionem in alteratione intelligibili, in qua etiam verificatur quod movens seu intelligens, coniungitur cum obiecto intellecto, media specie, unde praedicta maxima vera est apud Phylosophum in omni agente tam corporali, quam spirituali. 67

Caeterum licet hoc ita sit verum adhuc assignanda restat aliqua ratio apriori, quae probet de omni agente tam spirituali, quam corporeo, in qua ratione indaganda multum laborat Caietanus in praesenti, et post plura, in responsione ad secundum concludit, §. *Et si quaeratur.* quod cum esse simul, seu coniungere, et immediate attingere, non uniformiter se habeat, non potest eis uniformis ratio assignari. 68

Caietanus ergo non assignat unam rationem apriori ad praedictam propositionem stabiliendam, et roborandam, ex conceptu moventis, et moti ut sic, sed asserit quod in rebus creatis, in quibus operatio distinguitur ab agente, ex praesentia operationis, infertur praesentia agentis, ex limitatione suae virtutis, seu ex imperfectione negativa, quae necessario convenit suae virtuti, quatenus limitata, et creata est. 69

At si haec operatio, subiungit ingeniosus Caietanus egreditur ab agente absque difusione suae virtutis, ad medium operatio infert praesentiam agentis, secundum suppositum seu secundum suam substantiam. Si autem est per virtutem diffussam, illam non infert immediate sed mediate. 70

In Deo autem, in quo est idem eius operatio, et eius substantia, ex praesentia operationis infertur praesentia substantiae Dei, proinde quae illatio qua utitur D. Thomas, quando dicit: * Ubicumque aliquid operatur ibi est: * tenet materialiter, et propter identitatem utriusque, scilicet, substantiae, et operationis.

)1 Magister Soto) Physic. q. 1. similiter videtur tenere eamdem doctrinam, quam vidimus, ex Caietano, nam in agentibus corporeis assignat unam rationem, quę non potest probare in rebus seu agentibus spiritualibus, seu immaterialibus, asserit enim: quod in rebus corporeis agens, & patiens, seu movens, & motum debent esse simul propter limitationem, & conditionem materiæ, quæ limitat formam, ut non moveat aliam rem, neque in illam agat, nisi medio physico contactu, ac proinde si Vacuum interesset, inter agens, & patiens, non posset contingere actio.

)2 Unde Aristoteles 1. Metheorum ait: * Necesse est mundum hunc inferiorem continuum esse superioribus lationibus, ut omnis ipsius virtus inde gubernetur. * quod & suadetur manifesta experientia, qua experimur naturam refugere vacuum, ut possint corpora inferiora, influxum corporum superiorum, & cœlestium, participare. quæ ratio ut iacet, agentibus spiritualibus nequit adaptari cum materiam non habeant, ex qua provenire posit limitatio formæ.

)3 RR. autem Patres Complutenses) Physic. disp. 28. q. 3. a num. 42. cum prædictum axioma, & in Angelis, & in Deo verificetur connantur assignare rationem universalem, ex qua recte inferatur veritas prædictæ maximæ communiter acceptæ.

)4 Ad quam rationem percipiendam notandam venit, & maxime præ oculis habendam subtilem doctrinam, quam tradit D. Thomas, in 1 dist. 37. q. 1. ar. 1. in corp. & in responsione ad 2. ubi ait: * Quod illud, quod agit per suam absentiam, non est causa proxima eius quod fit, sed remota, virtus enim Solis, primo imprimitur in corpore sibi coniuncto, & sic deinceps, usque ad ultimum, & hæc virtus, est lumen eius, per quod agit in his inferioribus, ut Avicena dicit. *

)5 Ex qua doctrina

intelligendus

intelligendum venit quod quando dicitur: quod movens, et motum debent esse simul, verificatur praedicta maxima, in omni agente saltim quantum ad contactum virtutis, si agens illud non est prima causa, sed solum remota, respectu effectus, ut patet in Sole, qui operatur in visceribus terrae; eius viscera solum tangendo contactu virtutis, unde Sol non est causa proxima auri, sed remota, sive intermedia, proindeque ad ipsum ultimo non reducitur aurum. >6

Caeterum si causa est, primaque immediata, proindeque talis, respectu primi effectus, seu primi praedicati, quod reperitur in illa re, tunc exigitur inter causam, et effectum, seu inter movens, et motum contactus suppositi, et virtutis. Cuius ratio est, quia cum suppositum, et virtus operativa, subordinentur tamquam agens *quod* et *quo* inde est, quod si agens est primum, et effectus est per se primo effectus illius, seu proprius illius effectus, inter movens et motum debet necessario intercedere Contactus suppositi, et virtutis, quia tunc casus nequit movens, seu agens, operari per virtutem a se diffussam, et in alio receptam, ut inferius latius explicaturi eximus. quae doctrina maxime prae occulis habenda est, ut profunditas in ratione D. Thomae ad probandam existentiam Dei ubique, ex eius operatione, percipiatur. >7

RR. PP. Complutenses, hac supposita doctrina, sic universalem rationem construunt, ad suadendam, et stabiliendam praedictam maximam, scilicet. * quod Movens, et motum debent esse simul. * >8

Nam si actio, quae est productio effectus, est ipsa datio, et Communicatio esse, et entitatis, non potest non esse coniuncta cum effectu, sive per inhaerentiam, sive per identitatem, sive per intimam assistentiam, quae fiat per intimam propinquitatem, et tunc casus etiam virtus, quae necessario est coniuncta ipsi actioni, non poterit non coniungi cum effectu, ac proinde cum virtus, et suppositum subordinentur

tamquam principium quo, & quod, & constituant unum principium quod operativum, eo ipso quod virtus sit immediata respectu effectus, & effectus sit primus effectus, seu proprius effectus illius, ultimo in ipsam reducibilis, non potest, non dari immediatio virtutis, & suppositi simul. ...

79 Cuius ratio est quia eo ipso quod causa producat effectum secundum primum prædicatum scilicet secundum rationem entis, & effectus ultimo reducatur in causam sic producentem, operatur causa effectum per virtutem a se non diffusam, proinde quæ est coniuncta cum effectu vel per inhærentiam, vel per informationem, vel per identitatem, vel saltim per intimum contactum, & assistentiam. Assumptum probatur, quia cum ad prædicatum entis nihil supponatur, eo ipso, quod causa producat effectum secundum rationem entis, operatur per virtutem, quæ in nullo potest recipi, ergo operatur per virtutem a se non diffusam, unde cum causa quæ sic operatur nequeat coniungi cum effectu per inhærentiam, neque per informationem, neque per identitatem, restat quod coniungatur per immediatam, & intimam assistentiam: unde semper manet verum, quod movens, & motum debent esse simul.

§. VI.

Alia Thomistarum communis proponitur ratio.

80 Nostri Thomistæ ad prædictam maximam stabiliendam aliam rationem, quæ semper mihi efficacissima apparuit, assignant, & sic potest efformari: quia esse cuiuscumque rei est causa, & principium operationis illius rei, unde communiter dicitur * quod operari sequitur ad esse, * & quod, * unumquodque operatur in quantum est in actu. * ergo ubicumque aliquid operatur ibi est, si enim ibi non esset ibi non operaretur, tunc ultra, ergo si ibi operatur ut primum agens &

& effectus est ultimo in ipsum reducibilis, quia nempe est proprius effectus illius, ergo ibi est agens cum suo effectu immediate immediatione suppositi, & virtutis simul; ergo oportet quod movens, & motum, seu agens, & patiens sint simul. 81

Clare ergo constat quam intrepide, & absque fundamento asserunt Oviedo, & Arriaga, nullam esse rationem a priori ad suadendum quod movens, & motum debent esse simul.

§. VII

Dilluuntur replicæ.

82 Dices cum Vazquezio, qui sua solita audatia & suo magis fidens dictamine quam authoritatem D. Thomæ venerans, rationem Divi Thomæ ad probandam existentiam Dei in rebus ex eius operatione, esse inefficacem, quia maior propositio assumpta a D. Thoma, in argumento sed contra, huius articuli, scilicet hæc: * Ubicumque operatur aliquid ibi est * est falsa, seu non est universaliter vera, nam, ut inquit Vazquez, potest distingui hoc modo: ibi est, per se, vel per suam virtutem, transeat maior; ibi est, per se præcise, nego maiorem. 83

At reiiciendus venit Vazquez, quia D. Thomas profundissime ex Dei operatione eius assistentiam, seu existentiam in rebus assignat, nam etiam si admittamus absolute, illam Vazquezii distinctionem, quam & suadet ipse exemplo Solis, qui operatur in visceribus terræ, absque eo quod Sol ibi sit, per se, & per suam substantiam; tamen distinctio illa illi propositioni maiori quam assumit Angelicus Magister adaptari, & appropiari nequit, nam minor, quam immediate apponit D. Thomas, enervat distinctionem illam, & locum non præbet illi distinctioni, seu distinctioni. 84

Minor enim assumpta a Divo Thoma hæc est:

² Sed: Deus operatur omnia in omnibus, iuxta illud: omnia opera nostra operatus es in nobis Domine hæc minor, inquam neutiquam permittit illam distinctionem, quam tribuit Vazquez propositioni maiori, quia minor hæc sic debet intelligi: Sed Deus operatur omnia in omnibus. ut Deus est, id est per virtutem divinam, & increatam, ac proinde a se non diffusam, proindeque prædicta minor cum illa maiori, infert hanc consequentiam: ergo Deus est in omnibus per suam substantiam; unde locum non habet distinctio illa de immediatione suppositi, & virtutis.

85 Quod autem minor assumpta a Divo Thoma sic debeat intelligi constat, tum quia hæc intelligentia est maxime formalis, proindeque convenientissima litteræ D. Thomæ, in qua summa formalitas invenitur. = Tum quia Deus taliter producit effectum, taliterque producendo effectum, ipsum sibi subiicit, & subordinat quod ex sola suspensione concursus, ipsum potest anihilare; sed hoc ipso nequit Deus operari per virtutem a se difusam; ergo operatur per virtutem secum identificatam. ergo ex Dei operatione recte deducitur quod Deus sit in omnibus rebus per suam substantiam.

86 Utraque Consequentia recte infertur ex præmissis, probatur, & explicatur maior, probanda postea minor. quia Deus quodcumque operatur necessario producit sub ratione entis; ergo effectus quilibet taliter dependet a Deo quod per solam suspensionem concursus potest anihillari a Deo, antecedens constat, quia ratio universalissima entis nequit alteri causæ correspondere: quod et magis constabit explicando secundam propositionem Divi Thomæ; consequentia autem legitime infertur, quia sublato concursu ad rationem entis necessario res anihillatur, etenim destructa ratione entis nihil manet in effectu.

87 Minor autem quam probandam reliqui probatur: quia nulla virtus creata potest effectum producere sub ratione entis; sed omnis virtus, quæ a Deo egreditur, & ad extra diffunditur est creata; ergo hoc ipso quod

quod Deus producat effectum sub ratione entis nequit operari per virtutem a se diffusam. min. constat quia virtus quæ a Deo egreditur non potest esse quid increatum, alias aliquid extra Deum esset Deus, quod est chymera, g° virtus quæ a Deo egreditur, & ad extra diffunditur est creata. probatur g° maior. quia virtus, quæ producit effectum sub ratione universalissima entis, est virtus creativa; sed nulla virtus creata potest esse creativa, g° nulla virtus creata potest producere effectum sub ratione universalissima entis. 88

Consequentia patet. & minor constat, quia virtus creativa debet esse infinita, potens utique transferre effectum ex suo puro non esse, ad esse, seu ex nihillo ad aliquid, inter quæ extrema datur distantia infinita, invincibilis utique per virtutem creatam, ut docet D. Thomas in hac prima parte. probatur g° maior quia virtus quæ producit effectum sub ratione universalissima entis, est virtus quæ producit effectum omnino ex nihillo; sed virtus quæ sic operatur est creativa, g° virtus quæ producit effectum sub ratione universalissima entis est creativa. probatur maior nam cætera patent, virtus quæ producit effectum sub ratione universalissima entis est virtus, quæ operatur ex nullo præsupposito subiecto. (etenim ad rationem entis nihil supponitur, si enim aliquid supponeretur illud utique quod supponitur esset ens,) sed virtus quæ operatur ex nullo præsupposito subiecto operatur omnino ex nihillo, g° virtus quæ producit effectum sub ratione universalissima entis est virtus, quæ producit effectum omnino ex nihillo.

§. VIII.

Proponitur specialis replica.

89

Dices g° non datur generatio substantialis in rerum natura. Sed hoc est contra communem Phylosophorum doctrinam; g° dicta substineri nequeunt. prima consequen-

tia probatur, quia iuxta doctrinam traditam Sequitur quod omnis effectus producatur per creationem, Sed si omnis effectus producitur per creationem non datur generatio substantialis in rerum natura; ergo iuxta doctrinam traditam sequitur quod non detur generatio substantialis in rerum natura. probatur maior quia iuxta doctrinam traditam actio per quam quilibet effectus producitur est actio per quam effectus dicit adaequatam sui dependentiam a Deo in linea essendi; sed actio inferens in effectu adaequatam sui dependentiam a Deo in linea essendi, est actio creativa; ergo iuxta doctrinam traditam sequitur quod omnis effectus producatur per creationem.

90 Caetera patent et probatur maior quia iuxta doctrinam traditam actio per quam Deus producit effectum est actio ex cuius suspensione sequitur totalis destructio et anihillatio effectus; sed actio ex cuius suspensione sequitur anihillatio effectus est actio inferens in effectu adaequatam sui dependentiam a Deo in linea essendi; ergo omnis actio, per quam quilibet effectus producitur, est talis conditionis, ut inferat in effectu adaequatam sui dependentiam a Deo in linea essendi; ac proinde omnis actio est creativa.

§. IX.

Soluitur.

91 Respondeo negando primam consequentiam ad cuius probationem nego maiorem, et ad illius probationem distinguo maiorem est actio, per quam quilibet effectus dicit adaequatam sui dependentiam a Deo in linea essendi, si se ipsa, et sine alterius actionis consortio effectum producat concedo maiorem; si admittit alterius actionis consortium et illum producat nego maiorem, et concessa minori, nego consequentiam, et ad probationem, quatenus huic distinctioni obstare potest, distinguo etiam maiorem, est actio ex cuius

Suspensione

suspensione sequitur anihillatio effectus; si actio adæquate suspenditur concedo maiorem; si inadæquate suspenditur nego maiorem, et concessa minori, distingo consequens, eodem modo. 92

Explicatur solutio. dicimus 2° dupliciter contingere posse rem adæquate dependere secundum sui adæquatam dependentiam, a Deo in linea essendi, primo taliter quod uno, et indivisibili concursu, et absque alterius actionis consortio, producatur effectus totaliter, ita ut non primo materiam primam producat (loquimur enim de entibus generabilibus, et corruptibilibus, iuxta exigentiam argumenti) et postea formam, sed utrumque simul qualiter de facto accidisse in prima rerum materialium productione, tenet communis thomistarum sententia. 93

Præscindimus enim pro nunc, utrum ex vi huius modi producendi salvari possit, vel non possit sufficiens prioritas ex parte materiæ primæ, ut ex illa, hac eadem, vel alia actione educatur, vel educi possit forma substantialis? nam de hoc in libris Physicorum. 94

Secundo contingere potest rem adæquate dependere a Deo secundum sui adæquatam dependentiam in linea essendi ita taliter quod licet illa actio quatenus se tenet ex parte Dei sit eadem, tamen admittat duplicem adæquatam virtualitatem, quarum prima terminetur ad materiam, illam conservando in suo esse, et alia terminetur ad formam admittendo secum consortium alterius actionis creatæ, qua educatur forma ex materia. 95

Dicimus 3° quod si hoc secundo modo sit productio effectus ut accidit in productionibus naturalibus, quæ fiunt medijs causis secundis, hoc modo producitur effectus per generationem, unde stat quod actio Dei producat effectum sub ratione universalissima entis, et tamen non ex inde inferatur; tolli de medio generationem substantialem. 96

Replicabis ex alio capite, et dices. ex prædicta

solutione sequi Deum producere in hoc casu rem ex praesupposito subiecto, sequella probatur, quia illa secunda virtualitas, quam distinguimus in actione Dei operatur effectum ex praesupposito subiecto; modo sic, sed hoc est impossibile ergo solutio tradita subsistere nequit. minor subsumpta probatur, quia actio, quae operatur ex praesupposito subiecto non est actio attingens effectum secundum rationem universalissimam entis, ac proinde non est actio inferens in effectu adaequatam dependentiam secundum sui adaequatam rationem a Deo, antecedens probatur quia ratio universalissima entis, nihil supponit ante ipsam ex quo fiat, alias illud quod supponeret esset ens, quod patet, quia illud esset aliquid, ergo ens, ergo ens factum seu productum ex illo non est ens secundum rationem universalissimam entis, sed ad summum secundum rationem particularem entis.

97) Modo sic ultra, sed actio quae producit effectum secundum rationem particularem entis, non est actio, quae potest inferre in effectu adaequatam dependentiam sui in linea essendi, a tali causa vel principio, ergo si Deus operatur ex praesupposito subiecto non producit effectum secundum adaequatam dependentiam ipsius effectus a Deo ac proinde sequitur Deum operari per virtutem a se diffusam, haec ultima consequentia patet. quia eo ipso quod supponatur subiectum, ex quo fiat effectus, non requiritur in actione virtus, seu activitas infinita, ergo sufficit creata virtus, ergo poterit talis virtus esse a Deo diffusam. ac proinde ruit tota nostra doctrina superius explicata.

98) Sed contra. Et respondeo distinguendo sequellam sequitur Deum producere rem ex praesupposito subiecto conservando in suo esse idem subiectum per eamdem actionem secundum aliam virtualitatem ad ipsum terminatam, concedo sequellam, non praesupposita tali virtualitate eiusdem actionis, terminatae ad subiectum, iuxta quam, subiectum habet adaequatam dependentiam sui a Deo nego sequellam cui distinctioni non obstant probationes in

contrarium

contrarium adductae,

99

Dicimus 9° quod actio Dei, quae simul concurrit cum creatura, ad generationem seu ad productionem effectus, summi potest dupliciter, primo adaequate, & secundum omnes suas virtualitates & hoc modo non solum terminatur ad formam, quae educitur ex materia, neque solum terminatur ad totum compositum, sed etiam terminatur ad materiam primam, ipsam in suo esse conservando, unde haec actio adaequate considerata talis conditionis est, ut inferat in effectu adaequatam dependentiam ipsius effectus secundum rationem universalissimam entis, a Deo, quia talis actio, sic adaequate sumpta, talis conditionis est, quod ex eius adaequata suspensione non solum forma substantialis corrumpatur, seu desinat esse, & proinde totum compositum, sed etiam ipsa materia prima in nihillum redigatur, unde ex huius actionis adaequata suspensione infertur necessario anihillatio effectus.

100

Secundo potest considerari actio Dei inadaequate, & secundum quod solum terminatur ad formam, & hoc modo eductiva est talis actio, eductiva enim ex prae supposito subiecto, unde necessario supponit subiectum, ex quo educat formam, & hoc modo admittit consortium actionis creatae, quae necessario est eductiva, vel saltim unitiva, ut patet in actione generativa hominis, unde praesupponit necessario subiectum ex quo educat formam vel cui uniat formam.

101

Deus 9 taliter concurrit ad generationem, quod simul per eamdem actionem producit & conservat effectum secundum rationem universalissimam entis, & hinc est quod Deus ad sic producendum effectum exigit operari per virtutem a se non diffusam, sed secum identificatam, proindeque infinitam.

102

Unde ex natura operationis divinae recte infert D. Thomas ex eius

operatione qua omnia producit, quod Deus sit in omnibus rebus, secundum suam Substantiam, ac proinde hæc propositio: * ubicumque aliquid operatur ibi est * manet semper, & intellecta de Deo. Et revera in præsenti debet intelligi, intelligenda est ut nuper diximus, per virtutem scilicet a se non diffusam sed secum identificatam, ut inferatur eius præsentia, & existentia in rebus secundum suam Substantiam.

ARTICULUS SECUNDUS.

De recta intelligentia secundæ propositionis, scilicet: Esse est proprius effectus Dei.

§. X.

Proponitur ratio dubitandi.

103

Secunda ergo propositio, quam assumit D. Thomas ad probandam existentiam Dei in rebus, ex eius operatione est hæc: * Esse est proprius effectus Dei. in cuius intelligentia valde inter se discrepant Authores. Et primo se offert difficultas circa lo esse de quo scilicet esse intelligendum sit, & aliqui asserunt quod lo esse intelligendum est tam de esse Essentiæ, quam de esse Existentiæ, seu de esse communiter sumpto & prout abstrahit

abstrahit ab esse Essentiæ, et Existentiæ. Alij autem contendunt solum intelligi debere de esse Existentiæ. 104

Rursus etiam est difficultas circa sy* proprius effectus.* cum enim causæ secundæ vere aliquid producant, et faciant. (alias incideremus in sententiam, asserentium causas secundas nihil agere. sed quod solus Deus omnia producit, nempe ad præsentiam v. g. ignis, ignem, et ad præsentiam Leonis Leonem) necessario proinde fatendum est causas secundas vere producere, et causare tam esse essentiæ, quam esse existentiæ, ac proinde inferunt, quod esse non est proprius effectus. Dei, 105

Nec sufficit si respondeamus quod etsi causæ secundæ producan esse, tamen illud non producunt virtute propria, sed in virtute Dei, qui ipsas adiuvat, ipsas que fovet ad ipsum esse producendum, et ad ipsum esse effectui communicandum. 106

Non sufficit inquam hæc solutio nam etiam Sol non producit lucem nisi virtute Dei cum ipso concurrentis ad lucis productionem, et Leo Leonem non generat nisi similiter adiutus concursu Dei cum ipso cooperantis ad alterius leonis generationem, et tamen ex inde non infertur quod hi effectus sunt effectus proprij Dei etenim sunt effectus proprij causarum particularium ergo ex eo quod causæ secundæ non producant esse nisi virtute Dei, qui cum ipsis concurrit, non propterea inferre debemus. quod esse sit proprius effectus Dei.

§. XI.

Proponitur prima sententia cum suis fundamentis.

107 Prima sententia est Magistri Curiel in suis Opusculis controv. 5. art. 2. n. 119. qui asserit, quod ly esse intelligitur non solum pro esse essentiæ, vel existentiæ seorsim, sed coniunctim tam pro esse essentiæ, quam pro esse existentiæ, seu pro esse communiter sumpto quatenus abstrahit ab esse essentiæ, & ab esse existentiæ.

108 Rursus hæc sententia asserit quod ly esse intelligendum est non pro esse sub omni formalitate, & sub omni explicito, sed solum secundum rationem entis in communi, quatenus præscindit, ab omni ratione inferiori ad ens, quæ ratio communis entis ut sic necessario dicit conceptum entis participati, unde cum ens participatum a Deo, sit non solum esse essentiæ, vel existentiæ seorsim, sed utrumque simul inde est quod ly esse intelligendum est de esse ut sic prout est commune esse essentiæ, & esse existentiæ.

109 Ulterius, iuxta principia huius sententiæ notandum est, quod ly *proprius effectus Dei,* intelligi debet, quatenus dicit, & explicat effectum adæquatum, & quasi formale obiectum terminativum potentiæ activæ, seu virtutis activæ, Dei, seu quatenus dicit effectum per se primo alicuius causæ, inquantum talis.

110 Etenim etsi causæ secundæ producant esse, tam essentiæ, quam existentiæ, tamen illud non producunt sub ratione entis in communi, sed solum secundum rationem particularem entis, ut puta, sub ratione substantiæ, v.g. vel corporis, vel alterati, vel mixti, vel viventis, vel animalis, vel hominis, vel leonis, vel secundum alias rationes particularissimas entis, quæ utique formalitates diversis causis correspondent.

111 Unde etsi quælibet causa totum effectum producat, cæterum non quælibet totaliter, & sub omni ratione, sed

quælibet

qualibet sub ratione ultimo in ipsam reducibili, seu sub ratione quæ ipsi per se primo convenit, et correspondet.

112

Quæ doctrina corroborari potest exemplo, quo ibidem utitur D. Thomas, asserit enim quod esse est proprius effectus Dei, sicut ignire est proprius effectus ignis, et lucere est proprius effectus lucis, g° signum est Divum Thomam sentire quod esse est proprius effectus Dei sub ea formalitate sub qua esse est ultimo in ipsum Deum reducibile, seu sub ea formalitate sub qua, causare esse per se primo convenit Deo

113

Modo sic sed omne ens tam essentiæ, quam existentiæ, est per se primo in ipsum Deum reducibile; g° loquitur Angelicus Magister de esse communiter sumpto, et prout abstrahit ab esse essentiæ, et ab esse existentiæ, cætera præter subsumptam patent, quæ sic probatur: quia omne ens, tam essentiæ quam existentiæ, est participatum a primo ente, g° tam esse essentiæ, quam esse existentiæ, est per se primo in ipsum Deum reducibile

114

Illustratur, et corroboratur amplius hæc doctrina: nam hæc propositio * esse est proprius effectus Dei,* explicanda est taliter quod componatur cum alia propositione assumpta a D. Thoma, et quam nos postea explicabimus, scilicet conciliandа est prædicta propositio cum hac:* esse est magis intimum cuilibet rei, et quod profundius omnibus inest.* Sed eo ipso, in illa propositione * esse est proprius effectus Dei,* ly esse debet intelligi tam de esse essentiæ, quam de esse existentiæ, seu de esse communiter sumpto; g° sic intelligendum est.

115

Cætera patent, præter minorem, quæ sic probatur: quia si ly esse intelligitur solum de esse essentiæ, vel de esse existentiæ, illud esse non esset magis intimum cuilibet rei, assumptum suadetur, nam esse essentiæ non est prædicatum intimius respectu

existentiæ, cum suum existentiale sit ipsi prædicatum intimius, Similiter esse existentiæ non est prædicatum intimius respectu essentiæ. etenim respectu huius suum proprium esse essentiale, est prædicatum intimius, ergo ut componantur inter se illæ duæ propositiones signum est quod in hac propositione * esse est proprius effectus Dei,* ly esse sumitur a D. Thoma pro esse universaliter accepto, prout est commune tam esse essentiæ, quam esse existentiæ.

116

Denique confirmatur hæc doctrina. nam si per ly esse intelligeret D. Thomas solum esse existentiæ, ut contendit alia sententia, sequeretur quod Deus non esset immediate in materia prima; sed intentum D. Thomæ est manifestare ex Dei operatione, qua in rebus producit esse, existentiam Dei in omnibus rebus, ergo loquitur D. Thomas de esse universaliter accepto, quatenus est commune tam esse essentiæ, quam esse existentiæ,

117

Maior probatur nam cætera patent, quia, ut supponimus, et ut ~~[illegible]~~ in via D. Thomæ est universaliter verum, materia prima nullam habet existentiam propriam ex se, sed unice existere potest per existentiam formæ, ergo esse quod est intimius materiæ primæ est esse essentiale proprium, licet inadæquatum, et imperfectum, ergo ut Deus sit immediate in materia prima debet producere in ipsa prædicatum intimius respectu ipsius, quod utique non est ut diximus esse existentiæ, sed esse essentiæ.

118

Iam sic Sed idem esse, intelligendum est in hac propositione:* esse est proprius effectus Dei* et in ista:* esse est prædicatum magis intimum cuilibet rei, et quod profundius omnibus inest,* ergo signum est quod ly esse in prima propositione intelligitur a D. Thoma de esse communiter sumpto, et quatenus abstrahit ab esse essentiæ, et existentiæ.

§. XII

§. XII

Proponitur secunda sententia, & statuitur pro conclusione.

119

Fateor rationes supra efformatas in favorem primæ relatæ sententiæ, absdubio eam probabillissimam constituere, unde eam præter M. Curiel aliÿ Thomistæ tuentur eamque reputat probabilem M. Ferre in hac prima parte q. 7. §. 5. n. 480.

120

Verum his non obstantibus sit nostra conclusio. Quando D. Thomas asserit quod *esse est proprius effectus Dei.* per ly esse intelligit esse existentiæ præcise, non autem esse communiter sumptum, quatenus præscindit ab esse essentiæ, & existentiæ.

121

Hunc modum dicendi, & hanc intelligentiam circa ly esse in prædicta propositione, ut conformiorem Angelico Magistro, & ut aptiorem ad inferendum ex illo intimam præsentiam, & existentiam Dei in rebus, ex eius operatione, amplectuntur communiter celebriores Thomistæ in præsenti. cæterum licet fere omnes in hac nostra conclusione conveniant, non tamen omnes eamdem rationem assignant.

122

Aliqui enim asserunt quod ideo in prædicta propositione, scilicet in hac *esse est proprius effectus Dei,* ly esse intelligitur de esse existentiali, quia solus Deus potest facere quidquid requiritur necessario, ut reponatur sub existentia, assumptum suadetur, quia qualibet res, vel est materialis, vel immaterialis, si est immaterialis a solo Deo produci potest,

Cum non detur subiectum ex quo fiat, quod requiritur necessario ut per actionem creatam res producatur.

123

Si autem res materialis sit, exigitur necessario ut talis res in rerum natura ponatur, quod detur materia prima, seu talis res materialis exigit necessario materiam primam, ut causam materialem, et compositivam sui; at qui (subsumunt) materia prima a solo Deo produci potest, cum fieri nequeat ex praesupposito subiecto, et solus Deus est qui potest producere quidquid requiritur ut qualibet res ponatur sub existentia. proindeque ideo in praedicta propositione ly esse intelligitur de esse existentiali, quia a solo Deo produci potest, quidquid requiritur ut qualibet res ponatur sub existentia. Ad quam rationem fulciendam, et corroborandam afferunt doctrinam ex D. Thoma 3. contra g. cap. 68. ratione 5.

124

§. XIII

Reiicitur haec ratio

Caeterum mihi non placet ratio efformata in favorem nostrae conclusionis, unde contra illam sic insurgo: quia licet verum sit quod solus Deus potest producere quidquid requiritur, ut aliqua res, sive materialis sive immaterialis, sit, et ponatur sub existentia, tamen defficit haec ratio in duobus.

125

Primo quia ex praeiacta ratione non minus infertur quod existentia est proprius effectus Dei, quam quod materia prima, vel forma substantialis, vel conceptus substantiae, corporis, mixti, alterati, viventis, animalis, vel hominis, seu leonis, vel quilibet alius alter conceptus sit proprius effectus Dei, ergo ratio efformata sustineri nequit, assumptum suadetur, quia

etiam

etiam unice solus Deus potest producere entitatem materiæ primæ, & similiter solus Deus potest producere quidquid requiritur ut forma substantialis sit, etenim solus Deus potest producere materiam primam, quæ necessario est causa materialis formæ, unde solus Deus potest producere quidquid requiritur ut sit & detur corpus, sub hoc explicito, vel mixtum, vel vivens, & sic de alijs, sub suis explicitis, etenim solus Deus potest causare seu creare materiam primam quæ necessario ingreditur in quolibet supradicto conceptu. ergo si ex eo hy esse, in præ dicta propositione intelligendum esset de esse existentiæ, quia unice Deus potest producere, & causare id quod necessario exigitur ut qualibet res sive materialis, sive immaterialis, sit & ponatur sub existentia, eâdem ratione, quilibet alius conceptus esset proprius effectus Dei, ergo ratio præiacta non probat quod existentia seu esse existentiale sit proprius effectus Dei.

126

Defficit secundo præiacta ratio ex eo quod non est ratio adæquata ad stabiliendam existentiam Dei in rebus ex eius operatione, qua producit in rebus esse existentiale, ergo præiacta ratio non est ad rem. assumptum suadetur, quia Deus non minus est intime præsens formæ substantiali, quam materiæ primæ, nec minus una creatura quam alia dependet a Deo, unde potest Deus anihillare formam, non anihillando materiam, vel econtra potest anihillare materiam non anihillando formam. potest enim suspendere inadæquate suum concursum, ergo non ideo Deus est præsens formæ substantiali, quia creat, vel conservat materiam primam quæ necessario exigitur ut sit & existat forma substantialis, ergo præiacta ratio non est sufficiens ad intentum.

§. XIV.

Prenotantur non-nulla ad nostræ conclusionis probationem.

127 Ast ad pleniorem nostræ conclusionis intelligentiam notandum venit primo quod in prædicta propositione ly esse construi potest cum ly effectus, vel cum ly proprius effectus, etenim non omne quod est effectus alicuius causæ, est proprius effectus illius causæ, Musicus enim albus, est causa Musicæ, & tamen Musica non est proprius effectus hominis albi, licet sit effectus illius, unde si solum esse existentiale, seu sola existentia est proprius effectus Dei, per se primo correspondens Deo, & ultimo in ipsum Deum reducibilis, ly esse in prædicta propositione intelligendum veniet, de esse existentiali, seu de existentia.

128 Secundo notandum est quod licet in prædicatis essentialibus alicuius rei, omnia illa sint formalia respectu ipsius rei, non tamen omnia illa conveniunt ipsi rei per se primo, & secundum quod ipsam, v. g. homo essentialiter est animal, vivens, mixtus, corpus, substantia, & ens, cæterum hæc omnia prædicata non conveniunt ipsi per se primo, & secundum quod ipsum, quia non convertibiliter dicuntur de homine, e contra autem Rationale est prædicatum per se primo conveniens homini, & secundum quod ipsum. Sumitur enim hæc doctrina ex Phylosopho 1. Poster. cap. 5. & ex D. Thoma ibidem lect. 12. & 2. contrag. cap. 15. & alibi.

Sic ergo

Sic g.o pariformiter phylosophandum est de causis per se respectu effectus, cum enim omne agens intendat assimilare sibi simile, illa causa quæ per se convenit aliqua formalitas reperta in effectu dicitur causa per se, et est causa per se primo respectu illius formalitatis, et similiter talis formalitas reperta in effectu dicitur, et est proprius effectus illius causæ, quia in illam ultimo reducitur, unde communiter dicitur quod ignitum est proprius effectus ignis, illuminatum est proprius effectus lucis, statua est proprius statuarij, et sic de alijs. 129

Ad quam doctrinam illustrandam in integrum referenda selegi aurea verba D. Thomæ ex q. 3 de Potentia. ar. 1. in corp. ubi sic ait: * 130

Ad cuius evidentiam considerandum est, quod cum aliquæ causæ, effectus diversos producentes, communicant in uno effectu, præter diversos effectus, oportet quod illud commune producant ex virtute alicuius superioris causæ, cuius illud est proprius effectus, et hoc ideo, quia cum proprius effectus producatur ab aliqua causa, secundum suam propriam naturam vel formam, diversæ causæ, habentes diversas naturas, vel formas oportet quod habeant proprios effectus diversos. unde si in aliquo uno effectu conveniant illæ, non est proprius alicuius earum, sed alicuius superioris in cuius virtute agunt, sicut patet quod diversa complexionata conveniunt in calefaciendo, ut Piper, et Zinziber, et similia, quamvis unumquodque eorum habeat suum proprium effectum diversum ab effectu alterius. unde effectum communem oportet reducere in priorem causam cuius sit proprius. scilicet. in ignem. 131

Similiter in motibus cœlestibus sphæræ Planetarum singulæ habent proprios motus, et cum hoc habent unum communem, quem oportet esse proprium alicuius sphæræ superioris omnes revolventes, secundum motum diurnum; omnes autem causæ creatæ conveniunt in uno effectu, qui 132

est esse licet singulæ proprios effectus habeant, in quibus distinguuntur. Calor enim facit calidum esse, & ædificator facit domum, esse conveniunt g° in hoc quod causant esse sed differunt in hoc quod ignis causat ignem & Ædificator causat domum, oportet g° esse aliquam causam superiorem omnibus, cuius virtute omnia causant esse, & eius, esse sit proprius effectus, & hæc causa est Deus. * = eamdem doctrinam tradit D. Thomas 3. contra g. c. 66. quibus suppositis, & prænotatis, sit

§. XV.
Ratione suadetur conclusio.

183 Probatur g° nostra conclusio ratione, quia ille effectus dicitur effectus proprius alicuius causæ, qui correspondet causæ perse primo, & secundum quod ipsam; sed existentia creata, seu esse creatum existentiæ unice correspondet Deo per se primo, & secundum quod ipsum, & alias, esse creatum, communiter sumptum, prout etiam commune est esse essentiæ, non sic se habet; g° in illa propositione * esse est proprius effectus Dei * (y esse intelligendum est de esse existentiali, seu de esse ut determinato ad existentiam. maior ex dictis in notabilibus constat, unde solum restat probanda minor. quam sic probo:

189 Quia illi causæ, cui perse primo, & essentialiter, convenit formalitas aliqua, quæ reperitur in effectu, est causa perse primo illius eiusdem formalitatis repertæ in effectu: sed solum esse creatum existentiæ, non autem esse essentiæ, est formalitas in effectu, quæ translata ad Deum unice Deo, & non aliis convenit essentialiter g° solum esse creatum existentiæ, unice correspondet Deo per se primo, & secundum quod ipsum &

& e contra, esse creatum communiter sumptum, prout etiam commune est esse essentiæ, non correspondet unice Deo, & secundum quod ipsum. maior ex iam suppositis constat, probatur g° minor:

135

Nam existentia, seu prædicatum essendi existentialiter est prædicatum, quod unice Deo convenit essentialiter, esse autem creatum essentiæ, sive hoc prædicatum, essentia, est prædicatum quod translatum ad Deum, licet illi conveniat essentialiter, tamen non ipsi soli, cum essentia, in creatis etiam prædicatur essentialiter; g° solum esse creatum existentiæ, non autem esse essentiæ, est formalitas in effectu quæ translata ad Deum, unice Deo. & non alijs convenit essentialiter. antecedens est certum.

136

Nam existentia est prædicatum accidentale respectu cuiusvis creaturæ, quantumvis perfectissimæ, & aliunde respectu Dei est prædicatum essentiale. iuxta illud: *Ego sum, qui sum.* & iuxta illud: *Qui est missit me ad vos.* = E contra autem essentia seu prædicatum essendi essentialiter, dicitur quidditative, & essentialiter, tum de Deo, tum de creaturis. Homo, enim essentialiter, est Homo, g° sola existentia creata, seu esse creatum existentiæ, non autem esse essentiæ, est formalitas in effectu quæ unice correspondet Deo, per se primo, & secundum quod ipsum, proinde que in hac propositione: *esse est proprius effectus Dei,* ly esse intelligendum venit, de esse existentiæ, non autem de esse communiter sumpto. quatenus est commune esse essentiæ, & existentiæ.

137

Confirmatur quia ut vidimus ex D. Thoma loco citato, ex q. 7 de Pot. Ignis facit ignem esse, & Ædificator facit domum esse, & leo leonem esse, & sic de alijs; g° quando Angelicus Magister asserit, quod ly esse in his effectibus, est proprius effectus Dei, loquitur de illo esse prout distincto, ab igne, domo, & leone.

138\. Modo sic: Sed esse quod distinguitur ab igne, domo, & Leone, est esse existentiæ, non autem esse essentiæ, etenim esse essentiæ, inpræscindibile est ab igne, domo, & Leone, si enim ab his auferatur essentia nihil remanere necesse est; relinquitur g° quod esse quod correspondere potest Deo, ut causæ per se primò illius, & secundum quod ipsum, est esse existentiæ.

139\. Illustratur, & confirmatur amplius, hæc nostra ratio, nam Angelicus Magister ad probandum, quod * esse est proprius effectus Dei, * assumit hanc causalem: * quia Deus est suum esse, * sed ut vidimus Deus est sua existentia; g° quando D. Thomas asserit quod * esse est proprius effectus Dei, * loquitur de esse existentiæ. alias inutilem causalem assumeret. unde non servaret formalitatem in probando, quod nefas est dicere de tanto Magistro.

§. XVI.

Dilluuntur replicæ

140\. Replicabis, quod hæc propositio * esse est proprius effectus Dei, * conciliandа, & componenda est cum alia propositione eiusdem D. Thomæ, scilicet cum hac: * esse, est prædicatum magis intimum cuilibet rei, & quod profundius omnibus inest, * Sed esse, quod est prædicatum intimius rei, & quod profundius omnibus inest, non est esse determinatum existentiæ, sed esse communiter sumptum, prout commune est tam esse essentiæ, quam esse existentiæ, g° de hoc esse universaliter sumpto loquitur. D. Thomas. cætera patent, & probatur min. quia etsi verum sit quod respectu existentiæ, esse existentiale sit prædicatum intimius, tamen respectu essentiæ, ipsum suum esse essentiale, est prædicatum profundius, & intimius, g° loquitur D. Thomas, de esse universaliter accepto.

Sed con

Sed contra. quia ut in explicatione textiæ propositionis, scilicet huius, * esse est prædicatum magis intimum cuilibet rei, & quod profundius omnibus inest, * videbimus, esse, quod est prædicatum intimius est esse existentiale, unde facile corruet replica. 142

Replicabis secundo hac ratione, quia non minus est prædicatum essentiale respectu Dei, eius existentia, quam est essentia, vivere, & intelligere, & tamen ex hoc non infertur quod esse creatum essentiæ sit proprius effectus Dei, sicut neque quod vivere & intelligere creatum sint proprius effectus Dei, ergo similiter ex eo quod existentia sit prædicatum essentiale respectu Dei non debemus inferre, quod determinate esse creatum existentiæ est proprius effectus Dei.

Sed 143 contra quia licet verum sit quod essentia Dei est prædicatum ipsi essentiale, & quod vivere, & intelligere sunt etiam prædicata essentialia respectu Dei, tamen aliter, & aliter participantur illa prædicata a creaturis, etenim tam essentia quam vivere, & intelligere radicaliter, dicuntur essentialiter de ipsis creaturis; at existentia neutiquam potest dici essentialiter de creaturis, quamtumvis aliquam creaturam perfectissimam fingamus. 144

Replicabis textio ex alio capite, & Ratio corporis sublunaris, & corruptibilis, (quæ ratio reperitur in lapide, v.g.) est effectus proprius Cœli, at qui ratio corporis non solum dicitur essentialiter de Cœlo, sed, etiam de ipso Lapide, & de alijs corporibus sublunaribus, & corruptibilibus, ad cœlum inferioribus, etenim istæ prædicationes sunt essentiales, * lapis est corpus * elementum quodlibet, vg. ignis, est corpus, * leo est corpus * quæ omnia essentialiter corpora sunt, sicut substantia, unde de quolibet ex dictis dicitur substantia quidditative; ergo ex eo quod existentia sit prædicatum essentiale respectu Dei, non exinde infertur, quod esse creatum existentiæ, sit effectus proprius Dei.

145 Sed Contra quia ratio corporis dupliciter considerari potest, logice scilicet, et physice, si enim corpus sumitur logice, ratio corporis, sic non est effectus proprius cœli, alias cœlum causaret se ipsum, cum ipsum cœlum sub conceptu corporis ut sic contineatur. Si vero Corpus sumitur physice, sic corpus Sublunare est effectus proprius cœli, quia cœlum cum sit incorruptibile corpus est primum alterans inalterabile, quæ formalitas nulli corpori sublunari convenit.

146 Et ex his constat solutio ad ea quæ dicebantur in favorem primæ sententiæ, iam relatæ, et quę est explicata supra. §. 11. a num. 103 adusque num. 118. unde admissa doctrina, quę ibi est explanata, adusque num. 113 exclusive, negeanda est subsumpta ibi proposita, ad cuius probationem distinguatur antecedens, omne ens, tam essentiæ, quam existentiæ, est participatum a primo ente, participatum eodem modo nego ans, alio modo concedo antecedens, et neganda est consequentia.

147 Explicatur solutio, iuxta dicta, quia et si esse essentiæ, et esse existentiæ, quod reperitur in creaturis sit participatum á Deo, et illud habeant creaturæ cum dependentia essentiali, tamen aliter habent esse, essentiæ, et aliter esse existentiæ, nam esse essentiæ, dicitur quiditative, de creaturis, secus autem esse existentiæ, inde in prædicationibus quidditativis, reducitur ultimo esse existentiale ad Deum, secus autem autem esse essentiæ.

148 Ad primam, et secundam confirmationem ibi appositam constabit solutio explicando tertiam propositionem quam articulo sequenti explicabimus Deo dante.

149 Denique replicabis contra dicta, et dices quod neque esse existentiæ, est ultimo in ipsum Deum reducibile. assumptum suades, quia causæ createę etiam producunt existentiam

ipsam

ipsam que communicant suis effectibus. 150

Responde o negando assumptum, ad cuius probationem, distinguo antecedens. Causæ creatæ etiam producunt existentiam, sub conceptu entis actualis, seu sub conceptu ultimæ actualitatis, nego antecedens. Sub conceptu essendi transmutabiliter, & quatenus existentia dicit specificationem ab essentia, & a forma a qua dimanat, concedo ans. 151

Quæ solutio illustrari potest ex D. Thoma, in 2. dist. 15. q. 1. ar. 2. ubi ait: * quod duplex est agens, scilicet agens divinum, quod est dans esse, & agens naturale, quod est transmutans, & primus modus actionis solum Deo convenit, sed secundus modus, etiam alijs convenire potest. * 152

Ex qua doctrina habetur quod licet Deus, & creatura producant existentiam, ast est diversimode, quia Deus illam producit secundum quod solum dicit esse, & actualitatem, quod esse per se loquendo, & ex terminis solum habet oppositionem cum nihillo, etenim existentia est actus entis in quantum ens, cæterum creatura producit existentiam transmutabiliter, quatenus scilicet producit formam, ex qua dimanat, ac proinde existentia ex terminis, & ex se non exigit fieri transmutabiliter, cum ex se solum dicat actum entis, seu actualitatem ultimam in linea essendi, unde ratione formæ quæ fit per transmutationem, fit etiam ex consequenti transmutabiliter ipsum esse, seu ipsa existententia.

ARTICVLVS TERTIVS.

De recta intelligentia huius tertiæ propositionis scilicet: Esse est quod est magis intimum cuilibet rei, & quod profundius omnibus inest.

§. XVII.

Præmittuntur nonnulla.

153 Vt certa ab incertis separemus notandum venit hanc præiactam propositionem considerari posse in se absolute & ex terminis nullo attento ordine ad existentiam Dei in rebus, ex illa inferendam, vel quatenus ad præsens intentum attinet, Si enim primo modo inspicitur ut certum suppono quod esse quod est prædicatum intimius cuilibet rei, & quod profundius omnibus in est, est esse communiter sumptum, quatenus abstrahit ab omni esse, tam essentiæ, quam existentiæ, tam completo, quam incompleto.

154 Quæ suppositio facile constat ex eo quod cuilibet essentiæ

essentiæ, intimius est suum esse essentiale, quam existentiale, è contra autem existentiæ intimius est suum esse existentiale, quam esse essentiæ, cuius est existentia similiter materiæ primæ intimius est suum esse materiale, et incompletum, seu hoc quod est esse materiam quam esse quod recipit a forma; sicut ipsi formæ intimius est esse formam quam illud esse, quod habet in toto. Unde mihi pro comperto est quod hæc præsens propositio ex terminis considerata intelligenda est ut nuper in hac suppositione explicuimus, id est, Deus esse ut sic, pro ut abstrahit tum ab esse essentiæ, tum ab esse existentiæ. 155

Difficultas ergo in præsenti enodanda est circa intelligentiam prædictæ propositionis quatenus conducit ad inferendum ex ea cum alijs duabus iam primo explicatis propositionibus, existentiam Dei in rebus. 156

Rursus pro veritatis explicatione notandum est, rem esse in loco stare posse dupliciter: primo ita taliter ut locus contineat rem, ipsam circumscribendo, et coarctando intra terminos ipsius loci. Secundo ita ut res contineat locum. quod etiam fieri potest dupliciter, vel ita taliter quod res illa quæ est in loco, ipsi loco non subiiciatur, sed potius dominetur locum, vel ita taliter quod non solum dominetur locum, sed etiam ipsum locum producat, et conservet in esse. 157

Igitur primus, et secundus modus existendi in loco repugnat Deo, etenim implicat quod contineatur, vel circumscribatur a loco, ut dicitur 3 Reg. cap. 8. * Cœlum, et Cœli Cœlorum te capere non possunt.* sicut et implicat quod et si non subiiciatur loco, non conservet locum in esse. hi ergo duo modi existendi in loco conveniunt creaturis, primus rebus materialibus, et corporeis, et secundus rebus immaterialibus et incorporeis, scilicet Angelis. 158

Tertius autem modus existendi in loco est proprius Dei,

unde ad hanc existentiam Dei in rebus dignoscendam dis cutimus. de quo esse sit intelligendum illud esse quod dicit D. Thomas, quod est magis intimum cuilibet rei, & quod profundius omnibus inest. His positis, sit

§. XVIII.
Statuitur conclusio, & proponitur primus modus eam tuendi.

159 Sit Conclusio: In prædicta propositione esse de quo loquitur D. Thomas quod est magis intimum cuilibet rei, & quod profundius omnibus inest, est esse existentiæ, non autem esse communiter sumptum, quatenus commune est esse essentiæ, & existentiæ.

160 In hac conclusione conveniunt omnes thomistæ, quos ut Patronos præcedentis conclusionis consuluimus, licet diversimode illam explicent, igitur primus modus hanc conclusionem tuendi est: Quia licet verum sit quod esse communiter sumptum, sit absolute, & ex terminis prædicatum intimius cuilibet rei, cæterum ut conducat ad manifestandam existentiam Dei in rebus debet intelligi de esse formalissime ut productum est; sed esse productum quod intimius est cuilibet rei, & quod profundius omnibus inest est esse existentiæ; non autem esse communiter sumptum; ergo in prædicta propositione intelligendum est esse existentiæ, non autem communiter sumptum.

161 Probatur maior, probanda postea minor, quia esse rerum, quod conducit ut Deus sit in illis est esse extra causas, quod habent; Sed esse extra causas, est esse productum ut per se constat, ergo esse quod conducit ad manifestandam existentiam

tentiam. Dei in rebus est formalissime esse producti.

162 Iam
g° probatur illa minor quia essentia non producitur neque ponitur extra causas, nisi media existentia, g° esse existentiæ in esse producti intimius est essentiæ quam ipsum esse ipsius essentiæ, etenim hoc esse essentiæ non ponitur extra causas, nisi media existentia.

163 Nec valet
dicere quod etiam essentiæ producitur. quod suadetur ex eo, quod materia prima propriori ad formam intelligitur terminare actionem creativam, at qui illam in via D. Thomæ non terminat ratione existentiæ, cum in doctrina Angelici Magistri nullam habeat existentiam, neque pro illo signo habeat existentiam formæ, g° est quia esse essentiæ etiam producitur.

164 Non
inquam id valet nam materia prima pro illo priori non intelligitur producta, neque creata adæquate, quandoquidem non intelligitur terminare adæquate actionem creativam, undo pro illo signo solum intelligitur ut in via ad existendum proinde quæ solum intelligitur ut in via ad produci, & ad esse extra causas.

165 Sed dices: Deus est in materia prima immediate; g° est in illa ratione illius esse, quod est magis intimum in ipsa; Sed hoc esse non est esse existentiæ, g° est esse essentiæ.

166 Respondeo distinguendo antecedens, Deus est immediate in materia prima: immediatione excludente formam nego antecedens, immediatione formam non excludente, concedo antecedens. itaque dicimus quod sicut materia prima non recipit existentiam nisi mediante forma, & tamen ex hoc non licet inferre quod materia prima in se immediate non existit, ita similiter Deus non est in materia prima nisi quia habet formam, & tamen ex hoc non licet inferre quod Deus non est immediate in materia prima.

167 Vnde stando in præiacta conclusione

Sic efformatur ratio ad probandam existentiam Dei in rebus: Esse quod conducit rebus, ut Deus sit in illis, est esse productum quod habent, sed esse productum vel est esse existentiæ, vel omne aliud esse intelligitur productum ratione existentiæ, ergo in præsenti, & quatenus prædicta propositio conducere potest ad inferendam existentiam Dei in rebus solum potest intelligi de esse existentiæ, non autem de esse communiter sumpto. maior constat esse quod non est productum conducere nequit ad hoc ut Deus sit in rebus ut ex terminis notum videtur.

168 Minor autem probatur, nam licet verum sit quod esse essentiæ producitur, cærum non est productum in re, nisi ratione existentiæ; quandoquidem enim absque esse existentiæ, est, & intelligitur essentia intra causas, proinde que incapax ut Deus sit in illo esse: ergo omne esse productum, vel est est esse existentiæ, vel omne aliud esse intelligitur productum ratione existentiæ, unde nostra conclusio, & legitimam explicationem continet, & ad intentum D. Thomæ est valde conducens.

§. XIX.
Proponitur secundus modus tuendi conclusionem.

169 Alij Thomistæ, licet in præjacta conclusione cum præcedentibus conveniant, tamen differunt in ratione & in modo eam stabiliendi, unde asserunt quod ideo in prædicta propositione illud esse intelligitur de esse existentiæ, non autem de esse communiter, & universaliter accepto, quia existentia, seu esse existentiale est intimius cuilibet rei in formalizando, & actuando, in actu secundo licet in constituendo intimius non sit, etenim constitutive intimius est

est esse essentiæ, quam esse existentiæ. Et iuxta hunc modum dicendi sic efformatur ratio, ad probandam existentiam Dei in rebus.

1) 0

Esse quod rebus conducit, ut Deus sit actu in illis, est esse quod ipsas ponit extra causas; secus autem illud esse quod res intra causas relinquit, sed esse, quod ponit res extra causas, est esse quod tale est in formalizando, et actuando in actu secundo, econtra autem esse, quod solum est tale constitutive, seu in constituendo res intra causas relinquit; ergo esse de quo loquitur D. Thomas in præsenti, est de esse, tali actuative, seu in formalizando, et actuando. maior constat, etenim in rebus prout intra causas Deus non est actu sed in potentia.

1) 1

Minor autem probatur. Nam esse, quod est tale in formalizando, et actuando ultimo, et in actu secundo est existentia; esse autem quod solum est tale constitutive, est vel forma substantialis, vel tota essentia; sed essentia, et forma substantialis pro signo anteriori ad existentiam, sunt intra causas, e contra vero esse existentiæ, exercite sumptum est omnino intra causas; ergo esse quod conducit, ut Deus sit in rebus, est esse quod est tale, in formalizando, et actuando in actu secundo; secus autem esse quod solum est tale constitutive, unde esse essentiæ licet sit magis intimum cuilibet rei constitutive, non tamen est magis intimum actuative, unde informalizando, et actuando seu actuative, intimior est existentia. ergo D. Thomas intelligendus est in prædicta propositione, de esse existentiæ, non autem de esse communiter sumpto, et universaliter accepto.

1) 2

Replicabis quod hi termini, actuative, et constitutive, seu in actuando et formalizando, et in constituendo, non sunt distincti ex parte rei significatæ, sed ad summum ex parte modi significandi, ergo implicat quod aliquod prædicatum sit

intimius in formalizando, vel in actuando, seu actuative, & quod similiter non sit intimius in constituendo seu constitutive; etenim omne quod actuat, & formalizat, constituit.

113 Respondeo negando antecedens, seu assumptum argumenti, & explico solutionem, est enim duplex informationis, & actuationis genus, nam & datur actuatio, & informatio pertinens ad lineam essentiæ, & datur informatio, & actuatio pertinens ad lineam existentiæ, supponens pro inde essentiam in suo signo constitutam, considerata ergo informatione, & actuatione primo modo, est idem cum constitutione, unde informare, & formalizare hoc modo, est constituere; cæterum hæc informatio, & actuatio, seu constitutio cum sint de lineâ essentiæ, & pro suo signo supponatur essentia intra causas non conducit ut Deus sit in rebus, quia signum hoc non est signum existentiæ, & actualitatis exercitæ, & in actu secundo, sed solum est signum absolute potentialitatis.

114 Secundum autem actuationis, & informationis genus cum sit de linea existentiæ, proinde quæ sit actuatio actualis, ut sic dicamus, & in actu secundo, quæ proinde rem ponit actu extra causas, non est actuatio, seu informatio constitutiva, existentia utique supponit essentiam constitutam in suo esse, pro signo anteriori ad ipsam existentiam, unde hæc actuatio seu informatio est quæ conducit ut Deus sit in rebus.

115 Quæ doctrina aliquo modo potest illustrari, & confirmari in Christo Domino. etenim in Christo Domino Personalitas seu Subsistentia terminat, & actuat naturam humanam quin ipsam naturam constituat, ergo ex terminis non est idem actuare, & constituere.

116. Unde hæc explicatio, qua exponitur prædicta propositio D. Thomæ de esse formalizante, & actuante, optima est, & ad intentum

D. Th.

D. Thomæ conducens, & ex illa sic iterum potest fulciri, & Confirmari præcedens ratio. 177

Esse quod conducit rebus, ut Deus sit in illis, est esse formalizans, & actuans; secus vero esse constituens; g° prædicta propositio intelligenda est de esse formalizante, & actuante, non autem de esse constituente. antecedens, probatur, quia esse constituens essentiam est esse relinquens essentiam intra causas, etenim est esse, quod præsupponitur pro signo anteriori ad existentiam; esse autem formalizans, & actuans, in actu secundo, seu in actu exercito est esse ponens rem extra omnes suas causas; sed esse, quod conducit ut Deus sit actu in rebus est esse, quod extrahit rem extra omnes suas causas, g° esse quod conducit ut Deus sit in rebus est esse formalizans, & actuans, secus vero esse constituens.

178 Unde quamoptime, & valde ad intentum D. Thomæ explicatur prædicta propositio de esse existentiæ, quia hoc esse, est prædicatum quod est magis intimum cuilibet rei, & quod profundius omnibus inest, formalizando scilicet, & actuando non autem constitutive, seu constituendo.

§. XX.

Deciditur quæstio principalis, & profunditas in prædicto ratiozinio Divi Thomæ demonstratur.

179 Iam, iam pertrés supra appositos articulos explicatis tribus illis propositionibus, in quibus nititur fundamentum D. Thomæ ad suadendam, & stabiliendam existentiam Dei in rebus ex eius operatione, facile percipitur mira profunditas, & formalitas in ratiozinio D. Thomæ, quo probat in articulo 1.º huius quæstionis existentiam Dei in rebus, ex operatione ipsius Dei, qua rebus tribuit esse, ipsasque in suo esse conservat; & sic subtilissime potest efformari.

180 *Vbicumque aliquid operatur* (per virtutem a se non diffusam, sed sibi intraneam, & secum identificatam)* ibi est.* (præsens, per suam substantiam; Sed)* Deus operatur in omnibus* (per virtutem a se non diffusam, sed per virtutem divinam sibi intrinsecam, & secum identificatam) * esse * (Existentiale)* quod est proprius effectus ipsius Dei,* (ipsi per se primo correspondens, & secundum quod ipsum, & quod)* esse *(existentiale,)* est prædicatum magis intimum cuilibet rei, & quod profundius omnibus inest,* (secundum quod res sunt actu productæ, & exercite existentes a parte rei, & extra omnes suas causas,)* g.º Deus est existens, ubique, & in omnibus rebus,* (secundum suam substantiam.)

181. Recte g.º & profundissime D. Thomas ex Dei operatione infert, existentiam Dei in rebus, hæc ultima consequentia ex ratiotinio nuper efformato clare deducitur & ratiozinium præiactum iam manet probatum, & explicatum.

QVÆSTIO. IV.

Utrum HÆC ACTIO, QVA DEVS EST IN REBVS, SIT IMMANENS, VEL TRANSIENS?

§. VNICVS.

Deciditur quæstio, unica conclusione

Sit conclusio. Operatio per quam Deus est in rebus est formaliter immanens, & virtualiter transiens. 182 183

Est communis Thomistarum. & suadetur quo ad primam partem, probanda postea quo ad secundam, quia ex terminis actio immanens, est illa, quæ manet in agente, sed operatio per quam Deus est in rebus, manet in Deo, g^o est talis actio formaliter immanens, cætera patent, & probatur minor quia operatio per quam Deus est in rebus est actio cum ipso Deo identificata, g^o operatio per quam Deus est in rebus manet in Deo. Antecedens suadetur, operatio peratio per quam Deus est in rebus, est operatio qua mediante Deus operatur per virtutem a se non diffusam, sed operatio quæ convenit Deo per virtutem a se non diffusam est sibi intrinseca & identificata, g^o operatio per quam

Deus est in rebus est actio cum ipso Deo identificata, cætera patent; pariter maiorem quam sic probo. quia operatio per quam Deus est in rebus est actio qua mediante rebus tribuit esse, & illis existentiam communicat, sed actio quæ formalissime terminatur ad esse, seu actio qua Deus rebus tribuit esse, & illis existentiam communicat, nequit non esse per virtutem ab ipso Deo non diffusam, sed potius est necessario a Deo per virtutem sibi intrinsecam, & secum identificatam, ergo operatio per quam Deus est in rebus est operatio qua mediante Deus operatur per virtutem a se non diffusam.

189 Minor suadetur, nam maior ex dictis quæstione præcedenti per suos tres articulos constat, quia actio quæ terminatur ad esse, non supponit subiectum in quo possit esse, ergo est necess. per virtutem ab ipso Deo non diffusam, antecedens videtur constans, quia si supponeret subiectum in quo posset recipi, illud subiectum haberet esse, cum non esset nihil; ergo non terminaretur illa actio formalissime ad esse, consequentia autem etiam constat, quia actio quæ non supponit subiectum in quo recipi possit, est actio quæ operatur ex nihillo, sed actio quæ operatur ex nihillo est necessario infinita, & proinde per virtutem ab ipso Deo non diffusam, ergo actio quæ terminatur ad esse, & proinde non habet subiectum in quo recipiatur, est actio quæ est a Deo per virtutem ab ipso Deo non diffusam, ergo est cum ipso Deo identificata, ergo est immanens formaliter, ergo a primo ad ultimum, actio per quam Deus est in rebus est formaliter immanens.

185 Rursus, Confirmatur, actio per quam Deus est in rebus est actio per quam non solum est Deus in ultima rerum superficie, sed est actio per quam Deus illabitur ad res, usque ad prædicata intrinseca essentiæ, sed hæc actio est necessario formaliter immanens, ergo operatio per quam Deus est in rebus est formaliter immanens, cætera patent, &

minor

minor probatur, operatio per quam Deus illabitur ad res intima prædicata essentiæ penetrando nequit esse per virtutem a Deo diffusam, sed eo ipso est formaliter immanens. g.o actio per quam Deus est in rebus est formaliter immanens, minor constat, nam actio quæ est a Deo per virtutem ab ipso Deo non diffusam nequit non esse formaliter immanens. probatur g.o maior. Si operatio per quam Deus illabitur ad res intima prædicata essentiæ penetrando esset a Deo per virtutem ab ipso Deo diffusam, esset talis actio quid finitum, et quid creatum, sed nulla creatura potest illabi ad aliam intima prædicata essentiæ penetrando, g.o operatio per quam Deus illabitur ad res intima prædicata essentiæ penetrando nequit esse per virtutem a Deo diffusam.

186

Iam g.o probatur conclusio quo ad secundam partem, quia operatio quæ producit effectum ad extra est saltim virtualiter transiens, seu continet eminenter virtualiter perfectionem actionis transeuntis, sed operatio per quam Deus est in rebus, habet effectum ad extra. ut constat. nam mediante illa Deus rebus tribuit esse et ipsis existentiam communicat, g.o operatio per quam Deus est in rebus est virtualiter transiens. argumenta in contrarium facilia sunt, et propterea ea omittimus.

QUÆSTIO. V.

Utrum operatio per quam Deus est in rebus, sit ratio formalis præsentiæ divinæ ad res?

§. I.

Prænotantur nonnulla, & referuntur sententiæ.

187 Post decisionem superius factam iuxta quam vidimus quod ex Dei operatione, quam optime infertur existentia Dei in rebus, restat explanandum, utrum hæc operatio per quam Deus est in rebus, & quam diximus esse formaliter immanentem, & virtualiter transeuntem, sit ratio formalis Deum in rebus constituens præsentem, ? vel an sit tantum conditio, ut Deus sit in rebus? vel solum sit nota ex qua arguatur existentia Dei in rebus, ? unde merito institui debet hoc præsens dubium.

188 In cuius enodatione, triplex communiter circumfertur sententia:= Prima sententia docet: Deum esse in rebus per attributum Immensitatis, ratione distinctum ab operatione, & ab Omnipotentia, & ab omni alio quocumque attributo. Hanc sententiam tenet Zumêl in commento huius quæstionis.= Curiel controu: 5. a. 1. 3. conclus. 3. & 4.= Cabrera tom. 2. in 3. p. fol. mihi 209. n. 106. Moventur hi Authores ex eo quia aliunde Deus non existeret in Spacijs imaginarijs, quod apud ipsos est falsum. hanc eamdem sententiam reputat probabilem M. Ildef. Michael. 1. p. q. 8. dub. 1. n. 9. & 10. tuentur hanc sententiam quam plurimi ex Iesuitis, præsertim Suarez in Metaph. disp. 30 sect. 7 n. 35.

189 Secunda sententia docet Deum esse in rebus ratione suæ substantiæ, hanc sententiam tenet Subtilis Doctor in 1. dist. 37. q. unica. & eum sequuntur eius disciputi, insuper hanc sententiam tuetur Vazquez 1. p. q. 8. cap. 4. & alij.

Tertia sen-

Tertia sententia docet operationem formaliter immanentem, & virtualiter transeuntem, qua Deus producit in rebus esse, ipsisque existentiam comunicat, esse rationem formalem praesentiae divinae ad res. Hanc sententiam docet in praesenti Angelicus Magister, & eam tenent communiter fere omnes Thomistae, quod longum esset recensere. 190

Ast pro veritatis explicatione notandum venit (ex doctrina ingeniosi Caietani in hac q. ar. 1. & in hac 1. p. q. 52. ar. 1.) quod in qualibet re in loco existenti, sive sit corporea, sive sit spiritualis, tria nobis consideranda sunt, quod ut clarius percipiamus, loquamur de rebus corporeis, per visibilia enim ad invisibilia dignoscenda rapimur. in rebus enim corporeis loco existentibus, & datur substantia, quae est in loco, & datur quantitas, quae extendit substantiam eamque proxime capacem reddit, ut sit in loco, & dinc datur Ubi, seu ipsa circumscriptio passiva locati, seu ipsa praesentia rei in loco, quae praesentia, seu Ubi, resultat ex positione ipsius substantiae quantificatae. 191

Sic pariformiter philosofandum est in rebus spiritualibus, v.g. in Angelis, datur enim ipsis substantia ipsius Angeli, quae est quae existit, ut quod, in loco, & datur sua quantitas, utique non molis, sed virtutis, quae, iuxta communiorem Thomistarum sententiam, est operatio formaliter immanens, & virtualiter transiens, etenim medio contactu virtutis fit Angelus praesens, & indistans a loco, & ulterius datur ipsum Ubi, in quo formaliter consistit denominatio praesentiae ad locum, proindeque in ipso Ubi fundatur relatio praesentiae ad locum. 192

Unde sic etiam proportionabiliter Theologizandum est in Deo, (invisibilia enim Dei per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur,) datur ergo in Deo ipsa substantia Dei, quae est, quae existit, ut quod in locis, datur insuper sua quasi quantitas virtutis, media qua 193

Deus potest existere in locis, & media qua ad loca potest Deus diffundi, quae virtus intelligitur in Deo pro signo anteriori ad operationem, ab aeterno enim Deus fuit potens existitere in locis, & tamen ab aeterno non fuit in Deo operatio media qua, est in locis, unde haec videtur indistincta ab Immensitate, & denique datur in Deo exercitium huius virtutis, quod exercitium est absdubio ratio formalis existentiae Dei in rebus.

194 De hoc g exercitio, quo Deus existit in loco seu in rebus, ut per rationem formalem huius existentiae, inquirimus: An sit operatio Dei formaliter immanens, & virtualiter transiens.? vel, An sit hoc exercitium, quo Deus existit in rebus, tam quam per rationem formalem huius existentiae, indistinctum, etiam virtualiter, ab Immensitate? vel à Substantia Dei,? ut contendunt aliqui Authores.

195 Rursus denique, praeter hic assignata, datur relatio quaedam rationis, qua Deus refertur ad loca, ut ad extremum, in quo existit, quae relatio fundatur in ipso Ubi, seu in praesentia Dei in loco, quae praesentia etiam resultat ex ratione formali existendi in loco.

196 Unde ex his non difficulter relinquenda, & deserenda venit secunda relata sententia, quod suadetur, ex quia essentia Dei, seu eius substantia est extremum huius praesentiae localis, seu est quae existit ut quod in loco, g° non est ratio formalis praesentiae divinae ad res.

197 Rursus quia si Essentia divina, seu Substantia Dei, se ipsa, secluso alio quocumque praedicato divino, à se virtualiter distincto, esset ratio formalis existentiae Dei in loco, essentia divina seu substantia, Dei, se ipsa, secluso alio praedicato à se virtualiter distincto, esset cognoscibilis cum ordine ad aliquid extrinsecum, nempe cum ordine ad locum; Sed hoc esse falsum facile constat, g Substantia Dei, se ipsa, & secluso quo-

cumque

cum quo alio praedicato divino, à se virtualiter distincto, non est ratio formalis praesentiae, divinae, ad res, consequentia infertur, & praemissae constant, maior, quia illud quod est ratio formalis existendi ~~ad~~ in loco necessario intelligitur cum ordine saltim transcendentali ad locum, minor similiter, quia ex terminis substantia adaequate intelligitur in ordine ad se, praesertim substantia Dei, quae est simpliciter, omnino absoluta ab omni ordine ad aliquid extrinsecum. unde bis praenotatis sit:

§. II.
Eligitur tertia sententia pro conclusione.

198

Sit nostra conclusio. Operatio Dei formaliter immanens, & virtualiter transiens, qua mediante creaturas producit, & conservat in esse, est ratio formalis sub qua Deus existit in rebus, ut in locis, unde haec operatio est ratio formalis praesentiae divinae ad res.

199

Probatur primo conclusio ex locis sacrae paginae relatis pluries toto hoc tractatu, scilicet, ex illo Reg. 3. cap. 8. & ex illo Psalmi. 138. & ex Actibus Apost. cap. 17. & pasim in sacra pagina, & Patribus, ubi ut consideranti patebit quando instituitur sermo de praesentia Dei ad res, assignatur ut causalis, quia omnia operatur, ergo signum est, quod ipsa operatio est ratio formalis existentiae Dei in rebus, alias incongrua esset praedicta causalis, quod nefas est dicere.

200

Probatur secundo conclusio ex D. Thoma, qui semper assignat pro causa existentiae Dei in rebus quia Deus est causa omnium; ergo sentit operationem esse rationem formalem existentiae Dei in

rebus, quia Deus est causa omnium, alias dum in articulo primo huius quaestionis interrogat Angelicus Magister utrum Deus sit in rebus? valde diminute processisset non assignando causam, & rationem formalem, sub qua existentiae Dei in rebus, vel probando hanc existentiam Dei in rebus ex eius operatione, si operatio non est ratio formalis Deum in rebus praesentem constituens, quod neutiquam potest dici.

201 Praeterea in ar. 3. huius q. ait Angelicus Praeceptor * Deus est in rebus non sicut accidens, nec sicut pars essentiae, sed sicut agens & quia agit ipsum esse profundissime, & intime est in rebus, in quibus verbis manifeste assignat D. Thomas causam existentiae Dei in rebus ex eius operatione qua mediante causat, & producit ipsum esse.

202 Unde licet 3 contra g. cap. 68. videatur D. Thomas, assignare Immensitatem pro ratione formali existentiae Dei in rebus quando dicit: * Quod Deus non determinatur ad locum vel magnum, vel parvum ex necessitate suae essentiae, quasi oporteat eum esse in aliquo loco cum ipse fuerit ab aeterno ante omnem locum, sed Immensitate suae virtutis, attingit omnia, quae sunt in loco * tamen, si attente inspicitur Angelicus Magister, non secludit operationem a ratione formali huius existentiae, quod ex eo constat, quia ibi subiungit: * Cum sit causa universalissima essendi * in quibus his ultimis verbis assignat causalem existentiae Dei in rebus, g° iuxta D. Thomam ratio formalis existentiae Dei in rebus est operatio ipsius Dei, qua attingit omnia, omnia quae producit, & omnibus dat, & communicat esse.

203 Nec valet si dicas, quod si operatio esset iuxta D. Thomam ratio formalis existentiae, & praesentiae Dei in rebus, non diceret Angelicus Praeceptor in prologo ad quaestionem 19. huius primae partis, se egisse

hucus quae

hucusque de pertinentibus ad substantiam Dei, ergo cum D. Thomas hoc asserat in prædicto prologo, etinsuper ibi promittat de inceps acturum fore de pertinentibus ad operationem, signum est quod in hac quæstione octava, in qua agit de existentia Dei in rebus, non sentit operationem esse rationem formalem huius existentiæ, sed tantum Immensitatem, ut est attributum pertinens ad lineam essendi, et ad lineam substantiæ Dei, esse rationem formalem huius existentiæ, et præsentiæ Dei in rebus.

204

Insuper, quomodo possemus verificare D. Thomam rectam methodum observasse in hac prima parte, si prius quam explicuisset prædicata pertinentia ad essentiam Dei. seu ad lineam essendi, et ad operationes pure immanentes et ad intra egisset D. Thomas in hac q. 8. de operatione Dei, quæ etsi formaliter sit immanens, est tamen virtualiter transiens, et ad extra? ergo ut rectam methodum inveniamus in D. Thoma, asserendum est Immensitatem quatenus attributum est pertinens ad lineam essendi esse rationem formalem existentiæ et præsentiæ Dei in rebus.

205

Ast notandum conveniens iudicavi prædictam replicam non magis favere primæ supra relatæ sententiæ, quam tuetur M. Ildef. Michael et qui videtur prædicta obiicere, quam secundæ sententiæ, supra relatæ.

206

Respondeo ergo quod licet verum sit Angelicum Magistrum præallegata asserere in prædicto prologo, tamen cum hoc compatitur quod in hac quæstione octava asserat operationem formaliter immanentem, et virtualiter transeuntem esse rationem formalem existentiæ Dei in rebus, quin hoc præiudicet rectæ methodi, etenim ad hoc sufficit D. Thomam egisse in hac 8. quæst. de operatione incidenter. et quasi per transennam.

207 Vnde quando Angelicus Magister asserit in præcitato prologo se hucusque egisse de pertinentibus ad substantiam Dei, hoc est intelligendum, ex profeso, etenim rectæ methodi non præiudicat aliquando incidenter sermonem instituere de aliquo prædicato posteriori, priori adhuc inexplicato relicto, quod videre licet apud Magistros ponderis magni, nam propter connexionem ad ea, quæ protunc disputant sic iudicunt esse congruum se habere.

208 Et habemus exemplum, & instantiam in eodem Angelico Magistro, qui in hac prima parte prius agit de Bonitate Dei, quam de Veritate, quia in quæstione quarta egerat de Perfectione Dei, ideo immediate in quæstione quinta agit de Bonitate propter connexionem horum duorum attributorum.

209 Similiter Aristoteles hoc idem exemplum præbuit nam in libro Cathegoriarum prius egit de Relatione quam de Qualitate, licet ordine naturæ, & perfectionis sit prior Quantitas quam Relatio, unde propter connexionem quam habet relatio cum Quantitate, immediate post caput de Quantitate, inseruit caput de Relatione. unde Aristotelem imitantur iam omnes Phylosophi.

210 Et Divus Thomas q in præsenti non præiudicat rectæ methodi, quamvis incidenter, & per transellam agat de operatione eam asserendo esse rationem formalem existentiæ Dei in rebus propter connexionem, quam habet operatio cum attributo Immensitatis. etenim Immensitas solum constituit Deum potentem proxime existere ubique, seu in omni loco, & operatio est exercitium huius actualis præsentiæ, & existentiæ Dei ubique, seu in omni loco.

§. III.

Ratione probatur conclusio.

Iam

Iam, iam, a ratione suadetur nostra conclusio, 211
quia in Deo necessario est distinguendum id, quod est in loco, quod utiq est ipsa substantia, & essentia Dei, ab eo ratione cuius est in loco; Sed eo ipso, id ratione cuius Deus est in loco, debet esse eius operatio, qua in reb. producit esse; g° ratio formalis qua Deus est in locos, est eius operatio, qua in rebus producit esse. Maior, præter quæ quod ex notabilibus constat, potest insuper suaderi, tum ex eo quod accidit in rebus corporeis, ex quibus manu ducimur ad spiritualia dignoscenda, = tum ex eo quod accidit in Angelis, in quibus aliud est, quod est in loco, aliud, id ratione cuius sunt in loco. = tum ex eo quod est esse in loco involvitur quidam ordo realis locati ad locum, realis utiq in creaturis, & rationis in Deo; Sed substantia Dei, seu eius essentia concipi nequit cum ordine ad aliquid, præsertim extrinsecum, cum sit omnino absoluta, g° est quia in Deo necessario est distinguendum id, quod est in loco, ab eo ratione cuius Deus est in loco. 212

Probatr

g° min. quia in Deo id quod potest aliquomodo concipi cum ordine ad locum, est eius operatio, qua in rebus producit esse. illud que conservat. g° si id ratione cuius Deus est in loco nequit a nobis intelligi sine ordine ad locum erit ratio formalis essendi in loco eius operatio virtualiter transiens, qua in rebus producit esse. 213

Confirmatur primo, quia in Deo id ratione cuius Deus est in loco seu existit in loco facit necessario locum dependere a Deo, etenim Deus ideo existit in loco, quia facit locum a se dependere, sed id ratione cuius locus dependet a Deo est operatio Dei, qua ipsi loco tribuit esse, & in esse conservat; g° ratio formalis qua Deus est in loco est eius operatio. cætera patent, & probatur min. nam illud prædicatum divinum est id ratione cuius locus dependet a Deo, quo ablato, omni alio permanente, locus desinit esse,

& anihillatur; sed praecise ablata operatione Dei, qua mediante, ipsi loco tribuit esse, desinit locus in suo esse, & anihillatur, etenim ablato concursu Dei, & eo suspenso, quaelibet res anihillatur; ergo id ratione cuius locus dependet a Deo, est operatio Dei, qua ipsi loco tribuit esse, & in esse conservat.

214. Confirmatur secundo, & magis illustratur conclusio, quia inintelligibile est quod Deus sit in locis, quin intelligatur Deum contingere locum; sed contactus quo Deus attingit locum, est eius operatio, qua mediante ipsis locis tribuit esse, ergo ratio formalis qua mediante Deus est in locis, est eius operatio. mai. videtur evidens etenim implicat aliquid, esse in loco quin aliquomodo illum locum contingat, & in illo sit, probatur ergo min. nam eo ipso quod requiratur contactus ex parte Dei, ut locum contingat, & in illo sit, contactus ille debet esse perfectissimus; sed eo ipso talis contactus est operatio, qua mediante ipsis locis tribuit esse, ergo contactus quo Deus attingit locum est eius operatio qua mediante ipsi loco tribuit esse.

215 Maior constat, & probatur min. quia eo perfectior est contactus, quo intimior est rei quam contingit, (etenim contactus, qui solummodo attingit rem penes extremitatem seu ultimam superficiem, non est intimior, neque perfectior contactus, qui excogitari potest, & similiter eo intimior est contactus, quo in ipso modo tangendi penetratior est circa intima essentiae, ea tangendo, & penetrando,) sed contactus intimior seu qui penetrare, & contingere potest intima essentiae, est operatio Dei, qua in rebus producit esse, ergo talis contactus, est operatio Dei, qua in rebus producit esse.

216 Ex quo infertur substantiam Dei, medio hoc perfectissimo contactu non esse applicabilem rebus creatis, sed potius esse applicativam alterius extremi, ad se, in quo reperitur super eminentia Dei, ad creaturas, quae eo ipso quod sint in loco etiam si talis existentia in loco sit media operatione, ut contingit in

Angelis

Angelis non solum applicant locum ad se, se ipsa applicantur ad locum.

217

Dices. Deus dicitur unitus passive, mentibus Beatorum, etenim ipsis unitur in ratione speciei impressæ, ergo similiter, poterit denominari applicatus passive ad locum.

218

Sed contra quia Deus unitur mentibus Beatorum non quia hoc fiat per mutationem essentiæ divinæ in se, sed per mutationem intellectus Beati, unde unio hæc ex parte intellectus Beati est aliquid absolutum, medio quo immutatur intellectus, cæterum ex parte Dei est solum relatio rationis, quam fingimus, ut essentia divina per modum speciei impressæ, dicat ordinem ad intellectum Beati, ut late explicatur q. 12. de Visione.

219

Unde ad argumentum in forma respondetur, dist. añs, dicitur unitus passive mentibus Beatorum denominatione resultante ex relatione rationis Dei ad intellectum Beati, concedo añs; denominatione sumpta ab aliqua forma absoluta se tenente ex parte essentiæ divinæ, illam immutante de non esse unitam, ad esse unitam, nego añs, et consequentiam, vel eam distinguo eodem modo.

220

Igitur pariformiter philosofandum dicimus in operatione Dei, qua mediante Deus est in rebus, etenim media hac operatione immutantur creaturæ, accipiendo esse, et transeundo de non esse, ad esse, cæterum ex parte Dei nulla immutatio reperitur, sed solum quædam relatio rationis, quam concipimus ex parte Dei, ut dicat ordinem ad locum, ex qua relatione rationis, resultat denominatio quædam, qua Deus dicitur esse in Loco, et ad Locum applicatum.

221

Quod, et potest aliquomodo exemplificari, et illustrari in doctrina, quam communiter tenent nostri Thomistæ, in tract. de Incarnatione, apud D. Thom. 3. p. q. 2. ar. 8. ubi dicitur Personalitatem Verbi divini, uniri cum humanitate, non quia ipsi

Personalitati aliquid absolutum, vel relativum reale superveniat de novo, proindeque absque eo quod immutetur ipsa Personalitas, sed quia Personalitas Verbi immutat humanitatem ipsam ad se trahendo ad unitatem personæ, unde hæc hypostatica unio, ex parte Dei, seu ex parte Personæ Verbi, est quidam ordo rationis, quem concipimus ad humanitatem; ex parte autem humanitatis, datur aliquid reale distinctum ab humanitate, ipsam immutans.

§. IV.
Aliqua argumenta proponuntur, & dilluuntur.

222

Replicabis primo: Si operatio Dei esset ratio formalis ut Deus existeret in loco, ablata operatione Dei, seu non intellecta, Deus non esset in loco; implicat enim quod ablata ratione formali alicuius rei, sive non intellecta maneat, vel intelligatur res illa constituta; Sed ablata operatione Dei, seu non intellecta, adhuc intelligitur Deus esse in loco; ergo operatio Dei non est ratio formalis, qua Deus est in loco. maior, ex dictis inter ipsam proponendam constat; probatur ergo min. quia si per impossibile daretur aliquod ens, non productum a Deo, adhuc Deus esset in illo ut in loco; esset enim indistans ab illo, proindeque illi præsens; & tamen tunc casus, non esset neque intelligeretur operatio Dei; ergo ablata operatione Dei, sive non intellecta adhuc intelligeretur Deum esse in loco.

223

Respondetur primo negando hypotesim, etenim non solum est implicatoria, sed complicatoria, constat enim ex terminis contradictorijs, si enim est ens distinctum realiter a Deo, est productum, & creatum a Deo; ergo cum alias supponatur non

non productum, neq creatum a Deo, erit proinde creatum & non creatum, unde hypotesis est complicatoria, proinde quel posset responderi, quod tunc casus Deus esset in illo, ut in loco, & non esset in illo ut in loco, non esset quia supponitur defficere rationem formalem, qua Deus est in loco, nempe operationem esset, quia cum necess esset creatum, unde etiam daretur operatio, quae esset ratio formalis essendi in loco, unde Deus esset, & non esset in illo, quia daretur, & non daretur ratio formalis essendi in loco.

224

Respondetur 2º admittendo casum seu hypotesim quia licet sit implicatoria, demus gratis, non esse complicatoriam, & in hac hypotesi respondeo quod tunc casus non esset in illo ente ut in loco, quia ut recte probat argumentum defficiente ratione formali, alicuius rei constitutiva, defficit necessario res constituta, unde cum operatio sit ratio formalis essendi in loco, & alias supponatur operationem defficere ideo Deus in illa hypotesi non esset in illo ente ut in loco

225

Ad probationem in contrarium quatenus huic solutioni obstare potest, respondetur quod tunc casus Deus esset indistans negative ab illo ente, non autem esset indistans positive, ad modum quo, si ab aqua existente in vase, auferatur quantitas, vel suus effectus, scilicet extensio partium in ordine ad locum, tunc casus illa substantia aquae, quam supponimus manere in vase, esset indistans negative, a vase, non autem esset indistans positive, unde aqua illa non esset in illo vase ut in loco.

226

Replicabis secundo, si operatio esset ratio formalis qua Deus esset in loco, prius esset operatio quam esse, etenim prius est ratio formalis alicuius rei quam esse in tali re; sed hoc est falsum iuxta communem Phylosoforum axioma, iuxta quod dicitur quod operari sequitur ad esse; ergo operatio non est ratio formalis essendi in loco.

227

Respondetur distinguendo mai. prius esset operatio quam esse, in loco, conc. mai.

prius quam esse absolute nego mai. etenim prius est, & intelligitur essentia Dei, quam eius operatio, media qua est in loco, caeterum hoc quod est esse in loco non est prius ipsa operatione, sed est omnino simul cum ipsa operatione cum operatio sit ut diximus ipsa ratio formalis essendi in loco. alias, una & eadem res secundum eamdem rationem esset prius, & posterius se ipsa quod est chymera. ∞∞∞∞

QVÆSTIO. VI.

Utrum DEVS SIT ACTV, & POSITIVE PRÆSENS IN LOCIS, SEV SPACIIS QVÆ IMAGINARIA VOCANTVR?

§. I.

circa quidditatem spacij imaginarij.

Præsens

Præsens quæstio, quam breviter examinandam decrevi, multum, ni fallor, habet de voce, etenim in hac parte sententiarum diversitas, potius vocum diversitatem quam dissidium in re significata, secum adducit, tota ergo intelligentia, inquantum capio, ad spacia imaginaria dignoscenda devolvitur. cognita ergo natura, et essentia spacij, quod imaginarium vocatur facile quisque resolutionem circa præsentem difficultatem inveniet. 228

Prima ergo sententia asserit spacium imaginarium ita esse purum nihil, quod absolute loquendo est chymera, et pura imaginatio nostra, unde consequenter asserit hæc sententia Deum extra mundum, seu in illo spacio imaginario non esse. 229

Secunda sententia per oppositum sentit spacium imaginarium esse ens verum, positivum, et reale, seu asserit esse rem quamdam æternam immobilem, et incorpoream, quæ res, inquit hæc sententia, neque est substantia neque accidens. = Ita Petrus Gasendus, tom. 1. Phylosofiæ Æpicureæ, pag. mihi 605. quod ipsum antea docuere Æpicurei, ut refert Suarez in Metaph. disp. 15. sect. 1. = Et hæc sententia asserit Deum esse actu, et positive in spacijs imaginarijs. 230

Cæterum hæc sententia quatenus asserit spacium imaginarium, esse ens verum, positivum, reale, æternum, et immobile a nullo Chatolico deffendi potest, cum in Concilio Lateranensi sit definitum quod omne quod factum est a Deo, non ab æterno, sed in tempore sumpsit exordium, quod et deducitur ex illo Genes. cap. 1. * In principio creavit Deus Cælum, et terram, mare, et omnia, quæ in eis sunt, * Sed spacium imaginarium, non sumpsit exordium in tempore, sed id ipsum, quod modo est, ab æterno fuit; et sicut ab æterno nihil reale erat, ita modo nihil reale est. 231

Nisi velis dicere spacium imaginarium sicut ab æterno fingitur esse rem quamdam immutabilem, et æternam, ita similiter esse quid 232

increatum, = si enim hoc ponis, ponis creaturam a Deo non productam, quod, præter quam quod est contra Fidem, ex ipsis terminis repugnat.

233 Similiter hæc sententia quatenus asserit illam rem immutabilem, & æternam, in qua fingit consistere spacium imaginarium, non esse substantiam neque accidens, etiam est manifeste contra Aristotelem, & contra rationem; etenim omne ens, vel est substantia, vel accidens, divisio enim entis in substantiam, & accidens, est adæquata unde hæc sententia potius est delirium, quam sententia quæ impugnationem mereatur.

§. II

Proponitur vera sententia circa quidditatem spacij imaginarij.

234 Tertia sententia, naturam spacij imaginarij, ut certius iudico, dignoscit, asserit enim hæc vera sententia: Spacium illud quod imaginarium vocamus, & quod supra cœlos dignoscimus, revera in se nihil esse actu, & positive, sed solum esse possibilitatem quamdam spacij veri, quam possibilitatem per modum spacij veri imaginamus, unde ortum habuit denominatio illa, qua hoc spacium, imaginarium vocamus, non quia hoc spacium sit solum mera imaginatio nostra, seu sit proinde absolute chymera, etenim in mea imaginatione non possunt physice existere infinita corpora quanta, & extensa, imo nullum corpus quantumvis minimum locum habet secundum suam entitatem materialem, in mea imaginatione, seu in meo intellectu. etenim solum existunt obiecta in intellectu

in

in esse intelligibili ad quod non requiritur locus verus, & realis, continens seu ambiens, ad modum quo vas continet aquam; Non est ergo spacium illud quod imaginarium vocamus absolute chymera, & sola imaginatio nostra, sed revera est quaedam capacitas spacij veri, in qua existere possunt infinita corpora, quanta, & extensa. 235

Pro cuius maiori intelligentia notandum venit quod spacium possibile, praeter praedicata intrinseca, & metaphysica, constitutiva sui, infert ab extrinseco quamdam vacuitatem loci, in qua collocari possit illud spacium. Quod primo exemplificari potest, in vacuo positivo, & privativo, si daretur, etenim de potentia absoluta intra hoc universum potest dari vacuum privativum. 236

Demus ergo, ut naturam spacij imaginarij dignoscamus, quod intra hoc gymnasium nullum sit corpus, & quod re vera sit omnino vacuum; demus similiter quod longitudo huius gymnasij est triginta cubitorum & latitudo viginti, & altitudo, seu profunditas sit duodecim cubitorum. hinc sic argumentor: inter ambitum huius gymnasij nullus corpus est, seu nullus datur aer, vel aliud corpus illum replens; & tamen datur vera distantia, saltim negativa, in qua solum potest existere corpus habens in longitudine triginta cubitos, in latitudine viginti, & in altitudine seu profunditate duodecim; ergo signum est quod illa possibilitas spacij, quae imaginatur in hoc gymnasio, non est mera imaginatio nostra, & purum nihil, seu chymera, sed revera est tanta distantia possibilis, ac est distantia vera quae nunc defacto datur, ergo similiter spacium imaginarium non erit mera imaginatio nostra, & purum nihil, seu chymera, sed revera est quaedam possibilitas spacij veri usque in infinitum. 237

Rursus demus Deum creare alium mundum extra hunc universum, scilicet demus Deum creare alios caelos extra concavitatem ho-

cœlorum, & similiter de novo quod alter mundus de novo creatus non sit contiguus, & immediatus huic universo, sed potius esse distans ab hoc universo, intantum, ut posset inter utrumque mundum alium tertius mundus mediare, nunc sic argumentor, ergo revera supra omnes cœlos qui nunc creati existunt datur quædam vacuitas in qua collocari possunt illi alteri mundi, & datur vera distinctio saltim negativa, sed tamen etsi negativa, non tamen chymerica, patet consequentia alias. falsum esset quod inter illos duos mundos qui supponuntur creati non contigui, intercedere poterat alter mundus, ergo spacium imaginarium non est pura chymera, sed quædam capacitas spacij veri, & positivi.

238. Vnde secundo exemplificari potest, & confirmari hæc doctrina, in tempore imaginario. Etenim ante mundi creationem, in qua de fide est tempus sumpsisse exordium revera non erat tempus, neque duratio, & tamen ad modum temporis imaginamus, & concipimus durationem quamdam infinitam, secundum partes priores, & posteriores, quæ prioritas, & posterioritas, licet revera non fuisset, æquivalenter consideratur, ac si esset, & tamen nullus dixit, tempus imaginarium esse solam imaginationem nostram, purum nihil, & chymeram, sed revera fuit quædam possibilitas temporis, in quo tempore imaginario concipimus Deum durare per suam Æternitatem, & istum, vel alium mundum potuisse durare per plures annos usque infinitum, a parte ante. ergo similiter spacium imaginarium, non erit purum nihil seu chymera, sed sola imaginatio nostra, & proinde erit quædam capacitas, & possibilitas veri spacij, & loci.

239 Igitur spacium imaginarium duo importat, unum ex parte sui, seu ex se, & alterum ex parte nostri; illud est vera non repugnantia, seu est quædam possibilitas loci, & spacij, ad essendum, & illud aliud est quædam latitudo permeabilis usque in infinitum per infinita corpora si darentur, quæ quidem

latitudo

latitudo, longitudo, & profunditas, non est aliquod ens reale, sed ens rationis, cum fundamento in illa non repugnantia spacij veri, seu, ut formalius loquar, non est etiam ens rationis, sed ens possibile, seu spacium possibile, cognitum ut tale.

§. III.

Referuntur sententiæ circa principale quæsitum.

240.

Authores, qui sic sentientes circa naturam, & quidditatem spacij imaginarij, adhuc sunt divisi, circa existentiam Dei, in illo, cæterum ad intelligentiam sententiarum, quæ in hac parte inveniuntur notandum venit quod esse aliquid in aliquo spacio sumi potest dupliciter; Primo comparitive ad spacium, cui coexistit, & cui est præsens talis res, ita ut inter illam rem, quæ est in illo loco, & ipsum spacium cui coexistit, & in quo est detur relatio realis saltim non mutua, qualis est illa, quæ datur inter Deum, in hoc universo existentem, & inter ipsum universum.

241 Secundo esse in aliquo spacio sumi potest, non comparative ad spacium, ut ad terminum, sed quia res illa habet præsentiam absolutam, intrinsecam, & intransitivam, quia utique non transit ad terminum, non ex deffectu rei existentis, sed ex deffectu termini, cui coexistat, ast in illo possibili spacio non est designabilis pars possibilis, in qua non sit talis res actu existens.

242 Primo ergo modo certum est apud omnes Deum non esse in spaciis, quæ imaginaria vocantur, & quæ supra Cælos confingimus circumquaque extensa, quando quidem enim non terminat Deus præ-

sentiam illius spacij imaginarij ad modum quo terminat præsentiam spacij veri, unde solum est disidium inter Authores circa existentiam Dei, in spacio imaginario in secunda consideratione de modo existendi in loco.

293 Sunt ergo divisi Authores, circa existentiam Dei in spacio imaginario, modo explicato, et natura spacij imaginarij sic intellecta, et explicata. Prima ergo sententia est negativa, eam tenet Capreolus, q. unic. ad. 4. = Bañez, 1. p. q. 8. super ar. 2. = et ibidem Navarrete = Gonzalez, et Granados, M. Ioan. a Sancto Thoma 1. p. q. 8. ar. 4. = Mag. Ferre, 1. p. tract. 2. q. 6. §. 7. num. 491. et alij Thomistæ,

294. Secunda sententia est affirmativa, eam tenet Ferrara. 8. Physic. q. 4. = Caietanus, super cap. 12. Ioannis, Zumel, Curiel, Nuño, Cornejo, Cabrera, et M. Ildefonsus Michael, 1. p. q. 8. dub. 2 per totum M. Aguirre, 4. Physic. disp. 26. sect. 3. et 4. = et hæc sententia, est communior inter Jesuitas, eamque tenet ex Nostris, M. SS. P. M. Raphael. Aversa.

295 Tertia sententia est media inter has duas, affirmat enim hæc sententia Deum actu esse extra universum, negat tamen Deum actu esse in spacijs imaginarijs, ita Lalemandet disp. 6. de Deo uno in decisione = Fasolus, 1. p. q. 8. ar. 1. dub. 3. et 4. = G. lib. 2. de Deo uno, tract. 9. cap. 18. 20. et 21. et alij.

296. Sed ante quam nostram stabiliamus Conclusionem quis non videat hanc ultimam sententiam, esse implicationibus plenam,? etenim extra universum quid nisi spacia imaginaria considerantur? Si ergo Deus actu est extra universum actu utique est in spacijs imaginarijs, vel si in spacijs imaginariis non est, neque similiter extra universum erit, unde hæc sententia ut implicatoria in terminis relinquenda venit. His positis sit.

§. IV.

§ IV

Statuitur conclusio, & ex sacra pagina, & ex Angelico Magistro suadetur.

297.

Sit conclusio: Deus est actu praesens in spaciis, quae imaginaria vocantur, praesentia, quae est Deo intrinseca, absoluta, & intransitiva; non vero dicit comparationem ad spacium, ut ad terminum.

298.

Haec nostra conclusio suadetur primo ex illis verbis Iob, cap. 11. ubi de Deo sic dicitur: * Excelsior Caelo est. * Nunc sic, sed si Deus non esset supra Caelum Empyreum actu, scilicet in spaciis imaginariis, Deus non esset excelsior Caelo, sed adsummum posset esse excelsior Caelo, in hypotesi scilicet quod Deus crearet aliud Caelum, vel aliam creaturam, Caelo Empyreo maiorem, & superiorem, ergo dicendum est Deum esse actu in spaciis imaginariis.

299

Rursus suadetur, ex illo 3 Reg. cap. 8. ubi de Deo dicitur, * Caeli, & Caeli Caelorum te capere non possunt. * Sed si Deus non esset actu praesens supra Caelum Empyreum contineretur Deus in Caelis, ergo ne hoc dicatur, dicendum est quod est actu supra Caelum Empyreum, proindeque in spaciis imaginariis.

250

Ex Angelico Magistro suadetur conclusio, loco expresso, depromipto ex quodlib. 11. q. 1. ar. 1. ubi haec habet verba: * Deus non solum est in illis quae sunt, fuerunt, vel erunt, sed etiam in illis quae possunt imaginatione concipi. * quo nihil clarius pro nostra parte.

251 Praeterea ibidem paucis inter positis ait Angelicus Magister: * Deus non solum est in his quae sunt, sed etiam in imaginariis, * in quibus verbis, ita expresse continetur nostra conclusio, quod solum desideratur sincera, & genuina horum verborum lectio. etenim eodem modo, & eisdem verbis asserit D. Thomas Deum esse in his quae sunt, atque in imaginariis; Sed in his quae sunt, est Deus actu praesens; ergo & in imaginariis.

§. V.

Ratione suadetur conclusio.

252 Quia Deus necessario actu existit, & actu est, ubicumque creatura existere potest; Sed in spaciis imaginariis potest existere creatura; ergo Deus actu existit, & est in spaciis imaginariis: min. constat, quia Deus supra omnes Caelos potest condere quamlibet creaturam; potest enim, alium, & alium mundum usque in infinitum creare.

Probatur ergo maior

253 Primo quia data hypotesi existentiae alicuius creaturae in spaciis imaginariis, Deus esset in illa creatura absque approximatione aliqua de novo facta, quam modo non habet ex parte sui, etenim immutabilitati Dei repugnat nova approximatio ad aliquem terminum, unde solum exigitur ad hoc ut Deus sit in aliqua re, quod ponatur talis res, & tunc absque aliqua approximatione ex parte Dei, Deus est in illis rebus, ergo est quia Deus necessario actu existit, & actu est ubicumque creatura existere potest.

254 Secundo probatur eadem maior, quia Deus necessario actu duravit in qualibet duratione possibili in qua potest actu durare tempus, ergo similiter actu Deus existit, & actu est ubicumque creatura existere potest, antecedens constat, etenim ante mundi creationem erat Deus, & actu durabat, ut fide sanctum est. dicitur enim

Ioann.

Ioannis. 1. * In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum. *. in principio, enim, id est in Deo erat Verbum, Deus enim omnium principium, & causa est. 255

Similiter Psalm. 89. dicitur: * Prius quam montes fierent, aut formaretur terra, & orbis, a sæculo, & usque in sæculum tu es Deus. * unde & in Psal. 73 dicitur * Deus autem Rex noster ante sæcula. *

Unde 256 similiter ratione naturali constat Deum esse Æternum, proindeque habuisse durationem ante omne tempus verum; sed ante omne tempus verum, tempus solum erat possibile durare, casu nempe quod a Deo crearetur; ergo Deus necessario actu duravit in qualibet duratione possibili, vel imaginabili, in qua poterat actu durare tempus. 257

Prima ergo consequentia probatur, quia non minus est infinitus Deus in existendo, & in replendo, quam in Durando; sed quia est infinitus in durando, duravit Deus in qualibet duratione possibili, vel imaginabili, in qua poterat actu durare tempus; ergo similiter quia Deus est infinitus in existendo, & in replendo, actu erit Deus, & actu existet, actuque replebit, quidquid creatura replere potest, & ubicumque creatura existere, & esse potest. 258

Confirmatur, quia in spacijs quæ imaginaria vocantur defacto existit actu corpus Christi: est enim supra omnes Cælos: ut dicitur ad Ephesios 4. & post resurrectionem iudicij, omnes homines Beati erunt cum suo corpore, & cum sua extensione locali supra omnes Cælos; etenim Cælum Empyreum seu illa Cælestis Ierusalem est Civitas supra cuius superficiem ultimam, existent, & erunt Beati, proindeque Corpora Sanctorum erunt extensa; & defacto est Corpus Christi, qui est Sanctus Sanctorum, supra Cælum Empyreum, unde solum media planta pedis attingitur Cælum Empyreum, proindeque totum corpus est in spacio quod imaginarium vocatur, ergo potiori titulo actu erit Deus in spacijs imaginarijs.

259 Rursus demus quod Corpus Xpi, vel Corpus alterius Beati, sursum omnino exigatur seu elevetur, ut sic dicamus per saltum, tunc, corpus illud actu est in spacijs imaginarijs secundum omnes suas partes, & secundum omnem suam extensionem, cum, neq secundum plantam pedis attingat Cœlum Empyreum, ergo potiori titulo Deus erit actu in spacijs imaginarijs.

260 Dicere quod supra Cœlum Empyreum posuit Deus quemdam subtilissimum aerem medio quo corpora Sanctorum circunscribantur, est tantum dicere, & absq fundamento divinare, cum hucusq hoc non sit revelatum, neq in sacra pagina est aliquod vestigium huius aeris.

261 Nec valet dicere cum Mag. Ferre, huius subtilissimi supra Cœlum Empyreum aeris, inventore, & exploratore, quod, ut communiter dicitur, Corpus Christi est circunscriptive in Cœlo, ergo est quia supra Cœlum Empyreum datur quidam subtilissimus aer, a quo circunscribatur.

262 Non inquam hoc valet quia quando dicitur quod Corpus Christi est circunscriptive in Cœlo, est secundum locutionem impropriam, & secundum nostrum modum explicandi, quo dicimus corpus Christi esse circunscriptive, quia ipsum credimus cum sua quantitate quantum, & extensum in ordine ad locum, ad locum scilicet negative, non utique ex deffectu extensionis, sed ex deffectu loci circunscribentis.

263 Quod exemplificari potest in vacuo privativo; demus hypotesim in qua hoc gymnasium sit omnino vacuum, ita ut nullo modo in illo existat aer, vel aliud corpus hunc ambitum replens, cætera autem eodem modo existentia, quod absolute possibile est, in hoc casu, nos qui in hoc gymnasio existentes sumus, dicimur existere hic circunscriptivo modo, quæ locutio, licet revera sit impropria, fundatur in eo quod habemus nostrum corpus cum sua trina dimensione circumquaque extensum; ergo ex eo quod absolute

absolute dicatur quod Corpus Christi est in Cœlo circunscriptivo modo non exinde infertur quod supra Cœlum Empyreum creaverit Deus quemdam subtilissimum aerem quo circumscribantur, & ambiantur corpora, unde illa locutio est absolute impropria, & metaphorica.

264

Vlterius Cœlum Empyreum est, inter omnia corpora creata supremum Corpus; sed si supra Cœlum Empyreum daretur ille aer, Cœlum Empyreum non esset supremum Corpus, ut per se constat; ergo supra Cœlum Empyreum non datur ille subtilissimus aer a Mag. Ferre exploratus, seu imaginatus.

265

Vlterius, in vacuo privativo, quod esset in hoc gymnasio, in hypotesi facta possent existere corpora quanta, & extensa absque eo quod circunscriberentur ab aere; ergo similiter in vacuo negativo poterunt existere corpora quanta, & extensa absque eo quod circumscribantur ab aere.

266

Vigentius, demus quod supra Cœlum Empyreum sit ille subtilissimus aer quem prædictus Mag. exploravit, vel somniavit; tunc sic argumentor: aer ille est in spacio imaginario cum sua extensione, absque eo quod ab alio Corpore superiore circumscribatur; nisi velis fingere aliud corpus superius ipsum aerem circumscribens, de quo faciam idem argumentum, nisi forte ad processum in infinitum recurras, ergo similiter corpus Christi existere poterit in spacio imaginario solum attingendo Cœlum Empyreum cum plantis pedum, absque eo quod sit necessarium ab aliquo aere circumscribi.

267

Præterea suadetur conclusio. quia Ante Mundi creationem erat Deus, & existebat Deus, etenim ante mundi creationem, non erat carentia existentiæ realis Dei, ergo erat Deus, & existebat Deus, & insuper ante mundi creationem durabat Deus, est enim Deus Æternus. ergo alicubi erat. Si enim

nullibi erat, ergo non erat. ergo Deus sua Deitate, et sua substantia replebat totum spacium quod nunc replet hoc universum; sed tunc hoc spacium non erat spacium verum, sed tantum erat spacium possibile, et imaginarium ergo et nunc est Deus in spaciis, quæ imaginaria vocantur.

268.

Rursus confirmatur hæc ratio, quia contra infinitam perfectionem Æternitatis est quod sit aliquod tempus etiam possibile ad quod actu non extendatur æternitatis duratio, ergo similiter contra infinitam perfectionem Immensitatis esset quod sit possibilis, vel imaginabilis aliquis locus, seu aliquod spacium in quo actu Deus non sit.

§. VI.

Argumenta ab authoritate deprompta proponuntur.

269.

Oppones primo D. Augustinum super Psalm. 122. ad illa verba: * qui habitas in Cœlis * hæc habet verba: * Ante quam faceret Deus Cœlum, et terram, ubi habitabat? et ante quam faceret Sanctos, ubi habitabat? in se habitabat Deus, apud se habitabat, et apud se est Deus. En quomodo Augustinus non recurrit ad existentiam Dei in spaciis imaginariis.

270

Oppones secundo D. Thomam 3. contra g. cap. 68. ubi sic ait: * Deus indivisibilis est quasi omnino extra genus universi existens unde non determinatur ad locum magnum, vel parvum ex necessitate suæ essentiæ quasi oporteat Deum esse in aliquo loco cum ipse fuerit ab æterno ante omnem locum sed immensitate suæ virtutis, attingit omnia, quæ sunt in aliquo * Ex quibus verbis sic argues: nostra sententia ponit Deum necessario existere ubique, et in spaciis imaginariis, sed D. Th.

D. Thomas in prædictis verbis oppositum sentit; ergo nostra sententia est contra D. Thomam. 231

Vlterius. D. Thomas in 1. dist. 39. q. 2. ar. 3. inquirens * Utrum Deus ab æterno fuerit ubique? * respondet negative: sed si Deus esset actu in spacijs imaginarijs ab æterno esset ubique; ergo signum est quod iuxta D. Thomam Deus non est in spacijs imaginarijs. 232

Præterea D. Thomas assignans rationem huius negativæ resolutionis ait: * quia in nihillo nihil omnino est, neque locus, neque res ab æterno fuerunt, ergo neque Deo ab æterno convenit ubique, vel in rebus &c. *

Denique 233 D. Thomas in eodem articulo prædicti articuli ait: * quod esse ubique importat relationem Dei ad creaturam, fundatam super operationem Dei, & ideo non convenit ei ab æterno. * ergo videtur quod iuxta D. Thomam Deus non est in spaciis imaginariis.

§. VII.

dilluuntur argumenta ex authoritate.

Respondeo ad primum desumptum ex D. Augustino, loqui ibi sanctum Doctorem de existentia Dei in rebus inferente proinde correlativam existentiam rerum; ad quod requiritur necessario contactus Dei seu ex parte Dei, quo contingat res, quomodo certum est Deum non esse in spacijs imaginarijs. 234

Ad quod suadendum moveor ex quadam doctrina ipsius Sanctissimi Doctoris lib. de Cognitione veræ vitæ, cap. 29 ubi agens directe de Immensitate Dei, sic ait: * Vbique est Deus, scilicet, 235

in omnibus, & extra omnia est totus, extra omnem locum* en ubi Doctor Sanctus fatetur Deum esse extra mundum & non solum in mundo; ergo signum est quod quando dicit quod est in se ipso, & non alibi loquitur de existentia non inferente correlativam existentiam, unde potius robur sumit nostra conclusio. quae fulciri potest aureis verbis depromptis ex Ricardo de Sancto Victore lib. 2. de trinitate cap. 23. ubi ait.*

216 Si essentialiter ubique est, ergo & ubi locus est, & ubi locus non est, erit itaque & intra omnem locum, erit supra omnia, erit infra omnia, intra omnia, & extra omnia * quae verba abs dubio continent clarissime nostram conclusionem.

217 Ad secundum desumptum ex D. Thoma ex 3. contrag. cap. 68. Respondeo, Angelicum Magistrum ibi locutum fuisse de existentia Dei respective, & comparitive ad locum positivum, in quo non est Deus necessario, sed libere & ex suppositione existentiae ipsius loci, cum fuerit Deus sine illo ab aeterno, & cum possit Deus omnem locum positivum anihilare. in qua hypotesi Deus erit absque locis. unde solum est necessaria ex suppositione existentia Dei in loco positivo. casu scilicet quod detur, cum ab illo non possit Deus distare ast aliter est phylosophandum de loco negativo a quo Deus non potest distare, quod potius commendat infinitam perfectionem Immensitatis Dei.

218 Quod exemplificari potest, & instari in duratione Dei relate ad tempus praesens, & relate ad tempus negativum, & solum possibile. etenim Deus in tempore praeterito non absolute, & simpliciter durat, id est, non exigit necessario tempus praesens ut in illo duret, cum ante mundi existentiam habuisset Deus durationem, absque eo quod duraret in tempore, ast Deus in hypotesi quod detur tempus, ut nunc defacto datur, non potest non durare in illo licet

licet non possit mensurari per illud; ast in tempore negativo, seu in tempore solum possibili quod imaginatur ante mundi constitutionem, et quod erit post diem ultimi judicij, quia ut dicitur Ioan. 10. * tempus non erit amplius.* non potest Deus non durare alias non esset æternus. & idem erit discurrendum circa existentiam Dei in spacio positivo, et negativo, seu solum possibili.

279 Ad authoritatem desumptam ex 1. dist. 39. q. 2. ar. 3. respondeo ibi loqui D. Thomam de existentia Dei ubique, idest in rebus quæ positive sunt, unde non est contra nos.

280 Vnde ad rationem qua hoc probat Angelicus Mag. quatenus huic nostræ solutioni obstare potest, respondeo quod ut diximus, et infra amplius videbimus, spacia imaginaria non sunt purum nihil, quatenus nihil dicit chymeram, sed quatenus nihil dicit actu non esse aliquid, quod componitur cum eo quod prædicta spacia sint aliquid possibiliter, unde Deus poterit esse in illis quasi in transitivo modo idest coexistendo cum creatura si ibi ponatur. et de facto est in ipsis spacijs imaginarijs, intransitive, ut late diximus.

281. Ad ultimum ex corpore articuli respondetur quod, ut diximus, Angelicus Magister in hoc artic. loquitur de existentia Dei per comparationem ad locum positivum in quo necessario involvitur relatio Dei ad creaturam, quæ relatio utique est quid rationis, et fundatur in actione, et operatione Dei, quæ neutiquam potest Deo competere; ast præsentia absoluta, et intransitiva quam nos dicimus quod Deus habet in spacijs imaginarijs, et quæ fuit ab æterno non exigit relationem Dei ad creaturas nec econtra cum ibi nulla sit creatura.

§. VIII

Argumenta ratione petîta soluuntur

282 Oppones primo fundamentum sententiæ oppositæ: quia in nihillo nihil est; sed spacia imaginaria nihil sunt; gº in illis nihil est: proindeq neque Deus; min. constat alias spacia imaginaria, cum sint ab æterno, si essent aliquid, ab æterno esset aliqua creatura. mai. etiam videtur evidens, ita ut iam in prologuium, & in axioma commune transierit.

283 Resp. quod spacium imaginarium non est taliter purum nihil, quod convertatur cum chymera, & sit merum figmentum vel imaginatio nostra; est tamen spacium imaginarium nihil, secundum quod nihil contra ponitur cum esse in actu; unde spacium imaginarium est aliquid saltim possibiliter, ut late in notabilibus manet explicatum, quia ut dicebamus, in spacio imaginario sicut & in vacuo privativo existere potest corpus quantum, & extensum & in imaginatione nostra sic non potest existere corpus sed solum in esse intelligibili, unde in spacio imaginario bene potest existere Deus, modo explicato.

284 Quod & instatur in tempore possibili, de quo efformo idem argumentum, nam si optime concluderet argumentum efformatum, etiam concluderet istud: in nihilo nihil durat; sed tempus imaginarium nihil est; gº in illo nihil durat proindeq neq Deus. unde cum istud argumentum non concludat, cum Deus duret, & duravevit in toto tempore imaginario, quod concipitur extitisse ante mundi constitutionem, infertur quod neq argumentum efformatum aliquid concludat. quia licet

licet tempus imaginarium sit nihil, secundum quod ly nihil dicit hoc quod est non esse in actu, tamen non est nihil secundum quod ly nihil est merum figmentum, & imaginatio nostra, seu chymera.

285

Unde ad argumentum in forma resp. dist. mai. in nihillo nihil est, nec durat, in nihillo secundum quod nihil idem est ac pura chymera, conc. secundum quod nihil idem est ac non esse in actu, cum quo componitur hoc quod est esse aliquid saltim possibiliter neg: & dist. min. Sed spacia imaginaria nihil sunt, id est sunt chymera, vel pura imaginatio nostra, vel merum figmentum neg. min. nihil sunt secundum quod ly nihil explicat hoc quod est non esse in actu, & dicit esse aliquid saltim possibiliter conced. min. & neg. consequentiam.

286

Oppones Secundo. aliud argumentum in quo multum fidunt Authores contrarii: Sic ergo dices: Deus est in rebus per operationem, ut superius diximus, imo iuxta nostram sententiam ratio formalis, qua Deus est in rebus, est eius operatio formaliter immanens & virtualiter transiens; Sed circa spacia imaginaria nihil operatur Deus, ergo Deus non est in spacijs imaginarijs, præmissæ videntur omnino certæ, unde solum restat probanda consequentia, quia ablata ratione formali alicuius rei, aufertur necessario id quod est constitutum per illam. ergo si operatio Dei est ratio formalis qua Deus est in rebus, ablata hac operatione Deus non erit in rebus. unde cum Deus circa spacia imaginaria nihil operetur, infertur quod Deus non est in illis.

287

Respondeo hoc argumentum procedere ex æquivocatione, etenim alius est modus quo Deus est in rebus, quæ vere & realiter sunt a parte rei, alius est modus quo Deus est in spaciis, quæ imaginaria vocantur. quæ.

re vera nihil actualiter sunt, sed solum possibiliter. est ergo Deus in rebus, quae existunt aparte rei, per suam operationem tamquam per rationem formalem, ut superius diximus; in spaciis vero, quae imaginaria vocantur, cum nihil sint actu solum est Deus praesens, per suam substantiam, nihil operando, sed solum ea replendo sua substantia, et sua praesentia, utique absoluta, et intransitiva ut diximus, replendo nempe, totum illud Chaos, seu illam intercapedinem, seu vacuitatem infinitam quam concipimus circumquaque diffusam supra omnes Caelos.

288 Replicabis, et dices, quod idem est discurrendum, seu eodem modo est phylosophandum de existentia Dei in spaciis imaginariis, ac de ipsa existentia Dei in alijs possibilibus, v.g. in Angelis possibilibus; Sed quia, Deus nihil operatur erga Angelos pure possibiles, Deus non est actu in illis aliquomodo; ergo neque erit aliquo modo in spaciis imaginarijs, quia in illis nihil operatur.

289 Sed Contra, et Respondeo negando mai. nam spacia imaginaria praeter praedicata intrinseca, secundum quae constituuntur in ratione loci, seu spacij possibilis, inferunt et connotant ab extrinseco, quamdam vacuitatem infinitam, in qua existere possunt infinita corpora: et haec vacuitas est quam dicimus repleri à Deo sua substantia, et sua praesentia utique absoluta et intransitiva.

290 Ast Angelus possibilis, sicut, et qualibet alia creatura possibilis, solum explicat sua praedicata intrinseca, absque eo quod inferant spacium aliquod in quo sint, proinde et Deus non est in aliis possibilibus, ab spacio nisi solum per praesentiam, quatenus nempe omnia intuetur, secundum quod omne possibile est in conspectu suo, quo pacto, dicitur Deum vocare

ea

ea, quæ non sunt, sicut ea quæ sunt. 291

Verum ut radicitus solutio ad præsens argumentum, & magis totum hoc percipiatur, explanandos duxi tres modos generales quibus Deus est in rebus, nempe per Essentiam, Præsentiam, & Potentiam. & quomodo sit in spaciis imaginariis, & in alijs possibilibus. unde ut apendicem, sequentem doctrinam appingimus. & denique pro Coronide, quomodo Deus est in Iustis per gratiam breviter attingemus.

§. IX. De recta intelligentia existentiæ Dei in rebus per Essentiam Præsentiam, & Potentiam.

292

Circa quod Angelicus Magister in hoc artic. 3. in corp. sic ait: * Secundum Substantiam, vel Essentiam dicitur aliquid esse in loco, in quo eius substantia habetur. per præsentiam vero suam dicitur aliquid esse in omnibus, quæ in prospectu ipsius sunt, sicut omnia quæ sunt in aliqua domo dicuntur esse præsentia alicui, qui tamen non est secundum substantiam suam in qualibet parte domus.* esse vero per Potentiam exponit sic in principio corporis: * per modu

causæ agentis, & sic est in omnibus rebus creatis ab ipso.*

293 Ad cuius intelligentiam notandum venit, quod per hos tres modos quibus Deus est in rebus excluduntur tres errores. Ex eo enim quod Deus est in rebus per POTENTIAM, quatenus enim est causa omnium excluditur error Manicheorum asserentium Deum tantum creare Spiritualia, non vero corporalia, quæ dicebant creata fuisse a Dæmone.

294 Ex eo autem quod Deus sit in rebus per PRÆSENTIAM excluditur error eorum qui asserebant Deum non omnia individua, & singularia intueri, sed solum ea cognoscere in quadam universalissima, & generali ratione ex quorum persona inquit Angelicus Magister, dicitur Iob cap. 22. * circa cardines terræ per ambulabat, nec nostra considerat.*

295 Ex autem quod Deus sit in rebus per ESSENTIAM, omnia contingens immediatione Suppositi convellitur error asserentium Deum tantum creare primam Substantiam, & hanc secundam, & secundam tertiam, & sic de alijs usque ad animam mundi, quam finxit Avicena & a qua omnia Sublunaria affirmat gubernari.

296 Vnde notandum venit secundo quod licet D. Thomas in hoc eodem ar. 3. in fine Corporis asserat * Deum esse in rebus per essentiam in quantum adest omnibus, ut Causa essendi,* non tamen hoc ita est intelligendum, ut modus essendi in rebus per Potentiam confundatur cum modo essendi in rebus per Essentiam, licet utrumque modum videatur explicare per hoc ut Deus sit causa essendi, seu per hoc quod sit per modum causæ agentis.

297 Etenim in rebus creatis Deus habet duplicem contactum, unum de linea operativa radicaliter, qui contactus formaliter est de linea essendi, & alterum de linea operativa formaliter, &

& proxime. nam Deus, & contingit res contactu Suppositi, & contingit res contactu virtutis. contactus Suppositi; vt praecisus a contactu virtutis, est contactus de linea essendi formaliter, & radicaliter de linea operativa, quatenus operari sequitur ad esse. contactus virtutis. vt supponens in Deo contactum suppositi propter identitatem vtriusque contactus est formaliter de linea operativa unde vterque contactus formalissime est distinguendus licet in Deo inquantum contingit res creatas non possit dari vnus absque alio. proindeque datur locus vt modus essendi per essentiam distinguatur a modo essendi per potentiam.

298

His suppositis, dicimus Deum esse in Spaciis imaginariis per Essentiam, & Praesentiam; non autem per Potentiam, quatenus scilicet potentia dicit cum suo actu coniunctionem; verum insuper asserimus, quod si ly esse per Potentiam solum explicat hoc quod est posse operari. Deus etiam est in spaciis imaginariis per Potentiam.

298.

Prima pars assumpti explicatur, quia ad hoc vt Deus sit in spaciis imaginariis per Essentiam sufficit quod in ipsis sit sua substantia, absque eo quod habeat contactum cum re. vt latius iam diximus.

299

Secunda pars etiam constat. quia esse per Praesentiam solum dicit hoc quod est videre, & habere in suo prospectu omnia illa spacia vacua, & inania, quod necessario est verum.

300

Tertia autem pars etiam constat, quia etsi Deus actu in spacijs imaginariis nihil operetur potest tamen aliquid in ipsis operari. quae doctrina est expressa Caietani. & Iabeli. & aliorum super hunc articulum.

301

Rursus asserimus, quod in aliis rebus possibilibus solum est Deus actu per Praesen-

tiam, quatenus omnia videt: & omnia sunt nuda oculis eius, & in illis actu non est per Potentiam, sed solum modo explicato seu potestative.

302. Denique dicimus quod in omnibus rebus creatis, & in omnibus actu existentibus, est Deus per Essentiam, Praesentiam, & Potentiam. ut ex dictis constat.

§. X

Explicatur pro coronide quomodo sit Deus sit in Iustis per gratiam

303 Circa existentiam Dei in iustis per gratiam asserit Angelicus Magister in hoc eodem articulo quod hoc fit quatenus Deus est in illis sicut Cognitum in cognoscente, & amatum in amante.


304 Ad cuius intelligentiam notandum est quod hic modus quo Deus existit in Iustis per gratiam, non est intelligendus de denominatione extrinseca resultante ex eo quod Deus sit cognitus, & amatus; sed quatenus esse cognitum, & amatum dicit quamdam familiaritatem, & quamdam specialem communicationem. quatenus nempe Deus possidetur a Iustis per cognitionem. & amorem quae possessio, & fruitio taliter constituit

Deum

Deum præsentem Iustis, ut si per impossibile Deus non esset in illis, per Essentiam, Præsentiam, & Potentiam, per illam possessionem, & fruitione Deus redderetur Iustis præsens. unde dicitur Lucæ cap. 17 * Regnum Dei intra vos est.

Et hæc sufficiant pro hoc attributo aliqualiter dignoscendo. & dicta hucusque cedant in laudem Immensi Numinis, Æterni Principii, Omnipotentis Dei Patris, generantis, Filij que geniti. & Spiritus Sancti ab utroque procedentis. cedant etiam in laudem Deiparæ Mariæ absque peccati labe a primo suæ conceptionis instanti conceptæ. cedant etiam in laudem Angelici Præceptoris cuius doctrinam, excorde sequi conati sumus. cedant denique in laudem & gloriam Omnium Cælicolarum.

Sub correctione Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.



INDEX.

PAG=N.

TRACTATVS DE IMMENSITATIS attributo 01=00

DISP. VNICA. DE Existentia Dei in rebus. 02=00

QVÆST. I. Vtrum Deus sit ubique 02=00

§. I. Præmittuntur nonnulla. 02=01
§. II. Statuitur conclusio 02=09

QVÆST. II. Vtrum Immensitas distinguatur ab omni alio prædicato divino, præsertim ab Omnipotentia. 04=17
§. I. Præmittuntur nonnulla 04=17
§. II. Statuitur conclusio. 06=30
§. III. dilluuntur replicæ 06=31

QVÆST. III. Vtrum efficaciter inferatur existentia Dei in rebus ex eius operatione? 08=41
§. I Proponitur fundamentum D. Thomæ. 09=41

PAG. N

§. II. Referuntur sententiæ. 09 43
§. III. Statuitur conclusio. 10 = 47

ARTICULUS PRIMUS. 10 59
De recta intelligentia primæ propositionis, scilicet ubicum[que] aliquid operatur ibi est. 10 59
§. IV. Præmittuntur non nulla. 11 59
§. V. Aliquæ rationes ad stabiliendam hanc maximam * Movens, & motum debent esse simul * proponuntur. 12 66
§. VI. Alia Thomistarum communis, proponitur ratio. 13 80
§. VII. diluuntur replicæ. 14 82
§. VIII. Proponitur specialis replica. 15 89
§. IX. Solvitur. 15 91

ARTICULUS SECUNDUS. 17 = 103
De recta intelligentia secundæ propositionis, scilicet * esse est proprius effectus Dei. *
§. X. Proponitur ratio dubitandi. 17 = 103
§. XI. Proponitur Prima sententia cum suis fundamentis. 18 107
§. XII. Proponitur secunda sententia & statuitur pro conclusione. 20 = 109
§. XIII. Relicitur hæc ratio. 20 = 129
§. XIV. Prænotantur nonnulla ad nostræ conclusionis probationem. 21 = 127
§. XV. Ratione suadetur conclusio 22 = 133
§. XVI. diluuntur replicæ. 23 = 140

ARTICULUS TERTIUS.
De recta intelligentia tertiæ propositionis scilicet: * esse est

quod

PAG. N.

quod est magis intimum cuilibet rei, & quod profundius omnibus inest. *

§. XVII. Præmittuntur nonnulla. 25=153

§. XVIII. Statuitur conclusio, & proponitur primus modus eam tuendi. 26=159

§. XIX. Proponitur secundus modus tuendi conclusionem. 27=169

§. XX. deciditur quæstio principalis & profunditas in prædicto ratiocinio D. Thomæ demonstratur. 29=179

QVÆST. IV. Vtrum hæc actio, qua Deus est in rebus sit immanens vel transiens. 30=182

§. VNIC. deciditur quæstio vnica conclusione 30=182

QVÆST. V Vtrum operatio per quam Deus est in rebus sit ratio formalis præsentiæ divinæ ad res? 31=187

§. I. Præmittuntur non nulla, & referuntur sententiæ. 31=187

§. II. Eligitur tertia sententia pro conclusione 33 198

§. III. Ratione probatur conclusio 34=211

§. IV. Aliqua argumenta proponuntur, & dilluuntur. 36=222

QVÆST. VI. Vtrum Deus sit actu & positive præsens in locis seu spacijs quæ imaginaria vocantur? 37=228

§. I. Circa quidditatem spacij imaginarij 37=228

PAG N.

§. II. Proponitur vera sententia circa quidditatem spacij imag[inar]ij. — 38 234

§. III. Referuntur sententiæ circa principale quæsitum. — 90 = 240

§. IV. Statuitur conclusio, & ex Sacra pagina, & ex Angelico Magistro suadetur. — 91 = 247

§. V. Ratione suadetur conclusio — 91 252

§. VI. Argumenta ab authoritate depromta proponuntur. — 93 = 259

§. VII diluuntur argumenta ex authoritate. — 94 264

§. VIII. Argumenta ratione petita solvuntur. — 95 282

§. IX. de recta intelligentia existentiæ Dei in rebus per Essentiam Præsentiam & Potentiam — 97 292

§. X. Explicatur pro coronide quo modo sit Deus in Iustis per gratiam — 98 = 303

TRACTATUS DE ÆTERNITATIS ATTRIBUTO UBI DE EXISTENTIA FUTURORUM IN ÆTERNITATE

Apud D. THOMAM 1. P. Q. 10. & Q. 14.

Expositus à Patre Ioanne de Cardenas, & Mendieta in D. Caroli Borromæi PP. C.R.M. Salmantino Collegio Sacræ Theologiæ Lectore.

Pro cursu ab anno Dni 1678. adusq. 1679.

DISPVTATIO I.
DE QVIDDITATE ÆTERNITATIS.

QVÆSTIO I.
QVID SIT ÆTERNITAS

§. I.
EXPLICATVR ÆTERNITATIS DEFINITIO.

1 Antequam praecipuam quaestionem de existentia futurorum in aeternitate institueamus [illegible] opere pretium duximus praesenti paragrapho instituere ut aeternitatis naturam, et quidditatem explicemus, cum enim in sequenti disputatione praecipuus motivum futurum sit disquirere an aeternitas et futura sibi invicem coexistant, poterit proinde difficulter definiri tale quaesitum, aeternitatis natura inexplicata relicta.

2 Definitur ergo aeternitas a Boetio hoc modo: *interminabilis vitae tota simul, et perfecta possessio*. Communiter, et optima amplectitur haec definitio a theologis cum D. Thoma in hac q.^{ne} ar. 1. dicitur ergo primo quod aeternitas est *possessio* ad designandum quod aeternitas necessario includit indefficientiam et stabilitatem in duratione,

3 Secundo dicitur *tota simul* ut ab aeternitatis natura secludatur quaelibet successio seu mutabilitas, qualis est successio formalis, secundum prius et posterius, vel ut etiam secludatur virtualis successio qua aevum gaudet, ut D. Thomas in hac q. ar. 5. et in 2. dist. q. 1. ar. 1. docet, ut autem melius intelligatur haec particula necess

necessarium iudicavi aliud § instituere in quo quomodo componatur cum æternitatis duratione successionis carentia examinabitur. 4
Tertio dicitur * perfecta * ut excludatur nunc temporis, in quo licet possideatur res temporalis non tamen perfecte possidetur sed tantum initiative, seu terminative.

5
Quarto dicitur * vitæ * & non dicitur * esse * vel quia in Deo, qui solus est æternus esse, & vivere sunt omnino unum, & idem etenim solus Deus identificat operationem cum suo esse, vel forte quia cum operatio Dei etsi sit idem cum ipso, distinguatur a suo esse saltim obiective penes implicitum vel explicitum, proinde & esse non se extendit ad operationem, vivere autem est prædicatum commune tam Essentiæ, seu naturæ, quam operationi, quia ut dicitur 3. de Anim. tex 37 * vivere in viventibus est esse * ideo oportuit dicere * vitæ * potius quam * esse * ut explicetur quod æternitas est prædicatum in Deo commune mensurans tam esse, quam operationem.

6
Quinto denique & ultimo dicitur * interminabilis * ad explicandum in hac duratione carentiam principii, & finis. etenim quod habet principium, termino a parte ante finitur, sicut & quod habet finem termino a parte post limitatur. ex qua æternitatis definitione aliqua oriuntur dubia, quæ si non dirimantur inexplicata manebit æternitatis natura unde sit prima Q.no.

§. II.
Statuitur prima conclusio & explicatur an æternitas includat durationem respectu Dei, & quomodo.

7
Sit Prima Q.o æternitas pro formali includit essentialiter, & positive durationem. Constat hæc Q.o tum Ex Scriptura Sacra, tum ex Patribus, tum ratione, ex scriptura, quia in ipsa, æternitas ad modum temporis comparatur. etenim Iob cap. 10. dicitur * Numquid sicut dies hominis dies tui, & anni tui sicut humana sunt tempora * & Michææ cap. 5. dicitur

* Egressus eius ab initio a diebus æternitatis. * tunc sic, sed tempus durationem essentialiter includit, & aliunde duratio non est prædicatum dicens imperfectionem sicut sunt prioritas, & posterioritas temporis, ergo æternitas durationem includit. &c.

8 Secundo probatur Conclusio ex Patribus nam D. Dionysius loquens de æternitate lib. de div. nom. cap. 10. ait * quod Deus laudatur tamquam antiquus dierum propter hoc quod omnium ipse est ævum, & tempus, & ante diem, & ante tempus, & ante ævum. * et D. Aug. lib. 11. Conf. cap. 14. describens æternitatem perdurationem ait * Præsens si est præsens, neque in præteritum transiret, iam non esset tempus, sed æternitas * similiter D. Bern. serm. 8 in cant. loquens de æternitate sic ait * Tempora sub ea transeunt, futura non expectat, præterita non recogitat, præsentia non experitur. * = denique D. Thom. lect. 2. super illum locum Dionysii ait * Deus dicitur antiquus dierum quia ipse possidet omnem durationem, & ævi, & temporis * = et in ar. 2 huius q. 10. ait * Deus est sua æternitas, cum tamen nulla alia res sit sua duratio. * et in 1. dist. 19. q. 2. ar. 2. ait * quod hæc tria nomina, scilicet æternitas, tempus, et ævum, durationem quandam significant. * ergo tam ex sacra pagina, quam ex Patribus constat nostra Conclusio.

9 Rursus autem ratione probatur Conclusio quia æternitas ex terminis dicit pro explicito uniformitatem, et regularitatem, æternitas enim summam divini esse immutabilitatem tamquam radicem supponit; tunc sic. Sed uniformitas, et regularitas quam pro explicito dicit æternitas non est uniformitas, & regularitas in abstracto, prout sic enim sunt quasi prædicatum genericum ad omnem mensuram, ergo uniformitas, et regularitas quam pro explicito dicit æternitas, est uniformitas & regularitas in aliqua determinata quasi specie, ergo est uniformitas, et regularitas in genere durationis, patet consequentia quia uniformitas, et regularitas quam dicit æternitas non est uniformitas, & regularitas quantitatis molis, vel virtutis, neque in genere locandi, ergo est uniformitas, & regularitas in genere durationis, antecedens seu assumptum probatur, et in primis constat quod non sit uniformitas in genere quantitatis molis, quia quantitas molis in Deo non datur, neque est uniformitas numeri, vel ponderis. quod autem

autem non sit uniformitas in genere quantitatis virtutis etiam patet quia aeternitas non est de linea operativa; = similiter quod non sit uniformitas in genere locandi patet, quia alias aeternitas esset idem ac Immensitas, ergo est uniformitas solum in genere durationis, haec ultima sequela patet quia aeternitas in Deo ponitur ad dignoscendum quantum Deus duret, ergo aeternitas essentialiter et positive includit durationem.

10

Rursus explicatur magis de 2o nam illud praestat aeternitas formaliter in Deo, quod in Angelis aevum et in rebus temporalibus tempus: sed in istis aevum, et tempus formaliter durationem important, ergo aeternitas essentialiter, et positive est duratio; seu includit durationem respectu Dei.

11

Ulterius confirmatur et explicatur de 2o quia ex terminis haec propositio est vera * Deus durat formaliter, positive, et essentialiter * sed nequit verificari in sensu formali haec propositio quin aeternitas pro formali includat positive durationem; ergo aeternitas pro formali includit positive, et essentialiter durationem. probatur min. ~~...~~ ~~...~~ probanda postea mai. quia si duratio convenit Deo nequit non convenire illi ratione aeternitatis, cum nullum aliud attributum sit ratione cuius possit Deo convenire duratio, ergo si praedicta propositio est vera, aeternitas pro formali includit essentialiter, et positive durationem.

12

Probatur ergo mai. quia ex terminis repugnat Deum coexistere alicui durationi, quae formaliter sit talis, et alias Deum formaliter, et positive non durare; sed Deus coexistit omni durationi formali cuiuscumque rei, ergo haec propositio est vera * Deus durat formaliter positive, et essentialiter. * mai. ex ipsis terminis nota videtur nam coexistere aliqua duo secundum aliquam rationem est habere simul illa duo illud praedicatum seu illam rationem secundum quam coexistunt, min. vero probatur quia coexistere alicui durationi quae formaliter est talis, nihil aliud est quam habere, et retinere simul cum illo existentiam pro illa duratione pro qua durat; sed Deus, ut evidenter constat retinet, et habet suam existentiam pro omni durationi formali, imo, et imaginabili cuiuscumque rei, ergo Deus coexistit omni

durationi formali cuius cumque rei, proindeque verificatur in sensu formali hæc propositio * Deus durat formaliter positive, et essentialiter*

§. III.
Dilluuntur replicæ.

13 Sed dices cum Aureolo in 1. dist. 9 q. 2. ar. 2. cui opposita placuit sententia, quod æternitas nequit formaliter, et positive durationem importare. assumptum probas, quia duratio ex terminis dicit successionem, atqui successio ut patet repugnat Deo, ergo implicat quod æternitas includat formaliter et positive durationem. probatur, et explicatur min. probanda postea mai. quia successio dicit et explicat formaliter prioritatem, et posterioritatem, atqui prioritas, et posterioritas Deo repugnat, ergo et successio. hæc mai. constat. quia in successione includitur necessario aliqua amissio essendi, et acquiritur aliud esse antea non habitum: datur enim transitus in successione de uno esse ad aliud esse, proindeque datur transitus de potentia ad actum; ergo succesio dicit formaliter, et positive prioritatem, et posterioritatem, ans constat, quia in conceptu formali successionis excluditur simultas, ergo est quia in successione includitur necessario et amissio prioris esse, et acquisitio alterius esse antea non habiti proindeque in successione datur formaliter transitus de uno esse ad aliud esse etc.

14 Iam ergo probatur mai principalis sillogismi quæ probanda reliqui quia duratio ex terminis continuitatem dicit, ergo et successionem, ans videtur certum, quia inintelligibilis est duratio in qua non concipitur continuitas sed continuitas dicit formalissime in suo conceptu extensionem prioris et posterioris, ergo duratio dicit in suo conceptu continuitatem et successionem proindeque æternitas non dicit in suo conceptu durationem

15 Sed contra quia salvatur conceptus durationis absque successione ergo ex hoc capite non debet excludi a conceptu æternitatis conceptus durationis, ans probatur, et explicatur quia conceptus formalissimus durationis præcise dicit permanentiam seu perseverantiam in esse ergo quo aliquid maiorem perseverantiam, et permanentiam dicit tanto

tanto perfectiorem durationem includit, nunc sic, atqui successio A ordinem non dicit simultatem essendi ergo tantum abest quod successio sit de conceptu durationis, quin potius successio sit imperfectio ipsius durationis, cum successio ex terminis successionis diminuat. 26

Sed replicabis si duratio in suo formalissimo conceptu non diceret successionem sed solum simultatem essendi permanenter et perseverantiam, Boetius definisset aeternitatem per durationem et non per possessionem, ait enim quod aeternitas est * Possessio interminabilis vitae * non vero dicit quod est duratio interminabilis vitae, * ergo si possessio simultatem et perseverantiam dicit, duratio quae possessioni contra ponitur non dicit neque includit permanentiam seu perseverantiam in essendo, sed potius dicit successionem seu continuitatem extensam, et divisibilem. 27 Sed contra,

quia duratio ut docet D. Thomas in 1. dist. 8. q. 2. ar. 1. ad 6. solum nominaliter, et ex modo significandi seu grammaticaliter dicit quamdam partium extensionem, at vero ex parte rei significatae solum dicit permanentiam, et simultatem essendi, unde possumus dicere quod Boetius ideo aeternitatem per possessionem definivit, quia possessio etiam in modo significandi permanentiam designat. et in definitionibus particulae quibus explicantur debent esse notae, et manifestae tam in modo significandi, quam ex parte rei significatae. 28 Sed iterum replicabis,

quod ex tradita solutione solum convincitur quod aeternitas est duratio virtualis, et eminentialis, non vero probatur, quod sit duratio positive, et formaliter talis; assumptum probas, ex communi conceptu durationis, qui nequit denudari a conceptu continuitatis, nunc sic, sed continuitas quantitatem designat, proinde extensionem prioris, et posterioris, ergo aeternitas non est duratio formaliter, et positive talis sed ad summum virtualiter, et eminentialiter talis. 29

Sed contra quia conceptus continuitatis quantitativae, includens quidem proinde extensionem prioris, et posterioris non est conceptus exactus ad quidditatem

durationis, ergo ex eo quod aeternitas non dicat in suo conceptu formali, et explicito extensionem prioris, et posterioris, non sequitur quod aeternitas non dicat formaliter, et positive durationem. ans probatur et explicatur, quia conceptus durationis ex terminis, non dicit neque explicat amissionem aliquam essendi, sed potius eo aliquid perfectius durat, quo minus amittit esse, proindeque duratio Dei, quae neque pro implicito, neque pro explicito potest dicere aliquam imperfectionem, sed necessario est perfectissima, et infinita debet esse duratio quae nullam amissionem essendi dicat, neque pro implicito neque pro explicito. ergo conceptus durationis perfectae nullam dicens imperfectionem denudari debet a conceptu continuitatis, quantitativae; ergo conceptus durationis perfectae, et infinitae non dicit extensionem prioris, et posterioris, ergo aeternitas ex terminis est duratio formaliter, et essentialiter talis, et non solum virtualiter unde licet conceptus successionis, sit conceptus repugnans aeternitati, tamen conceptus durationis est conceptus essentialiter conveniens aeternitati.

20 Replicabis secundo cum eodem Aureolo, et dices Deum nulli durationi formali alicuius rei coexistere proindeque in sensu formali non est vera haec propositio * Deus durat formaliter, positive, et essentialiter. * assumptum probat. quia Deus ex sua ratione solum habet subiicere sibi omnem durationem quae formaliter est talis, seu solum habet praesidere omni durationi creatae sicut, et praesidet omni creaturae, ergo Deus nulli durationi ut tali coexistit, ergo non durat formaliter.

21 Sed. Contra 1º quia ex terminis Deum coexistere durationi quae formaliter est talis nihil aliud est quam quod in omni, et pro omni signo in quo verificatur existentia cuiuscumque durationis formalis alicuius creaturae verificetur etiam quod existit Deus, coexistere enim aliqua duo solum est quod unum habeat existentiam simul cum alio, sed pro omni realitate, et pro omni signo in quo, et pro quo verificatur * nunc existit haec duratio * v.g. angelica, vel temporalis, * verificatur Deum existere, ergo Deus coexistit omni durationi quae formaliter, et positive est talis, ergo Deus durat formaliter positive, et essentialiter.

Contra

Contra 2º quia nequit intelligi Deum subiicere sibi durationem alterius, sive nequit intelligi possidere durationi alterius, et quod non coexistat cum illa duratione, ergo nulla est distinctio. ans. probatur quia implicat aliquod principium superius possidere alicui rei, et quod de tali possidente non verificetur existere simul cum illa re cui possidet, ut ex terminis patet, ergo nequit intelligi Deum possidere durationi quae formaliter est talis, sive subiicere sibi omnem durationem formaliter talem, et quod alias non coexistat cum illa duratione, ergo si coexistit cum illa duratione durat in illa duratione, licet non mensuretur per illam durationem ut potentia creata sed per aliam sibi proportionatam nempe per aeternitatem, ergo aeternitas pro formali includit positive durationem. 22

§. IV. Statuitur secunda Conclusio et explicatur an aeternitati conveniat ratio mensurae?

Sit 2a Conclusio. Aeternitas habet rationem mensurae secundum praedicatum perfectionis quod importat ratio mensurae = Sed ante quam conclusionem probemus indiget explicatione, nam mensura, secundum suum conceptum aliud exigit ad suam perfectionem secundum praedicata intrinseca aliud autem ad relationem quam importat ad suum mensuratum, etenim ad hanc relationem mensurae ad mensuratum requiritur necessario distinctio realis mensurae a mensurato sicut universim ad quamlibet relationem realem, ut communiter explicatur in logica cap. de Relat. et 5. Met, unde releganda est omnino a Deo et ab aeternitatis natura relatio quam mensura dicit ad suum mensuratum ut potentia inferens distinctionem realem, inter aeternitatem ut mensuram, et essentiam divinam ut mensuratam. 23

24 Ad perfectionem vero mensuræ solum requiritur uniformitas & regularitas ad quod ut percipiatur notandum venit quod in mensuris uniformitas, & regularitas quæ requiritur non est necessarium quod sit talis realiter, sed sufficit quod per rationem ponatur talis regularitas, & uniformitas: ut patet in tempore quod est mensura quorumque motuum inferiorum; dicimus enim ad motum dignoscendum quod duravit per unam horam diem, vel annum, & tamen uniformitas temporis mensurantis non existit in re, cum in re non sit aliqua pars temporis, sed omnis vel est præterita, vel futura, unde intellectus adunat totum tempus præteritum, cui responsus fuit motus ad illum dignoscendum, proindeque illa duratio, uniformitas, & regularitas aliquid rationis est in prædicta mensura creata, quod etiam patet in alijs mensuris, v.g. in ulna, cubito, sive palmo, mensurant enim per replicationem, & multiplicationem, unde exigitur necessario operatio intellectus adunantis illam replicationem, & multiplicationem.

25 In mensura autem divina infinita, & increata qualis est æternitas, ut salvetur perfectio mensuræ, quæ ut constat, in uniformitate, & regularitate consistit, non requiritur aliqua operatio intellectus adunantis, ut falso existimavit Ferrara, 1. contra g. cap. 15. & ratio hujus est quia duratio æternitatis est tota simul, proindeque omnem uniformitatem exactam ad rationem mensuræ invenitur in æternitate absque operatione intellectus adunantis, & constituentis simultatem mensuræ illius infinitæ. His positis facile probatur conclusio.

26 Quia mensura secundum id quod dicit de perfectione solum explicat uniformitatem, & regularitatem qua cognoscitur quantum res sit extensa, saltim virtualiter, at qui æternitas est prædicatum divinum dicens uniformitatem, & regularitatem qua dignoscitur quantum Deus sit extensus in sua duratione, ergo æternitas habet rationem mensuræ, secundum id quod mensura dicit de perfectione.

§. V.

Dilluuntur replicæ.

27 Sed dices quod mensura nequit denudari a conceptu imperfectionis

ḡo ratio mensure repugnat æternitati: ans probatur quia mensura licet active sumpta non explicet imperfectionē passive tamen arguit imperfectionē; atqui quælibet imperfectio repugnat Deo, ḡo conceptus mensure repugnat æternitati, explicatur mai, nā mensura arguit necessario inferioritatē in mensurato, ḡo mensura passive sumpta nequit denudari a conceptu imperfectionis. &c.

28

Sed contra quia Mensura solū arguit inferioritatē in mensurato. quando mensura distinguitur realiter ab ipso, nunc sic, sed æternitas, quæ est mensura durationis divinæ non distinguitur ab ipsa met divina duratione, ḡo conceptus mensure potest quæ optime convenire æternitati. &c.

29

Sed dices, quod implicat quod conceptus mensure non distinguatur a mensurato, ḡo necessario mensura arguit inferioritatē, & imperfectionē in mensurato proindeq nequit Deo convenire. ans probatur. q̄a ex terminis conceptus mensure, est conceptus notificans & explicans quod est confusū & implicatū, ac proinde conceptus mensurati dicit esse, esse occultū, confusū, & implicatū, exigens &c. proinde mensuræ notificantē, & explicantē; ḡo implicat conceptū mensure non distingui a conceptu mensurati. &c.

30

Sed contra quia licet de conceptu limitatē mensure sit distingui a suo mensurato tamen de conceptu mensure infinitæ, & per essentiā talis non est distingui a mensurato sed potius exigit identificari cum ipso mensurato, ḡo replica nulla est. ans. probatur. & explicatur, nā ex terminis de conceptu mensure est dicere unionē cū mensurato, quod explicat, & notificat. ḡo quo perfectior mensura fuerit, eo perfectionē unionem exiget cum mensurato. ḡo infinita perfectio divinæ, & infinitæ mensure exiget omnimodā identificationem cū mensurato. &c.

31

Sed replicabis. sequi ex nostra solutione rationē mensure confundi, & implicari cum conceptu mensurati in divinis, sed hoc est inconveniens, ḡo. necessario conceptus mensure dis-

tinguitur a conceptu mensurati. probatur mai. quia si ratio mensuræ identificatur omnino cum mensurato nulla erit ratio ob quam unum prædicatum sit mensura, & aliud mensuratum quam econtra, atqui hoc est confundere conceptus mensuræ & mensurati, ergo ne hæc confusio sequatur distinguenda est mensura a conceptu mensurati.

32 Rursus confirmatur assumptum, quia per nos æternitas est mensura durationis divinæ, atqui ipsa æternitas est essentialiter duratio, ut in prima q. e est ostensum, ergo si conceptus mensuræ non distinguitur a conceptu mensurati, confunditur conceptus mensuræ cum conceptu mensurati. = quod explicatur exemplo, nam si per impossibile Pater identificaretur cum Filio, eo ipso destrueretur ratio Patris, & ratio Filii, ergo similiter si mensura identificatur cum mensurato eo ipso tollitur ratio mensuræ, & ratio mensurati.

33 Sed contra quia ex eo quod mensura in Deo identificetur cum mensurato non sequitur quod destruatur conceptus mensuræ, & mensurati, ergo replica nulla est. ans probatur, & explicatur, quia cum summa identificatione mensuræ, & mensurati in Deo stat distinctio virtualis inadæquata in re, quæ formaliter fit talis, per operationem intellectus distinguentis penes implicitum, & explicitum unum conceptum ab alio, atqui hoc sufficit ad salvandum conceptum mensuræ, & mensurati, ergo ex eo quod in Deo identificetur mensura cum mensurato, non sequitur quod destruatur conceptus mensuræ, & mensurati, mai. est evidens, summa enim identificatio realis attributorum interse, & cum essentia, imo, & identificatio formalitatum pertinentium ad eandem lineam, non tollit distinctionem virtualem saltim inadæquatam, quæ est in re, & quæ formaliter fit talis, (adæquatam, l. inadæquatam, iuxta uniuscuiusque prædicati naturam) per operationem intellectus. probatur ergo min. quia non minus requiritur distinctio inter actum, & obiectum, quam inter mensuram, & mensuratum inter utrumque enim invenitur conceptus specificantis, & specificati, atqui ut in Deo salvetur ratio actus, & obiecti sufficit cum identificatione reali distinctio virtualis inadæquata in re, quæ formaliter fit talis per operationem intellectus

intellectus, ergo similiter ut salvetur conceptus mensurae, et mensurati sufficiet cum identificatione reali utriusque distinctio virtualis in re, et formalis per operationem intellectus. Et per hoc patet ad confirmationem.

34

Ad exemplum de Paternitate, et Filiatione dicimus quod ideo in praedicto casu tolletur ratio patris, et filij, quia tam Paternitas quam Filiatio consistunt formalissime in relationibus realibus quae absque distinctione reali nequeunt salvari; e contra vero ratio mensurae quae reperitur in Deo, et quam dicimus aeternitati convenire nullo modo exigit relationem realem, sed solum uniformitatem, et regularitatem.

35

Sed dices quod iuxta solutionem traditam sequitur primo quod ratio mensurae non distinguatur in Deo a conceptu mensurati nec virtualiter inadequate proindeque sequitur quod omnino confundantur hi conceptus, ergo solutio tradita nulla est. antecedens probatur quia iuxta nostram doctrinam, et solutionem traditam conceptus mensurae est praedicatum conveniens aeternitati, et conceptus mensurati est praedicatum conveniens durationi divinae; aeternitas enim mensura est durationis divinae; nunc sic. Sed aeternitas non distinguitur adhuc virtualiter inadaequate a duratione divina, etenim ut diximus in prima conclusione aeternitas est formalissime, et essentialiter duratio, ergo conceptus mensurae non distinguitur in Deo a conceptu mensurati adhuc virtualiter inadaequate proindeque confunduntur hi conceptus, ergo in Deo non debet dari ratio mensurae.

36

Sequitur 2° quod ratio mensurae sit in Deo pro formali aliquid rationis, proindeque in re non erit in Deo ratio mensurae antecedens probatur. quia iuxta nostram solutionem ut non confundatur ratio mensurae cum mensurato recurrimus ad distinctionem rationis, quae inter utrumque conceptum intercedit, ergo signum est quod si talis distinctio rationis non intercedit confunditur ratio mensurae cum mensurato, ergo ratio mensurae pro formali est aliquid rationis, ut docuit Ferrara. 1. contra gentes cap. 15.

37

Sed contra quia ex nostra solutione nullum ex his duobus inconveniens allatum sequitur, non primum quia duratio

divina habet duplicem inadæquatã formalitatẽ seu duplicẽ inadequatũ conceptũ, & secundũ unũ habet rationẽ mensuræ, & secundũ aliũ habet rationẽ mensurati, nã inprimis in ipsamet duratione divina resplendet quędã uniformitas regularissima, seu quędã regularitas perfectissima divini esse, & aliã resplendet in ipsamet divina duratione quędã virtualis extensio seu quantitas, sumpsit resplendet quędã perseverantia divini esse sine termino scilicet sine fine, & principio, & secundũ primã formalitatẽ subinduit rationẽ mensuræ, secundũ aliã vero habet rationẽ mensurati, nã illud predicatũ uniformitatis notificat & mensurat permanentiã divini esse, unde licet asseramus quod ratio mensuræ in Deo identificatur cũ ratione mensurati non tamen ob id confundimus rationẽ mensuræ, & mensurati, sed potius explicamus illã plenitudinẽ perfectionis infinitæ quã sortitur in Deo conceptus mensuræ, & mensurati. Mensura enim ut mensuret exigit unionẽ & coniunctionẽ cũ mensurato pariterq mensura infinita exigit unionẽ identitatis cũ mensurato absq eo quod ex hac sequatur utriusq confusio.

38 Quod totũ mirabiliter explicatur in definitione æternitatis a Boetio tradita, & a theologis admissa, dicitur enim quod est * interminabilis vitę tota simul & perfecta possessio * in qua definitione illa particula * interminabilis * explicat extensionẽ, & quantitatẽ virtualẽ sine termino, & infinitã divini esse, finitũ enim, & infinitũ sunt passiones quantitatis, lq * tota simul, & perfecta possessio * explicat uniformitatẽ, mensurantẽ, & notificantẽ permanentiã, & perseverantiã divini esse, ~~ttt~~

37 Unde ad primã replicã in forma resp. neg.do ans. & ad probationẽ, dist. mai. Conceptus mensuræ est conceptus conveniens æternitati, & conceptus mensurati, est conceptus durationi conveniens, secundũ omnẽ formalitatẽ incluã in æternitate, & duratione neg. mai. secundã inadæquatã formalitatẽ, & per distributionẽ accommodã conc. mai. & concessa min. nego consequentiã.

æternitas

æternitas enim, & duratio divina secundum quod dicunt in terminabilitatem, seu virtualem extensionem habent rationem mensurati, secundum vero quod dicunt possessionem, simultatem seu uniformitatem habent rationem mensuræ. 90

Ad secundam replicam nego ans. ratio enim mensuræ non est aliquid rationis, est enim perfectio divina & infinita, proinde q. nequit consistere in ente rationis, licet enim ut intelligamus in Deo relationem mensuræ, ad mensuratum sit necessarium ens rationis, tamen ratio mensuræ pro fundamento non consistit in aliquo ente rationis, sed in illa uniformitate, & regularitate. unde ad probationem antecedentis quatenus huic solutioni obstare potest dicimus quod ut in Deo non confundatur conceptus mensuræ cum conceptu mensurati, non recurrimus ad illud ens rationis pro formali, sed ad virtualitatem, & eminentiam fundamenti supra quod fundatur ens rationis. 41

Sed replicabis quod iuxta hanc solutionem videtur quod incidimus in aliud inconveniens nam ita volumus distinguere conceptum mensuræ, a conceptu mensurati, quod ponimus conceptum mensuræ in ipsa met uniformitate, nunc sic ergo confundimus æternitatem cum alijs attributis, probo hanc Cseq: omnia alia attributa etiam dicunt uniformitatem, immutabilitas enim uniformitatem dicit pro explicito, similiter intellectus, volitio, providentia, iustitia misericordia, & cetera omnia alia attributa. imo ipsa met essentia divina dicit uniformitatem, & regularitatem, ergo ratio mensuræ quæ dicimus convenire æternitati confunditur cum alijs attributis. 42

Sed contra quia uniformitas, & regularitas in qua dicimus consistere rationem mensuræ non est uniformitas, & regularitas in abstracto considerata, secundum quod communis est quasi generica essentiæ & attributis, sed est uniformitas & regularitas determinatæ lineæ, nempe durationis, & in hac uniformitate durationis dicimus consistere rationem mensuræ.

43 Replicabis quod ex hac solutione sequitur incidere in idem primum inconveniens confusionis, et indistinctionis inter conceptum mensurae et mensurati. Ergo nulla est solutio. Antecedens probatur quia iuxta praedictam ~~dist~~ solutionem uniformitas in qua consistit ratio mensurae est uniformitas de linea durationis, proindeque est uniformitas includens durationem tamquam differentiam, vel quasi differentiam, seu explicitum determinativum uniformitatis; nunc sic, sed duratio ipsa est ratio seu conceptus qui mensuratur ergo confunditur ratio mensurae cum conceptu mensurati.

44 Sed contra quia licet verum sit quod uniformitas in qua ponimus conceptum mensurae non sit uniformitas in abstracto, sed includens durationem proindeque talis uniformitas sit determinata ad lineam durationis, non tamen includit durationem secundum suum adaequatum conceptum, sed solum secundum inadaequatum nempe includit durationem secundum quod est ratio * sub qua * mensurandi, non vero secundum quod est ratio * quae * mensuratur.

45 Quod aliquomodo potest explicari in aliis mensuris creatis licet quodlibet exemplum sit defficiens, v.g. tempus non solum est mensura motuum inferiorum, sed etiam est mensura motus primi mobilis cum quo identificatur tempus, cum hac tamen differentia, quod illorum tantum est mensura extrinseca, huius autem est mensura intrinseca, unde quatenus consideratur ut quo est mensura; quatenus vero consideratur ut quod habet rationem mensurati, et similiter in Aevo potest discurri, unde patet disparitas inter mensuram intrinsecam, et extrinsecam, quod mensura intrinseca secundum diversas rationes habet rationem mensurae, et mensurati, secus autem in mensura extrinseca consideratur.

§. VI.

Aliae obiectiones soluuntur

Sed

46 Sed contra nostram conclusionem obiicies primo. D. Thomam in 1. dist. 19. q. 1. ar. 9. ubi Sanctus Doctor videtur supponere quod in Deo non salvatur ratio mensuræ, ait enim: * divina magnitudo nullo modo est mensurabilis, vel mensurata neque ab alio neque a se, vel quia mensuratio ponit terminationem, et divina magnitudo nullum habet terminum intra, vel extra, secundo quia commensuratio non est unius quantitatis ad se, sed duarum, et nulla alia magnitudo potest esse æqualis divinæ magnitudini. * En ubi Angelicus Magister excludit in Deo rationem mensuræ, et mensurati.

47 Sed contra, nam D. Thomas solum excludit in Deo rationem mensuræ extrinsecæ quæ mensurat per applicationem, et commensurationem cum mensurato, quæ proinde arguit inferioritatem in mensurando secundum quod consideratur tamquam minus uniforme. Quod autem D. Thomas cognoscat in Deo rationem mensuræ intrinsecæ identificatæ cum mensurato patet ex eodem loco citato ubi in fine solutionis ait: * Quod divinæ magnitudini nihil diversum ab ea commensuratur. * quo in loco solum excludit D. Thomas mensuram extrinsecam, et diversam a mensurato unde quando dicit quod divina magnitudo nullo modo est mensurabilis neque ab alio, neque a se, intelligendum est dicere non esse mensurabilem divinam magnitudinem a se tamquam a mensura extrinseca, et distincta ab ipsa duratione, et magnitudine divina, quæ mensuratur, proindeque ly * nullo modo * solum excludit mensurationem extrinsecam, quæ proinde haberet terminum: divina enim magnitudo ut ait D. Thomas nullum habet terminum neque intra neque extra, sed semper est infinita, et interminabilis.

48 Secundo obiicies fundamentum Vazquezii qui in hac 1. p. disp. 31 cap. 3. ait: non salvari in æternitate Dei rationem mensuræ, nam de ratione mensuræ est distingui a suo mensurato, sed in Deo identificatur ratio mensuræ

cum mensurato, æternitas enim, quæ utique esset mensura non distinguitur a divina, quæ utique esset quæ mensurata ergo æternitas non potest habere rationem mensuræ, min. cum consequentia patet, et mai. videtur certa, nam ex terminis de ratione mensuræ est esse quid notius mensurato, sed implicat quod eadem res sit quid notius, et ignotius respectu sui ipsius, ergo in Deo non salvatur ratio mensuræ etc.

49 Confirmatur ex eodem Vazquezio: nam mensura ex terminis vel est talis respectu perfectionis subiecti, vel respectu quantitatis subiecti: nam ut docet Phylosophus 10 Met. cap. 2. t. 3. solum datur illud duplex genus mensuræ: Nunc sic, sed æternitas nequit notificare, vel quantitatem ipsius Dei, vel perfectionem ipsius: ergo æternitas nullo modo habet rationem mensuræ. mai. constat, probatur ergo min. nam quantitas molis inhærens subiecto nequit esse mensura subiecti cui inhæret; ergo similiter æternitas identificata cum duratione ipsius Dei, nequit esse mensura durationis ipsius Dei, quæ utique est quantitas, vel quasi quantitas virtutis ipsius Dei, consequentia patet a paritate rationis ans autem probatur, quia subiectum cui inhæret quantitas est substantia; atqui substantia nequit mensurari a quantitate: ergo quantitas non potest esse mensura subiecti, cui inhæret. probatur min. quia quantitas est diversi generis a substantia: constituunt enim diversa prædicamenta; est et quantitas imperfectior substantia; ergo non potest quantitas mensurare vel notificare substantiam: mensura enim ex terminis perfectior debet esse suo mensurato; ergo potiori titulo æternitas non poterit esse mensura durationis divinæ etc.

50 Sed Contra: nam de ratione mensuræ ut sic, prout abstrahit a mensura intrinseca, et extrinseca non est distingui a suo mensurato, sed solum est de conceptu intrinseco mensuræ, ut sic, uniri, et coniungi cum suo mensurato, unde ut supra vidimus, quo perfectior fuerit

fuerit mensura eo intimiore, & perfectiore sortietur uni-
one & coniunctione cum mensurato. proindeque men
sura infinite perfecta qualis est aeternitas habebit
summam identificationem cum mensurato, unde dicimus
quod aeternitas habet rationem mensurae intrinsecae re-
spectu Dei; & quando dicitur quod mensura est quid
notius mensurato, & mensuratum quid ignotius men-
sura, hoc etiam aliquomodo salvatur in Deo, nempe
quoad nos, et quo ad explicari; nam quo ad nos
aliqua formalitas est notior, & alia ignotior proinde-
que licet in Deo identificetur ratio mensurae cum men-
surato, non sequitur quod idem, secundum idem, sit no-
tius, & ignotius, sed solum secundum diversam rationem, quod
nullo modo implicat.

51

Ad Confirmationem dicimus: verum esse
quod omnis mensura, vel est mensura perfectionis, seu quan-
titatis virtutis, vel est mensura quantitatis molis; unde
concessa mai, dicimus ad min. quod aeternitas in Deo est
mensura quantitatis, seu extensionis virtualis ipsius Dei, pro-
inde que mensurat aeternitas perfectionem divini esse in durando
& ad probationem in contrarium negamus ans: quantitas
enim molis mensurat substantiam, cui inhaeret, licet
enim sit diversi generis stricte & pertineat ad diversum
praedicamentum, tamen mensurare potest magnitudinem, &
extensionem substantiae, ad quod nihil interest quod in
esse entis substantia mensurata sit nobilior, & quanti-
tas mensurans sit ignobilior. non enim quantitas mensu
rat subformalitate entis, sed secundum magnitudinem, vel par-
vitatem. extensionem, vel inextensionem, ad quod sufficit quod sub-
stantia secundum se non sit magna vel parva. extensa, vel
inextensa proindeque hos effectus recipit a quantitate
ac proinde quoad hoc nobis notificat quantitas mag-
nitudinem substantiae cui inhaeret.

52

Imo quantitas
molis non solum est mensura substantiae, cui inhaeret
sed et accidentium substantiae, cui inhaeret v.g. qualitatis,

Ubi, Situs, & aliorum per illa enim horum magnitudinem dignoscimus, & quod magis est ipsa quantitas molis est est mensura sui ipsius, cum hac tamen differentia, quod aliorum a se est mensura extrinseca, sui autem intrinseca. Ad quod munus respectu sui ipsius exercendum sufficit quod secundum diversas rationes consideretur quantitas; nempe quatenus est ratio quæ, & quatenus est ratio sub qua. ergo similiter; imo & potiori titulo æternitas admittere potest illam duplicem considerationem, nempe ut dicit extensionem in durando, secundum quam rationem habet conceptum mensurati, & consideratur ut ratio quæ, & aliam considerationem secundum quam dicit uniformitatem, & regularitatem secundum quam rationem habet rationem mensuræ, & consideratur, ut ratio sub qua.

53 Sed replicabis, & dices quod licet quantitas molis possit esse mensura substantiæ tamen æternitas non potest esse mensura quantitatis virtutis ipsius Dei. ergo assumptum probas quia neque Deus, neque Nos uti possumus æternitatem ad cognoscendam plenitudinem perfectionis divini esse: ergo æternitas non est mensura perfectionis ipsius Dei.

54 Sed contra quia æternitas deservit ad cognoscendam plenitudinem perfectionis divini esse, non quomodocumque sed in durando. Unde secundum hanc rationem habet conceptum mensuræ intrinsecæ.

55 Sed dices æternitatem Dei adhuc secundum hanc rationem, non esse mensuram nec respectu Dei, nec respectu Creaturarum, ergo nulla est solutio. Ans, quoad primam partem suadetur, probandum postea quoad secundum. quia æternitate Dei non utimur ad cognoscendum quantum duret Deus tamquam mensura durationis divini esse, sed tamquam forma; æternitas enim est ipsamet duratio formalis ipsius Dei. ergo non est mensura ipsius Dei. ig[itur] vero quoad secundam partem probatur. quia inter mensuram & mensuratum debet esse proportio Sed inter Dei

æternitatem

æternitatem, & creaturas nulla est proportio, ergo æternitas non est mensura creaturarum. 56

Sed contra quia licet æternitas sit ipsa met formalis duratio Dei, tamen habet ut vidimus duplicem formalitatem, nempe, & habet conceptum perseverantiæ, seu permanentiæ, & habet conceptum uniformitatis, & regularitatis, & secundum hunc conceptum habet rationem mensuræ, secundum illum vero habet conceptum mensurati. 57

Ad probationem secundæ partis dicimus quod tunc intercedere debet proportio inter mensuram, & mensuratum, quando mensura est adæquata, & eiusdem ordinis cum mensurato; secus vero econtra: imo tempus est mensura cuiuscumque motus inferioris, & tamen tempus excedit quæcumque inferiora motum, cum tempus ab initio mundi, usque nunc, unum & idem sit, absque ulla discontinuatione, & divisione, & motus inferiores sint valde diversi; ergo non est de ratione mensuræ omnimoda adæquatio cum mensurato; ergo potiori titulo licet æternitas excedat infinite creaturas poterit esse illarum mensura. 58

Sed adhuc insurges, quia ut æternitas esset mensura creaturarum erat necessarium quod haberet coexistentiam cum illis: mensura enim coexistentiam exigit cum mensurato; sed æternitas non coexistit cum creaturis, ergo æternitas nequit esse mensura creaturarum. 59

Sed ut respondeamus notandum venit, esse quadruplicem sententiam circa solutionem præsentis difficultatis: prima asserit æternitatem nullo modo mensurare res temporales quia nequeunt coexistere cum æternitate. sic Aureolus in 1. dist. 9. q. 2. & dist. 36. q. unic. ar. 1. 60

Secunda asserit quod etiam si æternitas coexistat cum rebus temporalibus illas non mensurat quia coexistentia illa est tantum materialis, ad modum quo coexistit tempus cum ævo Angelorum, & tamen se invicem non mensurant, sed quasi disparate se habent. ita Sylvester. 1. p. q. 19. ar. 26.

61 Tertia sententia asserit æternitatem mensurare res temporales, cæterum hoc munus exercetur quando ipsæ res temporales existunt unde æternitas illas ab æterno non mensurat. quia asserit iste modus dicendi quod si creaturæ considerantur in æternitate sic sunt intra Deum, et per consequens mensurantur eadem mensura, ac ipse Deus, cæterum si creaturæ considerantur extra Deum sic non sunt in æternitate, sed in tempore unde ab æternitate mensurari non possunt. Sic Scotus, et Durandus, quos sequitur Vazq. 1. p. disp. 63. cap. 3.

62 Neque inferas asserit hæc sententia tertia, sequi in Deo aliquam mutabilitatem, vel novitatem in æternitate quatenus mensura est, quia omnis mutabilitas, seu omnis novitas se tenet ex parte creaturarum sicut ex eo quod in tempore Deo proveniat denominatio Domini, et Creatoris, neutiquam arguitur aliqua mutabilitas in Deo, sed solum in creaturis.

63 Cæterum nulla ex his sententijs satisfacit, neque argumento, neque rationi. non prima cum potius faveat argumento, quam illud solvat. = Similiter non placet secunda. quia licet admittat coexistentiam tamen asserit creaturas non mensurari ab æternitate. unde potius succumbit argumento quam illud solvat. = Tertia similiter non placet, quia licet concedat æternitatem mensurare creaturas. contendit tamen hoc munus solum exerceri quando creaturæ existunt in tempore, et in propria mensura, unde tollit ab æternitate rationem mensuræ ab æterno.

64 Sustinenda ergo est solum ut vera quarta sententia, quæ asserit æternitatem esse absolute mensuram creaturarum, inadæquatam tamen, et excedentem, utpote lineæ diversæ, et infinitæ. Et ad probationem in contrarium dicimus creaturas ab æterno coexistere Deo in æternitate. non quia creaturæ habeant esse in illa tamquam in mensura propria, sed quia in æternitate habent esse et existentiam tamquam in mensura extrinseca et superiori pro cuius maiori intelligentia instituitur sequens disputatio.

DISPUTATIO SECUNDA DE EXISTENTIA FUTURORUM IN ÆTERNITATE

QUÆSTIO UNICA.

FUTURA CONTINGENTIA ABSOLUTA EXISTANT PHYSICE IN ÆTERNITATE.

§. I.
Prænotantur nonnulla.

1 Difficultas præsens solum procedit circa futura contingentia absoluta, circa illa nempe de quibus in aliqua determinata duratione verificabitur quod habent existentiam physicam, realem, et determinatam. Non ergo instituitur sermo de futuris contingentibus mere conditionatis, idest non disquirimus in præsenti de futuris, quæ solum haberent existentiam purificata aliqua conditione, si cum alias detur decretum absolutum de non verificanda conditione, a cuius positione dependet illud futurum, inde est quod illa futura, quæ conditionata nuncupantur, et sunt numquam adipiscentur aliquod esse determinatum vere, et realiter existens; sed potius absolute considerata remanent intra ambitum, et limites puræ possibilitatis; disquirimus ergo de illis futuris contingentibus, quæ absolute futura sunt, et aliquando habebunt suum de inesse verum, sitne nempe existant physice, et realiter in æternitate? an vero solum existant obiective in Mente divina?

2 Unde obiter nota futura contingentia in præsenti vocari omnia illa quæ habent esse, seu habebunt esse creatum, sive illud habeant mediis causis liberis, sive mediis causis necessariis, non enim in præsenti contra ponitur liberum, et necessarium, quasi diversimode de utroque sentiendum sit, proindeque præsens quæstio, idem sonat ac si interrogaremus: utrum omnes creaturæ sive liberæ sive necessariæ, quæ habebunt esse in aliqua duratione determinata creata existant physice, et realiter in æternitate.

3 Pro cuius maiori intelligentia necessario habenda est præ oculis distinctio, seu diversitas præsentiæ physicæ a præsentia intentionali: præsentia enim physica, et realis exigit existentiam physicam et realem, in obiecto sic præsente; præsentia vero intentionalis solum exigit existentiam obiecti in mente cognoscentis, quod quidem optime componitur cum negatione existentiæ realis ipsius obiecti in re, ut evidenter patet, datur namque probe nunc præsentia obiectiva diei præteriti, sicut, et diei

diei futuri, et tamen pro hoc nunc neutiquam existunt, et existere possunt physice, et realiter, quaestio ergo praesens non procedit de hac obiectiva futurorum praesentia; cum haec nulli possit esse dubium dari ab aeterno in mente divina, alias Deus Omniscius non esset. procedit ergo de praesentia physica, et reali, num illam sortiantur futura in aeternitate.
4

Secundo, et maxime prae oculis ad quaestionis enodationem habendum est, aeternitatem non esse attributum pertinens formaliter ad lineam intellectivam vel volitivam sed formalissime sumptum esse attributum pertinens ad lineam essendi est enim aeternitas attributum virtualiter adaequate distinctum ab intellectu, et voluntate. proinde a Scientia, et a cognitione, sicut, et a volitione. et a quolibet alio praedicato formaliter pertinente ad intellectum, vel voluntatem.
5

Quod patet ex eius definitione, ex illa enim constat esse durationem divini esse, unde definitur quod sit * tota simul et perfecta possessio * duratio enim divini esse, quid prius est scientia, et cognitione, intelligitur enim prius esse divinum cum omnibus attributis pertinentibus ad lineam essendi, quam intellectum, cognitio, scientia, voluntas et volitio. nam haec attributa sunt de linea operativa, et iuxta Phylosoforum problema: * operari sequitur ad esse. * aeternitas ergo est attributum pertinens formaliter ad lineam ~~intellectivam~~ essendi unde est formalissime duratio ~~divina~~ infinita divini esse, sicut, et mensura ipsius divini esse.
6

Unde pro solutione plurium obiectionum notandum venit tertio quod cum esse divinum sit indivisibile non solum indivisibilitate quae opponitur extensioni, sed etiam indivisibilitate quae opponitur successioni ita similiter aeternitas Dei, seu eius duratio, est duratio et mensura omnino indivisibilis, quae proinde habet simul totum suum esse illud scilicet quod pertinet ad suam lineam ad lineam scilicet durationis, ex eius enim definitione constat quod aeternitas est * interminabilis vitae tota simul, et perfecta possessio * unde aeternitas, quae mensura est divini esse

est omnino indivisibilis, et eiusdem ordinis.

7 Quarto notandum est quod aeternitas Dei, quae formalissime, ut vidimus, est duratio, et mensura divini esse, debet formalissime in se praecontinere omnem durationem creatam, sive praesentem, sive praeteritam, sive futuram, quae suppositio videtur evidenter inferri ex natura aeternitatis, cum enim aeternitas sit praedicatum divinum, proindeque infinitum debet in se praecontinere omnem perfectionem propriae lineae, ut constat, alias, si non contineret omne praedicatum seu omnem perfectionem propriae lineae, infinita non esset.

8 Potest insuper confirmari, et fulciri haec doctrina a paritate caeterorum attributorum quia namque Immensitas v.g. est attributum proprium Dei, continet in se, et ambit in suo vastissimo, et simul indivisibili sinu omnia loca tam distantia, quam indistantia, etiamsi per impossibile in infinitum distarent. = Similiter Scientia Dei, continet omnem perfectionem scientiae, comprehenditque omne scibile = similiter et alia attributa; ergo et aeternitas Dei, quia est attributum divinum, et infinitum debet praecontinere in se omnem perfectionem ipsius lineae, nempe omnem durationem, sive praesentem, sive praeteritam, sive futuram.

9 Quinto denique notandum est quod licet aeternitas Dei, sit formalissime mensura divini esse et duratio omnino indivisibilis tamen habet quasdam virtualitates, quibus correspondet diversis durationibus creatis, sicut immensitas, quia praedicatum divinum est licet sit omnino indivisibilis, habet quasdam virtualitates, quibus correspondet diversis locis, et ipsa Essentia divina, seu ipsa divina perfectio, quia sunt praedicata divina licet sint indivisibilia habent quasdam inadaequatas virtualitates quibus correspondent diversis perfectionibus creatis.

10 Sed antequam nostram conclusionem stabiliamus sciendum est tamquam fide certum nullam creaturam fuisse creatam ab aeterno sed omnes in tempore originem, et exordium sumsere iuxta illud Genes. * in principio creavit Deus Caelum, et terram et

vide

Unde sensus quæstionis, investigare non est utrum futura existant ab æterno in æternitate, quia nempe fuerunt producta, & creata? Sed sensus est utrum futura quæ in tempore producuntur, fiunt quæ in tempore præsentia & in sua propria duratione habent esse, existant in æternitate?

11 Quod potest imaginari, vel ex eo quod ipsa futura, quando iam sunt producta in tempore, proindeque præsentia iam sunt constituta se extendant per se ad æternitatem, eo fere modo quo esset si daretur tempus infinitum. vel secundo potest hæc præsentia futurorum in æternitate, confingi, & imaginari, quia ipsa æternitas se extendit ad durationem in qua existunt ipsa futura. primo modo clare constat quod futura nequeunt physice existere in æternitate: futura enim per se ipsa non se extendunt ad æternitatem. Unde sola est difficultas, secundo modo considerata existentia futurorum in æternitate. Utrum scilicet æternitas Dei, quæ in se indivisibilis est formaliter, se extendat ad durationem propriam futurorum, in qua ipsa futura existunt præsentia, & habent esse, proindeque ipsa futura hoc modo inspecta habeant existentiam in æternitate? licet non in tota æternitate adæquate sumpta, sed in ipsa æternitate, ut est mensura superior, & excedens.

§. II.
Statuitur conclusio, & P.P. testimonio roboratur.

12 Sit nostra conclusio: Futura existunt physice, & realiter in æternitate, tamquam in mensura superiori, & inadæquata per excessum respectu ipsorum.

13 Hæc nostra Cl.o communis est inter Thomistas, eam tenent SS. PP. Salmanticenses 1. p. disp. 8. n. 3. = M. Ioannes a S. Th. 1. p. q. 10. disp. 9. ar. 3. Illust. Godoy. 1. p. disp. 41. = M. Ildef. Mich. 1. p. q. 14. ar. 13. dub. 1. cap. 1. = M. Gonet. 1. p. disp. 4. ar. 7. tract. de Scient. Dei. M. Ferre. tract. 2. q. 8. §. 9. n. 566.

14 Probatur primo nostra Cl.o Sanctorum Patrum testimoniis, sit primum ex D. Anselmo lib. de Concordia, Præscientiæ, & Prædestinationis cum lib.o arb. ubi versans illud Apost. ad Rom. 8. sic ait: * qui secundum propositum vocati sunt sancti, in æternitate in qua non est præteritum vel futurum, sed tantum præsens immutabile est; sed in ipsis hominibus aliquando est mutabile: sic enim quamvis in æternitate non fuit aut, erit aliquid, sed tantum est, tamen in tempore fuit, & erit aliquid sine repugnantia * & post pauca concludit: * Si quidem quemadmodum præsens tempus continet omnem locum, & quæ in quolibet loco sunt, ita æterno præsenti simul clauditur omne tempus, & quæ sunt in quolibet tempore. *

15 Quæ verba in favorem nostræ conclusionis sic construo: æternitati, iuxta Anselmum nihil est futurum, vel præteritum, sed quotquot futura, & præterita in se sunt, præsentia in æternitate sunt; ergo loquitur de præsentia physica, & reali futurorum in æternitate; loquitur enim de præsentia, quæ propria est æternitati, quatenus est attributum distinctum, tum a Scientia, tum a quolibet alio attributo; alias extra chorum cantaret, quod nefas est dicere ob authoritatem tanti Patris. ergo loquitur de præsentia quæ pertinet ad lineam essendi, proinde loquitur de præsentia physica, & non de intentionali, seu obiectiva, hæc enim propria est divinæ Scientiæ

16 Ulterius Sanctus Parens verbis ultimo relatis ait * quemadmodum præsens tempus continet omnem locum, ita æternitas continet præteritum, & futurum; sed tempus continet omnem locum, & omnia quæ in eis sunt physice, & realiter, & non obiective, seu intentionaliter, ut patet, quia tempus cognoscitivum non est; ergo ita similiter æternitas, continet futura ratione sui, proinde physice, & realiter, alias paritas addu-

adducta a D. Anselmo nullius ponderis vel momenti esset.

Rursus 17

Probatur ex D. Ysidoro. lib. 1. de Summo bono cap. 6. ubi sic ait: * omnia tempora praecedit divina aeternitas, nec in Deo praeteritum, & futurum aliquid creditur sed omnia praesentia in eo dicuntur, quia aeternitate sua cuncta complectitur; alioquin mutabilis est Deus credendus, si ei succesiones temporum adscribuntur.* in quibus verbis necessario intelligendus est S. P. de praesentia physica, & aeternitati propria, alias extra rem adduceret aeternitatem ad probandum in Deo futurorum praesentiam; si enim sermo esset de praesentia obiectiva scientiam divinam deberet afferre.

18

Rursus probatur ex D. Augustino. qui super illa verba Psalm. 101. * in generationem, & generationem anni tui * ait: * aeternitas, ipsa Dei substantia est. quae nihil habet mutabile, nihil ibi est praeteritum, quasi non sit; nihil est futurum quasi nondum sit; sed quidquid ibi est, non nisi est, * in quibus verbis, etiam evidenter constat. loqui Augustinum de aeternitate, prout est attributum ab aliis distinctum: proinde de praesentia aeternitatis propria.

19

Rursus: quia si Augustinus de obiectiva praesentia futurorum in aeternitate posset interpretari, aliquid esset futurum futuritione propria. in aeternitate, esset enim ibi futurum futuritione physica, & realis, quae est propria & vera futuritio; sed si aliquid esset futurum futuritione physica, vera, & propria in aeternitate, verificaretur contradictoria propositio illiquae est, & continetur in authoritate adducta ex D. Aug: ergo D. Aug. non potest intelligi de futuritione obiectiva, & intentionali. mai. est evidens, & min. probatur. quia propositio D. Augustini est haec * nihil est futurum in aeternitate.* sed si aliquid est futurum in aeternitate, futuritione fisica, vera, & propria, aliquid est futurum in aeternitate, quae est propositio contradictoria propositioni D. Augustini, ergo si intelligitur D. Augustinus de obiectiva futurorum praesentia, verificaretur contradictoria propositio propositioni adductae ex D. Augustino.

20

Rursus, idem Augustinus lib. 11. de Civit.

Dei cap. 21. & Magnus Gregorius lib. 20 Moralium. cap. 23. persuadere connantur in Deo non esse præscientiam futurorum, sed tantum Scientiam, quia præscientia excludit existentiam rei scitæ cum Sciente, & Cognoscente, proinde hi PP. agnoscunt præsentia omnia futura in æternitate, quatenus inferunt in Deo non esse Præscientiam.

21 Nec potest dici quod hi PP. tantum agnoscunt in Deo præsentiam obiectivam, & intentionalem futurorum.

22 Non inquam id potest dici, quia præsentia obiectiva, & tantum intentionalis obiecti non excludit rationem præscientiæ, imo ut detur Præscientia, necessario requiritur præsentia obiectiva, & intentionalis futurorum in mente cognoscentis, ut patet in cognitione Eclipsis habita a Mathematico, iste enim Eclipsim cognoscit ante quam sit, unde in eius mente existit, licet præexistit Eclipsis. Quod ipsum patet in cognitione profetica futurorum, in qua cognitione existunt futura obiective in mente Prophetæ.

23 D. Prosper consimiliter idem tenet. in lib. Epigramatum ubi sic de æternitate cecinit: *

Ut locis præsens, simul est Deus omnibus unus:
Sic rerum metas, secum habet, & numeros.
Nec serum, nec properum, sibi sentit in ordine rerum,
Cui cuncta assistunt acta, & agenda simul.

Quod ipsum tenet lib. 2. de vocat. gentium, cap. 39. = Similiter, & alij Sancti Patres docent, quos recensere videtur superfluum.

§. III.
Ex mente D. Thomæ probatur Assertio.

29 Sit Prima Authoritas desumpta ex Opusculo 2. cap. 133 ubi Angelicus Magister probat, Deum omnia ut præsentia intueri, quia futura, & præterita, præsentia existunt in æternitate, in quibus verbis Sanctus Doctor loqui

non potest

non potest de præsentia obiectiva futurorum in æternitate, ut sinistre intelligitur ab aliquibus. quia, alias præsentiam obiectivam, et intentionalem, quam utique futura adipiscuntur in mente divina probaret D. Thomas, ex præsentia obiectiva, et intentionali futurorum in æternitate. proindeque probaret idem per idem. 25

Vlterius, ut formalis sit consequentia facta a D. Thoma debet, quando arguit præsentiam obiectivam futurorum in divina cognitione ex præsentia futurorum in æternitate, arguere illam ex præsentia æternitatis propria; sed præsentia æternitatis propria, præsentia obiectiva non est, sed physica, et realis; ergo loquitur D. Thomas de præsentia physica futurorum in æternitate. mai. est evidens, alias impertinenter adduceret præsentiam, qua potiuntur futura in æternitate, ad probandum ex illa præsentiam obiectivam futurorum in ~~æternitate~~. mente divina. min. etiam est manifesta, nam ut vidimus supra. §. 1. n. 4. in secundo notabili æternitas non est attributum pertinens ad lineam intellectivam, proindeque præsentia, quæ propria est æternitatis. ut distinctæ a cæteris attributis, non est præsentia obiectiva, et intentionalis, sed physica, et realis. En verba Angelici Magistri. ex prædicto loco*: Deus per certitudinem cognoscit omnia, quæ per temporis decursum aguntur. in suo æterno, nam æternitas, sua præsentialitate totum temporis decursum attingit, et ultra transcendit.* Ponderate causalem D. Thomæ, imbibitam in præallegatis verbis: ac si diceret: ideo Deus cognoscit omnia, quæ per temporis decursum aguntur, quia æternitas attingit sua præsentialitate totum temporis decursum. 26

Consimilia verba habet D. Thomas 1. contra g. cap. 66. ubi etiam Sanctus Doctor probat præsentiam obiectivam futurorum in divina mente, et cognitione, ex præsentia, quam in æternitate, habent futura. sic enim ait: * quidquid est in quacumque parte temporis coexistit æterno, quasi præsens eidem, etsi respectu alterius partis temporis sit præteritum vel futurum; æterno autem non potest aliquid coexistere, nisi toti, quia successionis durationem non habet.* Ex quo antecedenti infert D. Thom. hanc consequentiam:* quidquid igitur per totum temporis

decursum agitur divinus intellectus in tota sua aeternitate intuetur quasi praesens.* Ecce quomodo ex praesentia futurorum in aeternitate arguit futurorum praesentiam in divina cognitione; ergo sentit futura in aeternitate gaudere existentia physica, et reali; secus autem idem per idem probaret, quod nefas est dicere.

27 Eamdem consequentiam facit D. Thomas pluribus aliis in locis, praesertim 3. contra g. cap. 154 = q. 2. de Verit. ar. 12. = q. 12. de Verit. ar. 6. = 1. p. q. 37. ar. 3. = et in 1. sent. dist. 38. q. unic. ar. 5.

+ q. 3. de Verit. ar. 3. ad 8.

28 Sed pro Coronide sufficiant verba D. Thomae ex 1. p. q. 14. ar. 13. ubi sic in favorem nostrae conclusionis ait: * Aeternitas simul existens ambit totum tempus, unde omnia, quae sunt in tempore, sunt Deo ab aeterno praesentia, non solum ea ratione; qua habet rationes rerum apud se praesentes, ut quidam dicunt, sed quia eius intuitus fertur ab aeterno super omnia prout sunt in sua praesentialitate.* quae verba, adeo expressa sunt in nostrae conclusionis favorem, ut nullam, neque apparentem subire possint interpretationem de praesentia obiectiva. quia ibi Angelicus Magister, utramque praesentialitatem agnoscit, et obiectivam; et propriam, seu realem, illam scilicet quam habent in sua praesentialitate, et utramque fatetur Angelicus Magister habere futura ab aeterno, primam, quam vocat * rationes rerum *, in mente divina; et aliam in aeternitate, physicam nempe, et realem.

§. IV.

Ratione probatur Cl°. desumiturque ex conceptu durationis.

Primum

Primum fundamentum nostrae conclusionis desumitur ex 29
conceptu durationis infinitae, qui quidem conceptus essentialiter
pro explicito convenit aeternitati. Et sic efformatur ratio:
Quaelibet perfectio infinita alicuius lineae, debet praecontinere
omnes perfectiones illius lineae; sed aeternitas est infinita in
linea durationis, et hoc habet ex suo conceptu formali, et
explicito; ergo continet in se omnes durationes: nunc sic. Sed
duratio futurorum in sua propria mensura duratio est; ergo
continetur in aeternitate. ac proinde futura durant, seu existunt
in aeternitate. min. subsumpta constat, nam nequit non esse
duratio mensura illa, in qua verificatur quod aliquid durat,
et existit; sed futura durant, et existunt ut talia in sua
propria mensura, ut evidenter constat, ergo duratio futurorum
in sua propria mensura, est duratio, ultima consequentia ex
min. subsumpta, et ex illo primo syllogismo recte deducitur,
unde solum restat probandus, et explicandus primus
syllogismus. 30

Probatur ergo et explicatur mai. quia hoc ipso
quod aliqua perfectio sit infinita in aliqua linea debet prae-
continere omnes perfectiones illius lineae, alias, si aliquam
non praecontineret infinita non esset, cum deesset illi aliquid
pertinens ad suam lineam. et insuper exemplis com-
probatur. 31

Immensitas enim quia est infinita in linea re-
plendi loca, nequit non replere omnia illa, si enim ali-
quem locum non repleret, Deus utique immensus non esset,
cum ratione immensitatis occupet et repleat loca. 32

Similiter,
quia scientia Dei est infinita, in linea cognitionis, ne-
quit non scire omne scibile: si enim aliquod scibile
subterfugeret scientiam Dei, ipsa utique infinita non esset,
vera ergo est mai. primi syllogismi. 33

Rursus, ut clarius veritas
illius percipiatur nota quod quando dicitur quod quaelibet
perfectio infinita alicuius lineae debet praecontinere omnes
perfectiones illius lineae; hoc debet intelligi, de continentia

formali, seu eminentiali; idest quod debet præcontinere sine imperfectione omnes perfectiones ad illã lineam expectantes.

34 Min. vero principalis syllogismi; etiam est evidens, Cum enim æternitas, ut vidimus, duratio sit; nequit non esse duratio infinita: omne enim prædicatum divinum eo quod tale infinitum est in sua linea, infinitudo enim est prædicatum transcendens omnem divinã perfectionem; sicut finitudo transcendit omne creatum. Prima vero consequentia infertur ex præmissis: quia enim Immensitas, v.g. est infinita in linea replendi loca, omnia loca continet, & ambit, ergo quia æternitas est infinita in linea durationis debet continere omnes durationes, proindeq durationem futurorũ, & præteritorum, & non solum præsentium.

35 Sed dices quod ex prædicta ratione solum convincitur quod quia æternitas est infinita in linea durationis, faciat quod Deus duret per omnes durationes, hoc est, quod in quacumq duratione vera, vel imaginabili sit verum dicere, nunc Deus durat, non vero ex illa convincitur quod omnes durationes sint in æternitate vere, & realiter.

36 Sed Contra. quia ut ex definitione æternitatis constat, taliter æternitas est duratio, quod est duratio tota simul, ergo simul continet omnes durationes. proindeque simul continet præteritum, & futurum alias si non contineret simul præteritum, & futurum erit verum dicere: * In æternitate, nunc non est præsens, sed futurus Antixps. v.g. * Atqui hæc propositio non est vera, sed falsa, alias æternitas non contineret simul omnes differentias, durationis: quod est Contra naturam, & essentiam æternitatis; ergo ex prædicta ratione non solum convincitur quod Deus durat, in quolibet duratione, sed insuper quod omnes durationes sunt simul contentæ, in æternitate.

37 Sed Replicabis: ergo hæc propositio est vera: * Nunc Antichristus durat in æternitate. * consequentia probatur, quia iuxta solutionem datam

datam est verum dicere: * Nunc Antichristus est praesens in aeternitate: * Sed esse Antichristum nunc praesentem in aeternitate. idem est ac durare nunc in aeternitate, ut per se patet; ergo prima praedicta propositio non est vera: ergo solutio tradita non subsistit. min. subsumpta probatur: nam si est vera haec propositio: * Nunc Antichristus durat in aeternitate,* erit vera copulativa exponens hanc propositionem exponibilem, ut patet, ab exponente enim ad exponibilem; et e contra valet consequentia: Sed copulativa exponens. vera non est; ergo nec exponibilis erit vera. probatur min. praedicta exponibilis exponitur per hanc copulativam: * Nunc Antichristus durat, et Nunc Antichristus durat in aeternitate: * Sed prima Chategorica est falsa, ut per se patet. ergo et copulativa.

38

Sed contra. et distingo primam consequentiam. ergo est vera haec propositio: * Nunc Antichristus durat,* copula uniente pro nunc nostri temporis, neg. conseq. copula uniente pro nunc aeternitatis, subdist. pro nunc aeternitatis ut correspondente huic nunc nostri temporis. neg. conseq. ut correspondente nunc temporis futuri in quo existet Antichristus conc. conseq. et per hoc patet ad probationem, etenim illa exponibilis duplicem sensum habet, potest enim illa intelligi, ut sonet et affirmet: quod ratione existentiae habendae ab Antichristo in sua propria differentia temporis, nunc est verum dicere quod durat in aeternitate, et sic sensus est verus.

39

Unde cum in copulativa exponente, exponatur propositio secundum primum sensum, nihil mirum praedictam copulativam esse falsam, quia in prima cathegorica, siempre in hac,* Nunc Antichristus durat* copula unit copula unit pro nunc nostri temporis, cum nulla detur particula amplians copulam, seu illam extendens ad aliam durationem; in exponibili vero ratione illius termini:* in aeternitate:* extenditur, et ampliatur copula pro nunc aeternitatis. quod est infinitum, ac pro inde habet etiam aequivalentiam respectu nunc temporis futuri, in quo durat Antichristus,

40 Sed Dices: Si est verum dicere: nunc Antichristus durat in æternitate, copula uniente pro nunc æternitatis, ut æquivalenti tempori futuro, etiam erit verum dicere: Nunc Antichristus existit in æternitate; sed hæc secunda propositio vera non est; ergo nec prima. probatur min. si est vera prædicta propositio secunda, erit vera hæc propositio; * Nunc Antichristus coexistit æternitati; * Existentia enim duorum in una duratione est coexistentia; Sed hæc tertia propositio vera non est; ergo neque secunda. min. probatur. Si est vera tertia propositio, cum exponibilis sit, copulativa illam exponens, erit vera; atqui copulativa exponens vera non est; ergo neque exponibilis. mai. constat, et probatur min. Propositio copulativa exponens, est hæc * Nunc Antichristus existit, et nunc æternitas existit, * Coexistentia enim duorum affirmat seorsim existentiam cuiusque; Sed hæc copulativa vera non est, cum prima Cathegorica sit falsa; ergo vera non est tertia prædicta propositio.

41 Sed contra, quia etiam hæc propositio * Nunc Antichristus existit in æternitate * copula uniente pro nunc æternitatis æquivalenti tempori futuro, est vera. Et ad probationem dico quod etiam est verum dicere * Nunc Antichristus coexistit æternitati * quia ad hoc sufficit quod illud Nunc, non sit Nunc huius temporis, sed Nunc æternitatis æquivalens tempori futuro. et ad probationem in contrarium dico quod si prima Chategorica, nempe hæc: * Nunc Antichristus existit * designat Nunc nostri temporis, in quo non existit Antichristus, est falsa; si vero non designet hoc nunc nostri temporis, et affirmet prædicta propositio quod Antichristus existit in æternitate, sive pro hoc nunc, in quo non est, sive pro alio nunc, in quo erit, tunc erit vera prædicta propositio, unde idem sonat ac si dicamus: in hoc nunc relative ad æternitatem Antichristus existit.

42 Replicabis: in hoc nunc etiam relative ad æternitatem Antichristus non existit in se; ergo in hoc nunc, etiam relative ad æternitatem non existit Antichristus. Antecedens probatur, et explicatur. quia si in hoc nunc etiam relative ad æternitatem Antichristus haberet esse in se, haberet

haberet etiam existentiam sibi intrinsecam; Sed Antichristus non habet in hoc nunc, etiam relative ad æternitatem existentiam sibi intrinsecam; ergo Antichristus in hoc nunc, etiam relative ad æternitatem, non existit in se. min. constat quia si Antichristus in hoc nunc, etiam relative ad æternitatem haberet existentiam sibi intrisecam, esset verum dicere quod ab æterno existit, & existunt omnia futura, quod est contra fidem; probatur ergo mai. quia implicat aliquid habere esse in se, & non habere existentiam sibi intrinsecam.

48

Sed contra, quia sicut est verum dicere, quod Antichristus existit nunc in æternitate, sive relative ad æternitatem, sic etiam est verum dicere quod habet esse in se, & existentiam sibi intrinsecam, non pro hoc nunc nostri temporis, sed relative ad æternitatem: sive, ut formalius loquar, est verum dicere quod Antichristus habet esse in se, & existentiam sibi intrinsecam, in hoc nunc; sed non pro hoc nunc, sed relative ad æternitatem.

49

Replicabis primo contra hanc solutionem: si est vera hæc propositio: * Antichristus habet existentiam sibi intrinsecam in hoc nunc, sed non pro hoc nunc sed relative ad æternitatem * Sequitur quod in æternitate detur aliqua virtualitas, cui non coexistat Antichristus; Sed hoc est falsum, si semel est verum quod Antichristus existit in æternitate ut in mensura aliena, ergo nostra solutio est chymerica, & implicationibus plena. sequella maioris patet, quia si est vera illa propositio, etiam erit vera hæc: * Antichristus non existit in æternitate. * secundum nempe quod æternitas correspondet huic nunc nostri temporis, ergo dabitur in æternitate aliqua virtualitas cui non coexistat Antichristus.

45

Iam ergo probatur min principalis. Si Antichristus existit in æternitate tamquam in mensura aliena, nequit non coexistere toti æternitati; Sed si coexistit toti æternitati nequit dari virtualitas cui non coexistat Antichristus; ergo si Antichristus existit in æternitate tamquam

in mensura aliena, nequit dari virtualitas cui non coexistat Antichristus: ergo si Antichristus existit in aeternitate, existit et non existit Antichristus in aeternitate. mai. est evidens nam cum aeternitas sit indivisibilis, et tota simul, nequit non coexistere toti aeternitati, si existit in aeternitate tamquam in mensura aliena. min vero probatur, eo ipso quod coexistat toti aeternitati coexistit aeternitati secundum quod aequivalet omnibus instantibus nostri temporis; ergo nequit dari virtualitas, cui non coexistat Antichristus. &c.

46 Sed contra quia licet aeternitas sit indivisibilis formaliter, habet tamen extensionem virtualem, secundum quam correspondet diversis instantibus temporis. proinde ergo potest unum futurum existere in aeternitate, secundum quod haec aequivalet propriae ipsius futuri durationi, secus vero secundum quod aequivalet aliis durationibus. &c.

a) Sed dices: ergo de hoc futuro. v.g. de Antichristo, nequit verificari, nunc est praesens in aeternitate, probatur consequentia, si posset haec propositio verificari maxime secundum quod aequivalet huic nunc nostri temporis, vel secundum quod aequivalet nunc durationis propriae Antichristi; sed nullo modo potest haec propositio verificari; ergo de Antichristo nequit verificari quod est praesens in aeternitate. Mai. constat; et min probatur: quia in primis nequit verificari existentia Antichristi in aeternitate secundum quod haec aequivalet huic nunc nostri temporis; Nunc enim praesens non est: alias, nec de aeternitate secundum quod aequivalet durationi propriae Antichristi; ergo nullo modo verificatur praedicta propositio. probo min, quo ad secundam partem, quia Antichristi existentia in aeternitate secundum quod aequivalet propriae Antichristi durationi praesens non est, sed futura ut patet, ergo nullo modo potest verificari quod Antichristus est praesens in aeternitate unde ut verificetur haec propositio, erit necessarium quod in aeternitate nulla detur virtualitas, cui non coexistat Antichristus.

Sed 3°

Sed contra, quia prædicta propositio verificatur de æternitate secundum quod æquivalet durationi propriæ Antichristi, et ad probationem in contrarium respondeo: quod talis duratio, non est futura æternitati sumptæ formaliter, seu realiter, sed pro ut sic est illi præsens; solum ergo talis duratio est futura æternitati virtualiter. idest, ipsi æternitati est futura secundum quod æternitas æquivalet alijs instantibus anterioribus durationi propriæ Antichristi: unde omnes æquivalentiæ quibus æternitas coexistit toti tempori nostro sunt præsentes æternitati sumptæ formaliter, et realiter, quia ratione suæ simultaneitatis, et suæ indivisibilitatis omnia ambit. 98

99 Sed dices eo ipso quod detur aliqua virtualitas, cui non coexistat Antichristus, licet coexistat toti æternitati formaliter, absolute non potest verificari hæc propositio: * Antichristus existit in æternitate * Secundum quod hæc correspondet durationi propriæ Antichristi. ergo falso asserimus illam propositionem absolute prolatam esse veram. ans probatur, quia Paternitas, ut distincta virtualiter ab Essentia, non communicatur Filio, etiam si identice, et realiter ipsi Filio communicetur, hæc propositio est falsa, * Paternitas communicatur Filio * ergo similiter si datur virtualitas in æternitate, cui non coexistat Antichristus, etiam si coexistat toti æternitati formaliter, et realiter, non verificabitur absolute hæc propositio: * Antichristus existit in æternitate, * sed ad summum cum addito, nempe secundum quod æternitas æquivalet durationi propriæ Antichristi. 50

Sed contra, quia est diversa ratio in uno, ac in alio casu, nam medio hoc nomine: Paternitas, significatur entitas divina, ut virtualiter distincta ab Essentia, proindeque distinctio virtualitatum, inter Paternitatem, et essentiam, quasi importatur signate; cæterum medio hoc nomine: æternitas, non significatur distinctio virtualitatum, seu æquivalentiarum, quibus æternitas æquivalet diversis instantibus, et diversis durationibus, unde quando in propositione absolute prolata, non importatur talis distinctio

propositio affirmativa absolute est vera: hac proinde hæc absolute est vera: * Antichristus existit in æternitate.* &c. Sed

52 dices. sicut in æternitate datur æquivalentia seu virtualitas correspondens durationi propriæ Antichristi qua ratione dicimus esse veram hanc propositionem: * Antichristus existit in æternitate.* ita similiter in ipsa æternitate datur virtualitas seu æquivalentia correspondens huic nunc nostri temporis, in quo non existit Antichristus. Nunc sic, sed ob primam virtualitatem, & æquivalentiam absolute, & sine addito est est vera hæc propositio: * Antichristus existit præsens physice in æternitate,* &c. similiter, ob secundam virtualitatem, & æquivalentiam erit etiam vera hæc propositio absolute, & sine addito * Antichristus non existit præsens physice in æternitate,* Nunc sic ulterius, Sed hoc est impossibile, alias verificarentur duæ propositiones contradictoriæ, ut consideranti patebit; &c. falsum est dicere esse veram prædictam propositionem sine addito. &c. Sed

52 Contra, & nego consequentiam, & min subsumptam, & reddo disparitatem, quæ sumitur ex natura propositionis affirmativæ, & negativæ, nam ut dicitur in Dialectica, Negatio est malignantis naturæ, & quidquid post se invenit, destruit, & reddit oppositum sensum; proinde &c. ut propositio illa negativa esset vera, erat necessarium quod nulla virtualitas, esset in æternitate, in qua existeret Antichristus, & cum hoc sit falsum, nam, ut vidimus, est una virtualitas, in qua existit Antichristus, inde est, quod propositio negativa non est vera, nisi apponatur additum diminuens, & restringens; secus autem accidit in propositione affirmativa, ob diversam rationem &c.

53 Sed 2° iterum dices, &c. Saltim est verum dicere dari aliquam formalitatem in æternitate, cui non coexistit Antichristus, proindeque erit verum dicere non coexistere æternitati, cum eo ipso quod non coexistat alicui formalitati nulli coexistere debeat, prima consequentia probatur, quia iuxta Solutionem datam Antichr

Antichristus non existit æternitati secundum quod hæc æquivalet huic nunc nostri temporis respectu cuius Antichristus est futurus; sed virtualitas seu æquivalentia æternitatis secundum quod hæc æquivalet huic nunc nostri temporis, est aliqua formalitas æternitatis; ergo in æternitate est aliqua formalitas, cui non coexistat Antichristus, proindeque æternitas non erit unum attributum adæquate sumptum, sed multiplex. 54

Sed contra, quia si daretur aliqua formalitas, cui non coexisteret Antichristus, erat necessarium quod in æternitate virtualitas secundum quam correspondet huic nunc nostri temporis, & virtualitas secundum quam correspondet nunc durationis propriæ Antichristi, essent hæ virtualitates tales virtualiter adæquate distinctæ, sicut sunt Paternitas, & essentia v.g. unde cum non sint virtualiter adæquate distinctæ, sed inadæquate, & solum penes nostrum modum imperfectum cognoscendi, nam pertinent ad eamdem indivisibilem lineam, inde est, quod illæ non sunt diversæ formalitates, sed una, & eadem, unde negatur consequentia. 55

Et instatur in Omnipotentia, Scientia, & in omni alio attributo, nam licet in Omnipotentia v.g. detur virtualitas secundum quam producit hominem vel Angelum, & virtualitas secundum quam producit equum, tamen hæ non sunt duæ formalitates, sed una, & eadem. 56

Rursus Scientia Dei secundum unam virtualitatem comprehendit Angelum, & secundum aliam hominem, & tamen non sunt duæ formalitates. 57

Similiter Iustitia, secundum unam virtualitatem præmiat unum, & secundum aliam alium, sicut & secundum unam virtualitatem, punit unum, & secundum aliam alium. 58

Quod & patet in Misericordia, quæ secundum unam virtualitatem

sublebat miseriam unius; & secundum aliam, alterius, & tamen in nullo casu sunt duæ formalitates diversæ, ergo similiter theologizare debemus in æternitate. Sed

59 dices: Hæc propositio est falsa: * Omnipotentia ut continet Angelum continet hominem, * & similiter hæc est falsa, * Scientia Dei, ut comprehendit Angelum comprehendit hominem. * ergo etiam hæc est falsa * Æternitas, ut correspondet huic nunc nostri temporis, in quo Antichristus est futurus, correspondet Antichristo. * nunc sic: Sed si hæc prædicta propositio est falsa datur in æternitate formalitas, & formalitas; ergo verificatur quod datur aliqua formalitas in æternitate, cui non coexistit Antichristus.

60 Prima consequentia ex paritate deducitur min. subsumpta probatur, quia modus dignoscendi in Deo formalitatum diversitatem, est penes verificationem propositionum contradictoriarum: implicat enim quod duæ propositiones contradictoriæ verificentur de eodem secundum eamdem formalitatem; sed si prædicta propositio est falsa verificantur duæ propositiones de æternitate; ergo ut contradictoriæ non sint debent verificari de illa secundum diversam formalitatem, proinde dabitur in æternitate formalitas, & formalitas.

61 Mai. patet, & min. probatur. nam hæ propositiones sunt contradictoriæ, * æternitas, ut correspondet huic nunc nostri temporis, correspondet Antichristo = æternitas, ut correspondet huic nunc nostri temporis, non correspondet Antichristo: * ergo signum est quod una ex his duabus propositionibus est vera: nempe negativa, & alia falsa, nempe affirmativa, ac proinde formalitas secundum quam correspondet huic nunc nostri temporis est diversa, a formalitate secundum quam non correspondet huic nunc nostri temporis.

Sed

Sed contra. Et dist. primum ans. Omnipotentia ut continet Angelum, non continet hominem, est falsa; dist. ly ut cadente supra rectum, neg. ly ut cadente supra obliquum conc. Si ergo Omnipotentia consideratur secundum rectum, eadem formalitas secundum quam continet unam creaturam, continet aliam. Et idem proportionabiliter dicimus de alijs attributis. Unde similiter dist. conseq. ergo haec etiam est falsa Aeternitas, ut correspondens huic nunc nostri temporis, correspondet Antichristo, ly ut cadente supra rectum aeternitatis nego; cadente supra obliquum concedo. 62

Cum enim Omnipotentia, Scientia, Iustitia, Misericordia, et similiter Aeternitas sint attributa in sua linea indivisibilia entitative, et formaliter, eadem formalitas, quae quoad rectum continet unum effectum creatum, est quae continet, et alium, licet quo ad obliquum detur aliqua distinctio, quia haec distinctio quo ad obliquum solum arguit, quod ipsa obliqua seu ipsi effectus inter se distinguantur quod necessario fatendum est. 63

Replicabis secundo contra solutionem traditam n. 43 principali replicae, quia si haec praedicta propositio, scilicet ista, est vera: * Antichristus in hoc nunc, sed non pro hoc nunc, sed relative ad aeternitatem habet existentiam sibi intrinsecam * erit etiam vera haec propositio: * Deus creat in aeternitate, * Sed hoc est falsum; ergo etiam est falsa iacta propositio. probatur sequella maioris, probanda postea min, et probatur sequella primo, quia ideo prima propositio est vera, quia iuxta nostram doctrinam, quidquid in tempore geritur, in aeternitate continetur ratione suae infinitae durationis, quia omnia tempora ambit, circumscribit, et continet; sed etiam Deus in tempore creat; ergo etiam erit verum dicere quod Creatio, quae in tempore fit in aeternitate continetur, et exercetur. 64

Rursus secundo probatur sequella, quia si 65

prima propositio est vera, etiam verificabitur existentia actionis necessariæ ad existentiam, et verificationem primæ propositionis, ut evidenter patet. Sicut quilibet effectus indiget, ut verificetur sui ipsius existentia, quod verificetur existentia actionis necessariæ ad sui ipsius existentiam; nunc sic, sed quodlibet futurum indiget necessario actione Dei creativa, ad sui existentiam; cum esse cuiuslibet effectus sit creatum a Deo; ergo si est verum dicere: * Antichristus in hoc nunc, sed non pro hoc nunc, sed relative ad æternitatem habet existentiam sibi intrinsecam*, etiam erit verum dicere: * Deus creat in æternitate * etc.

66 Iam ergo probatur min principalis syllogismi, quam probandam reliqui, primo quia si creatio esset in æternitate creaturæ haberent esse ab æterno; sed de Fide est creaturas non habere esse ab æterno; ergo falsum est dicere quod creatio est in æternitate etc.

67 Secundo probatur eadem min: quia ut sit vera hæc propositio * Deus creat in æternitate,* debet etiam verum esse quod in æternitate creaturæ transeunt de non esse, ad esse; sed in æternitate implicat transitus de non esse ad esse; ergo implicat quod verificetur hæc propositio*: Deus creat in æternitate. mai. videtur certa, cum creatio sit transitus de non esse ad esse, min. vero probatur. quia in æternitate, cum sit tota simul, et perfecta possessio adunarentur simul esse, et non esse, respectu eius dem, sed hoc implicat, ut per se patet, ergo implicat quod in æternitate detur transitus de non esse ad esse.

68 etc. Respondeo distinguendo sequellam: esset vera hæc propositio:* Deus creat in æternitate,* tamquam in mensura propria nego sequellam; tamquam in mensura aliena, et superiori, concedo sequellam. Itaque sicut est verum dicere quod Antichristus est, et existit in æternitate non tamquam in mensura propria, sed tamquam in mensura aliena

aliena, et superiori, ita similiter est verum dicere, quod Creatio est in æternitate, non tamquam in propria mensura, alias ab æterno Deus crearet, sed solum in æternitate tamquam in mensura aliena, et superiori. 69

Vnde ad primam probationem minoris subsumptæ, quatenus huic solutioni obstare potest, respondeo, quod ut sequatur quod creaturæ haberent esse ab æterno erat necessarium quod creatio esset in æternitate tamquam in mensura propria, quod cum non verificetur, inde est quod non infertur quod creaturæ habeant esse ab æterno. 70

Ad secundam probationem minoris subsumptæ respondeo similiter asserendo, quod creaturæ etiam transeunt in æternitate de non esse ad esse, in æternitate scilicet ut in mensura aliena, et superiori, quatenus nempe æternitas mensura aliena, et superior est, et ut se extendit ratione suæ infinitudinis ad differentiam temporis, in quo existit hic transitus; Vnde dicimus ad minorem, quod in æternitate solum implicat transitus de non esse ad esse, quando transitus mensuratur æternitate, tamquam mensura propria, tunc casus si daretur hic transitus, essent simul esse, et non esse, ut recte convincit argumentum, quia cum æternitas sit tota simul ratione huius simultatis, adunaret terminum, a quo, et ad quem, quod implicat. 71

Cæterum si creatio esset in æternitate, tamquam in mensura propria taliter, quod aliqua creatura esset ab æterno creata, quod absolute potuit esse, tunc casus non daretur transitus de non esse ad esse; quando enim dicitur quod de conceptu creationis, est transitus de non esse ad esse, intelligitur de creatione; quæ fit in tempore, seu ut formalius loquar de conceptu essentiali, et Metaphysico creationis non est transitus de non esse ad esse, seu non requiritur essentialiter quod detur esse post non esse; si enim Deus, ut potuit,

aliquid creasset ab æterno nullatenus intelligeretur illa creatura aliquando absque esse, seu sub non esse, alias præcessisset infinita duratio, in qua non haberet esse, proinde esset, et non esset creata ab æterno. Solum ergo est conceptu metaphysico, et essentiali creationis habere esse ex nihillo: ad quod non requiritur quod nihillum supponatur prius existens, cum enim nihillum nihil sit non exigit existentiam, unde quam optime potest intelligi quod Deus creasset ab æterno ex nihillo aliquid, quin ex hoc cogamur concedere transitum de non esse ad esse.

12 Sed dices: si est verum dicere Deus creat in æternitate tamquam in mensura superiori, et aliena, etiam erit verum dicere quod denominatio Creatoris, convenit Deo ab æterno; sequela probatur quia denominatio Creatoris consequitur ad actionem creativam; ergo si ab æterno existit actio creativa in æternitate, licet tamquam in mensura aliena, et superiori, ab æterno conveniet Deo denominatio Creatoris. Sed hoc est falsum, ut docet D. Thomas, in hac 1. p. alias etiam existerent ab æterno respectus rationis, qui ad istam denominationem consequuntur, quod etiam iuxta D. Thomam est falsum; ergo falsum est dicere quod Deus creat in æternitate tamquam in mensura superiori, et aliena.

13 Huic replicæ renuit concedere SS. M. Ferre, in hac 1. p. q. 10. n. 589. quod existat in æternitate denominatio creatoris, neque respectus rationis, qui ad istam denominationem consequuntur, nam inquit hic. SS. M. quod hæc denominatio solum consequitur ad actionem creativam, ut in propria mensura, non vero ad illam tamquam in mensura aliena.

14 Sed mihi non placet hæc solutio, quia alias aliquod futurum existens realiter in tempore tamquam in mensura propria, non existeret in æternitate, quæ est propositio contradictoria suæ, et nostræ conclusioni. Sequella probatur, quia talis denominatio Creatoris

Creatoris futura erat, ante quam existeret in sua propria duratione, nempe futura erat ex vi decreti. Et nunc est præsens, habensque proinde existentiam realem, in hac differentia temporis, ergo debet existere physice præsens in æternitate, si vera est nostra, et huius SS. M. conclusio. >5

Unde ad replicam respondeo, dist. conseq. denominatio Creatoris existeret in æternitate, tamquam in mensura propria, neg. tamquam in mensura aliena conc. quod nullo modo est contra D. Thomam. D. Thomas enim, solum asserit quod denominatio creatoris non convenit Deo ab æterno, seu æternaliter, proindeque non convenit Deo in æternitate tamquam in mensura propria, et idem dicimus de respectibus rationis, sicut enim ens rationis existit in tempore, ut efformatur ab intellectu creato, ita idem ens rationis, et intellectus creatus, illud efformans, existunt in æternitate tamquam in mensura superiori, et aliena, quod nullo modo est contra D. Thomam, sed iuxta ipsum. >6

Replicabis tertio contra solutionem traditam n. 43. replicæ principali, quia si est verum dicere: * Antichristus existit physice et realiter præsens in æternitate, in hoc nunc. Sed non pro hoc nunc, sed relative ad æternitatem * ergo Antichristus habet in hoc nunc esse proprium, licet non pro hoc nunc sed relative ad æternitatem; sive ergo Antichristus habet in hoc nunc esse proprium in æternitate, consequentia probatur, nam si Antichristus existit in æternitate, debet esse per suum esse proprium; alias esset per esse alienum, quod est chymera: nunc sic: habet Antichristus in æternitate esse proprium; ergo in se est passive immutatus, in æternitate, ergo temporalis non est sed æternus. >8

Respondetur communiter asserendo: Antichristum, seu quodlibet aliud futurum habere esse proprium in æternitate sed non tamquam in propria mensura, sed ut tractum, et elevatum ad mensuram superiorem,

qualis est æternitas, unde in æternitate existunt futura, secundum suum esse proprium, & creatum, & prout est extra Deum, & non solum quatenus sunt ipsa creatrix essentia, seu ipsa Omnipotentia; cæterum hoc esse non est in æternitate, tamquam in propria mensura, & duratione, sed ut in superiori, & aliena.

79 Sed replicabis contra hoc adhuc: ergo iam in se sunt creaturæ productæ, & immutatæ, probatur consequentia, quia alias, si in se non essent productæ, & immutatæ solum existerent in æternitate secundum quod continentur in actione Dei; nunsic: sed in æternitate sunt, & existunt ut in se passivæ productæ, & immutatæ, ergo ita æternæ sunt omnes creaturæ, ut Deus.

80 Huic replicæ respondet **M. Ioannes a Sancto Thoma** in hac q. 10. ar. 3. § nihillominus oportet.* asserendo quod creaturæ non existunt in æternitate, neque ab illa mensurantur, ut productæ & in se passive immutatæ, sed præcise prout continentur in actione divina, a qua attinguntur, & respiciuntur, ut eius terminus; unde asserit quod esse creatum debet considerari dupliciter, vel prout est virtualiter intra Deum, qua ratione est ipse Deus, seu ipsa Omnipotentia creatrix, vel potest considerari, prout attingitur per actionem Dei; asserit que quod esse creatum primo modo inspectum non dicitur quod existit in æternitate, cæterum secundo modo consideratum adhuc inspici potest dupliciter, primo quatenus est in se passive immutatum, & productum, secundo ut præcise est terminus connotatus, & respectus ab ipsa Dei actione æterna, & concludit quod esse creatum existit physice in æternitate, tamquam in aliena mensura, non secundum quod consideratur passive productum, & immutatum, sed secundum quod præcise est terminus connotatus ab ipsa Dei actione æterna.

81 Quod assumptum suadet ex discrimine inter actionem Dei ex una parte reperto, & inter causarum secundarum actionem ex alia: nam cum actio Dei, æternitate mensuretur licet sit æterna

habet

habet tamen effectum temporalem; secus vero in cæterarum causarum actionibus contingit, quia hæ, statim atque ponuntur, ponitur & terminus, ut in se passive productus, & immutatus. 82

Ad quod suadendum adducit D. Thomam q. 1. de Potent. ar. 1. ad 8. ubi Sanctus Doctor ait: *Potentia Dei semper est coniuncta operationi, sed effectus sequuntur secundum imperium voluntatis, unde non oportet quod semper sit coniuncta effectui, sicut nec quod creaturæ fuerint ab æterno.* 83

Et si instes, contra hanc doctrinam quod res, ut connotatæ ab actione, & non dum ut in se productæ, non intelliguntur habere esse in se ipsis, sed solum intra causas, proindeque non videtur posse intelligi quod existant in æternitate. 84

Respondet quod ut sic, non dum intelliguntur habere esse extra causas in propria mensura; secus vero in aliena. 85

Ast mihi non placet hæc doctrina, unde contra illam sic primo insurgo quia inintelligibile est quod existant in æternitate creaturæ non solum secundum esse, quod habent intra Deum, sed etiam secundum illud, quod habent extra ipsum Deum, & quod alias non sint in se passive productæ, quod probatur, quia illud esse quod habent extra Deum, quatenus nempe attinguntur actione Dei æterna non est esse increatum, sed creatum, proinde que productum & immutatum. 86

Neque ex hoc licet inferre aliquod esse creatum esse æternum, seu ab æterno. Non inquam hoc licet inferre, quia illud esse creatum, quod habent in se passive productum non est in æternitate tamquam in mensura, & duratione propria, sed aliena, & superiori. 87

Neque ad hoc conducit doctrina, quam in sui favorem adducit ex discrimine actionis divinæ, &

temporalis, nam licet dicatur, & verum sit, quod habet actio Dei æterna effectum temporalem, hoc intelligendum est, si consideretur effectus in sua propria mensura, & durratione; namque si effectus actionis divinæ consideretur in aliena mensura, & duratione, sic ab æterno est coniunctus cum sua actione productiva, ipsique physice, & realiter præsens, quod, ut iam diximus, intelligendum est, non quia res temporalis extendatur ad æternitatem, sed quia æternitas extenditur ad omne tempus.

88 Secundo sic insurgo contra prædictam doctrinam, quia alias aliquod futurum non existeret physice, & realiter in æternitate, quæ propositio est contradictoria suæ, & nostræ conclusioni, sequella probatur, nam ipsa passiva rei productio, & immutatio, in tempore existens, aliquod futurum est, si consideretur ante sui existentiam in propria mensura; sed iuxta illam doctrinam, illud futurum, prout sic, in æternitate non existit; ergo ex prædicta doctrina sequitur quod aliquod futurum non existit physice in æternitate.

89 Sed replicabis. ergo actio Dei æterna productiva creaturarum, semper est coniuncta cum suo effectu, probatur consequentia, quia effectus, ut in se passive productus, & immutatus, in æternitate existit, ergo semper talis effectus est cum sua actione productiva coniunctus: nunc sic, sed hoc est falsum; ergo nostra doctrina sustineri nequit, subsumpta probatur. Primo quia alias effectus æternus esset, si semper ut immutatus passive esset coniunctus cum sui actione productiva. sequella patet cum actio productiva effectus æterna sit.

90 Secundo quia iuxta D. Thomam loco citato ex q. 1. de Potent. actio Dei non semper est coniuncta cum suo effectu.

91 Sed contra, & dist. primum consequens. ergo actio Dei æterna productiva

productiva creaturarum semper est coniuncta cum suo effectu, si ly semper dicit durationem effectus propriam nego consequentiam, si ly semper dicit durationem alienam respectu effectus concedo consequentiam.

92 Ad primam probationem respondeo distinguendo eodem modo sequellam, esset æternus effectus si semper et immutatus passive esset coniunctus cum sui actione productiva, si ly semper diceret durationem propriam, concedo sequellam; si diceret, ut dicit durationem alienam, et superiorem, nego sequellam,

93 Et per hoc patet ad secundam probationem contra istam doctrinam factam, ex D. Thoma, actio Dei non semper est coniuncta cum suo effectu, ly semper dicente durationem effectus propriam conc. ant., dicente durationem alienam, et superiorem nego antecedens.

§. V.

Suadetur conclusio ratione desumpta ex conceptu mensuræ.

99 Vidimus §. præcedenti nostram conclusionem stabilitam ratione desumpta ex conceptu durationis, qui quidem conceptus explicite importatur in æternitate, nunc autem ipsam nostram conclusionem suadere conabimur ratione desumpta ex conceptu mensuræ, qui etiam explicite importatur in æternitate, unde sic efformatur ratio.

95 Perfectio infinita alicuius lineæ, ut iam antea dicebamus, debet in se adunate continere omnes perfectiones illius lineæ: Sed æternitas est mensura infinita divini esse, et durationis divinæ, et infinitæ, ergo debet in se adunate continere omnes perfectiones ad lineam mensuræ pertinentes. Hic Syllogismus, ut iacet, evidens est. nunc sic, Sed ad perfectionem mensuræ pertinet uniformitas in mensurando; ergo æternitas mensurat cum summa, et infinita uniformitate omnes durationes creatas. Nunc sic ulterius, Sed si successive mensuriat durationes inferiores, non resplendet in æternitate summa, et infinita uniformitas in mensurando, ergo æternitas simul mensura omnes durationes inferiores.

96 Prima min. subsumpta, constat ex deffinitione ipsius æternitatis, in qua taliter continetur uniformitas in mensurando, ut debeat in se adunare et habere totam simul, et perfectam possessionem rei mensuratæ; consequentia, ex min. subsumpta, et ex priore syllogismo optime infertur, unde solum probanda restat secunda min. subsumpta. et probatur sic.

97 Nam si æternitas successive mensurat durationes inferiores etiam si successio se habeat ex parte rei mensuratæ, non continet, nec possidet æternitas simul, et perfecte rem mensuratam, ut videre licet in ulna replicante, et multiplicante mensurationes, quæ non dicitur perfecte possidere pannum, v.g. ergo si æternitas successive mensurat durationes inferiores non resplendet in æternitate summa, et infinita uniformitas, in mensurando.

98 Sed dices, quod ad perfectionem mensuræ solum expectat summa, et infinita uniformitas, uniformitate se tenente, ex parte sui, sive ex parte recti; cæterum non exigitur uniformitas se tenens ex parte rerum mensuratarum; seu ex parte obliqui,

obliqui; sicuti, ad hoc ut verificetur in Deo summa, et infinita Immutabilitas, sufficit quod hæc se teneat ex parte Dei; non vero requiritur quod creaturæ sint immutabiles.

99

Sed contra, quia hæc imaginatio pendet ex non intelligentia naturæ, et essentiæ æternitatis, quæ ex suo conceptu exigit perfecte, simul, et adunate possidere totum quod mensurat; proindeque ex quocumque capite detur successio, aufertur hæc summa, et infinita uniformitas, in mensurando, ut patet, et comprobatur exemplo arboris in medio fluminis fixæ, licet enim arbor hæc mensuret decurrentem aquam immutabiliter ex parte sui, quia tamen datur successio ex parte decurrentium aquarum, quatenus ipsas decurrentes non possidet simul, non perfecte mensurat aquas; ergo similiter æternitas Dei licet in se infinitam uniformitatem habeat, si tamen successive, etiam successione se tenente ex parte rerum mensuratarum mensurat durationes creatas, non perfecte, et simul illas non possidebit.

§. VI.

Paritas de Immensitate proponitur.

100

Dices, non minus est de ratione ~~info~~ Immensitatis infinitudo, indivisibilitas, et uniformitas in replendo locum, seu in existendo ubique, quam de ratione Æternitatis est infinitudo, indivisibilitas, et uniformitas in mensurando. Sed Immensitas Dei cum locis futuris non coexistit, sive Deus non existit in locis futuris ratione Immensitatis; ergo similiter Æternitas Dei etiam si sit infinita in mensurando, et summe uniformis, et indivisibilis non ex hoc debet inferri quod coexistit rebus futuris.

101 Confirmatur, & explicatur amplius, eodem modo comparatur Immensitas respectu loci, ac comparatur Æternitas respectu durationis creatæ: utraque enim extrinsice comparatur ad creaturas; Sed Immensitas Dei, non obstante sua infinitudine, non coexistit locis futuris, sed eorum successionem expectat; & similiter Æternitas Dei non coexistit rebus futuris, sed eorum successionem expectabit.

§. VII.

Duæ solutiones adhibentur.

102 Huic replicæ duplicem solutionem communiter adhibent nostri Thomistæ, primo respondent concedendo maiorem & min. & negando consequentiam, & reddunt disparitatem desumptam ex natura, & essentia Immensitatis, contrapositive ad essentiam, & naturam Æternitatis, nam Immensitas ex sua ratione formali, & ex suo metaphysico conceptu non dicit durationem, neque illam mensurat, unde non extenditur ad durationis differentias, nempe ad præteritum, & futurum, sed solum coexistit ex se locis præsentibus, &c.

103 Unde Immensitas ex se solum, asserunt, quod est mensura quantitatis continuæ permanentis, sive, quod idem est, solum Immensitas ponit Deum præsentem omnibus locis, quæ sunt, sive facit quod Deus mediante illa sit ubique, de cuius ratione non est extendi ad futurum ut tale, vel ad præteritum ut tale quia inquiunt immensitas non est infinita, in genere durationis, sicut ex se non est infinita in alijs lineis, ut puta, in linea intelligendi, volendi, Omnipotentiæ, Iustitiæ, Misericordiæ, & aliarum.

Cæterum

Cæterum æternitas cum ex se infinita sit in genere durationis, idcirco ex se extenditur ad præteritum, & futurum, quæ sunt differentiæ propriæ durationis, proindeque ipsa ut præsentia physice continet. 104

Secundo respondent communiter reddendo aliam rationem disparitatis, nempe quia Immensitas solum est respectu creaturarum extremum coexistentiæ; non autem est ratio illas continendi quia ut constat non dicuntur creaturæ existere in Immensitate, sed potius econtra Deus dicitur esse increatus, ut in locis ratione suæ immensitatis, (præscindimus pro nunc utrum Deus sit in locis per operationem, ut distinctam ab Immensitate, vel sit per ipsam Immensitatem) 105 106

E contra vero accidit æternitati, nam æternitas non solum est extremum coexistentiæ creaturarum, sed etiam est mensura, in qua continentur creaturæ, & in qua Deo physice coexistunt, quapropter creaturæ, quæ physice in se non existunt, ut in propria mensura, dicuntur physice existere in æternitate, tamquam in mensura superiori & universali. 107

Et per hoc patet ad confirmationem, respondent enim distinguendo mai. eodem modo comparatur Immensitas, ac Æternitas respectu creaturarum, sicut, & eodem modo neg. sicut, & diverso modo conc. & concessa min. neg. conseq. quæ diversitas iam manet assignata in prædicta solutione. 108

§. VIII.

Reijciuntur.

108 Ast mihi non placet hæc communis solutio. unde contra illam sic insurgo: quia implicat Deum non esse ubicative in locis, quibus coexistit physice, & realiter durative; inintelligibile enim videtur, quod detur aliquid physicum, verum, & realiter præsens Deo, cui Deus proinde physice, durative coexistit, & quod alias Deus non coexistat illi ubicative, etenim implicat aliqua creatura physice, & realiter præsens, cui Deus ubicative, & durative non coexistat; Sed iuxta prædictam Thomistarum sententiam, Deus coexistit rebus futuris, proindeque, & locis, alias si non coexisteret locis iam aliquod futurum esset, quod Deus in sua æternitate non contineret; ergo est in locis futuris per suam Immensitatem.

109 Explicatur amplius hoc assumptum, quia Deus sua Æternitate trahit ad se omnia futura, ea que sibi facit realiter, & physice præsentia, proinde quæ futura, que talia sunt respectu durationis propriæ, scilicet, hodiernæ, v.g. iam sunt præsentia in æternitate; sed implicat aliquam creaturam esse præsentem, cui proinde Deus coexistat durative, cui etiam Deus non coexistat ubicative, ergo Deus futuris locis, quæ iam in æternitate, futura non sunt, sed præsentia, physice, & realiter, coexistit ubicative, per suam Immensitatem.

110. Ulterius implicat quod in hoc nunc detur locus verus, & realis, cui Deus non coexistat ubicative, alias Deus non esset ubique, ergo similiter implicat, quod detur locus futurus respectu durationis hodiernæ, v.g. & proinde Deo physice præsens in æternitate, cui Deus vere, & realiter non coexistat ubicative. antecedens a nemine negatur, probatur ergo consequentia; ideo implicat quod in hoc nunc detur locus verus, & realis, cui Deus non coexistat ubicative, quia talis locus vere, & realiter præsens est, & Deus existit ubicative in omni loco, vero, & reali physice præsenti; Sed etiam locus, qui respectu durationis hodiernæ futurus est,] præsens est

physice

physice in aeternitate Deo est, vere, utique & realiter ut pro nunc certum supponimus, & thomistae, contra quos in hoc puncto, etiam idem nobis cum, fatentur, ergo Deus est, & coexistit ubicative illis locis futuris, in se, & respectu durationis hodiernae, quia praesentia sunt physice in Aeternitate. 111

Forsitam dices, quod Deus ideo coexistit per suam Immensitatem ubicative locis quae respectu huius nunc praesentia sunt, quia praesentia sunt in propria mensura, & duratione, caeterum alia loca futura in se, & respectu durationis hodiernae, & si praesentia sint in aeternitate, tamen praesentia non sunt in sua propria mensura, & duratione, proinde ergo non debet inferri quod Deus coexistat illis ubicative. 112

Sed contra, etiam si loca futura non sint praesentia in se, & in sua propria duratione, & mensura, tamen ut omnes Thomistae fatentur sunt praesentia in aeternitate; nunc sic, sed hoc quod est esse aliquid praesens in aeternitate non diminuit aliquid de veritate, & realitate praesentialitatis, alias non diceretur vere: futura sunt vere, & realiter in aeternitate. ergo Deus coexistit cum illis ubicative. 113

Praeterea, rebus futuris in se, & praesentibus in aeternitate, coexistit Deus, ut Trinus, ut Omnipotens, ut Iustus, ut Misericors, & ut ambiens omnem plenitudinem essendi; implicat enim alicui durationi coexistere, & non coexistere cum suis attributis, perfectionibus, & personalitatibus; ergo coexistit ut Immensus. consequentia patet, quia Deus nullo modo coexistere potest absque aliquo attributo, & antecedens, praeter quam quod est omnino certum, iam inter proponendum manet probatum, quia implicat Deum durare aliqua duratione, & quod in ea non duret ut Trinus, Omnipotens, & ut est pelagus essendi cum omni perfectione; sed Deus sua aeternitate ambit durationem hodiernam, praeteritam, & futuram, & ut praesentia omnia continet ergo Deus in duratione quae res-

pectu nostri, est futura, durat praesentialiter. Ut Immensus Nunc sic, Sed de ratione Immensitatis est coexistere rebus quibus coexistit durative, ergo Immensitas Dei est in locis futuris, quatenus praesentia sunt in aeternitate.

1. 1 4

Urgentius suadetur assumptum. quia ut futura existant physice in aeternitate, ut vidimus, et ut fatentur fere omnes Thomistae, requiritur quod sint producta, et creata in aeternitate, ut in mensura superiori, et aliena, proindeque ipsa futura in se immutata passive, et producta, existunt in aeternitate tamquam in aliena mensura, alias, ut supra arguebamus aliquod futurum non existeret in aeternitate, nempe ipsa passiva futurorum immutatio; Nunc sic, Sed modus existendi Dei in rebus iuxta Thomistarum communem sententiam, est per operationem qua Deus creaturis esse tribuit; ergo si ipsa actio Dei aeterna in se, et temporalis terminative, etiam ut temporalis est terminative, existit in aeternitate tamquam in superiori, et aliena mensura, infertur necessario, Immensitatem attingere omnia quae in aeternitate physice, et realiter praesentia continentur, cumque ibi physice, et realiter loca futura contineantur praesentia, Immensitas coexistet necessario illis ubicative.

1. 1 5

Ulterius, si futura existunt physice in aeternitate Deus est praesens illis per Essentiam praesentiam, et potentiam, Sed eo ipso est in illis ubicative, per Immensitatem, ergo Deus existit in locis futuris per suam Immensitatem. mai. videtur certa, quia si futura existunt physice in aeternitate, physice habent esse in aeternitate; Sed eo ipso est illis Deus praesens per essentiam praesentiam, et potentiam, cum modus essendi Dei per Essentiam sit per suam operationem, qua rebus tribuit esse, ergo Deus est praesens futuris existentibus in Aeternitate per essentiam, praesentiam, et potentiam. probatur ergo min. quia modus essendi Dei ubicative in rebus, est per suam operationem, ut pro nunc supponimus, et

nostri

nostri Thomistæ, contra quos in præsenti fatentur, ergo Deus est ubicative in locis futuris, quatenus nempe sunt præsentia in æternitate.

116

Rursus, et urgentissime, argumentor contra thomistas in hoc puncto dissentientes, quia si Deus non coexistit physice ubicative locis futuris per suam immensitatem sicut coexistit durative per æternitatem rebus futuris, sequitur idem inconveniens, quod thomistæ intendunt vitare, et nos postea, vitare conabimur. Nempe postea adducemus ad probandum ulterius futura existere physice et realiter præsentia in æternitate inconveniens quod ~~[illegible] [illegible] [illegible]~~ ex negata futurorum in æternitate existentia, infert Aug. lib. 11. de civit. Dei. cap. 21.= et lib. 2. ad simplicianum q. 2.= infert ergo D. Aug. ut postea videbimus quod si futura non existunt in æternitate sequitur quod Deus bis idem sciret seu duplex iudicium formaret, de eadem re. hoc, inquam, inconveniens sequitur si Deus non coexistit ubicative per Immensitatem locis futuris.

117

Probatur ergo, et explicatur maioris sequella, quia. Hoc iudicium prolatum, ab æterno a Deo * Existo in loco futuro:* est diversum ab hoc*: Existam in loco futuro.* ergo unum illorum est verum; utraque enim vera simul esse nequeunt, ut per se patet si nos proferimus illa, ex diversitate enim proferentis, non variatur veritas iudicij. Sed hæc attenditur penes obiectum prolatum. ut dicitur in Methaphysica, Nunc sic, demus quod est verum secundum iudicium, ut tibi videris, etenim per illud sicut affirmatur, seu supponitur existentia loci, ut futura, affirmatur etiam existentia Dei, coexistentis cum loco, ut futura, Nunc Ulterius sic argumentor. demus casum quod ille locus, qui alias erat futurus, nempe ante sui existentiam in propria mensura iam non sit futurus, sed ad statum præsentialitatis transeat, ut necessario est permeandus, tunc casus iam falso

Deus dicet *Existam in loco futuro.* Sed solum vere proferret, si dicit: *Existo in loco, qui antea erat futurus,* ergo incipit in Deo hoc iudicium de novo, ac proinde habebit novam scientiam, & novam cognitionem, quod est Chymera.

118 Explicatur hoc amplius. Nunc, in hac nempe duratione hodierna dicit Deus vere, seu vere profert hoc iudicium: *Existo in hoc loco, ubicative, v.g. Salmanticæ, mediante Immensitate.* ergo vel hoc iudicium fuit verum ab æterno sic prolatum de præsenti, vel non? Si fuit verum ergo est quia existit Deus ubicative, per suam Immensitatem in locis futuris, non quatenus futura sunt, sed quia præsentia sunt in æternitate; si non fuit verum ab æterno illud iudicium, ergo quando Deus incepit existere ubicative in locis in quibus antea non erat, format aliud iudicium de novo, quod est ipsum inconveniens allatum ab Aug. & quod Thomistæ intendunt vitare quando hac ratione, quam postea ponderabimus, stunner ad probandum futura existere physice & realiter præsentia in Æternitate.

§. IX.

Huius occasione aperitur iudicium.

119 Ita valide mihi videntur rationes efformatæ, ut mihi relinquenda, & deserenda veniat communis Thomistarum solutio, quæ in §. 7 continetur, & tribuitur replicæ factæ n. 100. & 101. unde constanter assero Immensitatem Dei ipsum constituere ubicative in locis, quæ respectu propriæ mensuræ futura sunt, non quatenus præcise futura sunt, sed quatenus Deo præsentia sunt in æternitate: Deo enim nihil est futurum.

futurum, sed omnia præsentia sunt. 120

Itaque dicimus: Deum existere ubicative per suam Immensitatem in locis futuris, non quia ipsa Immensitas ex sua ratione habeat locum futurum præsentem constituere, sed quia locus ipse futurus, qui ratione Æternitatis Deo ut præsens coexistit, in ipsa Æternitate, ut in mensura superiori, & aliena, repletur a Deo sua Immensitate, proindeque, non quatenus futurus, sed ut præsens est in Æternitate.

121 Vnde aliud est quod Immensitas faciat ex se locum futurum præsentem, ut in illo ubicative existat; aliud quod Immensitas ubicative existat, in locis futuris, non ut futuris, & ut præcise considerantur in propria mensura, sed quatenus præsentia sunt in Æternitate, ut in aliena mensura, primum est falsum, secundum autem asserimus esse verum. *

122 Quod ulterius suadetur præter rationes allegatas, & sic efformatur de novo ratio, non minus implicat Deum transire de loco in locum, quando ipsa loca simul in se præsentia sunt in propria duratione, & mensura, quam iplicat Deum transire de loco in locum, quando licet ipsa in se præsentia non sint in sua propria duratione, & mensura, sunt tamen præsentia in æternitate, ut in mensura superiori, & super excedenti; sed primum implicat evidenter, alias, & Deus non esset ubique, unde non esset Immensus; & Deus moveretur localiter, quod cum summa eius immutabilitate stare nequit; ergo & secundum implicare debet.

*Rursus ad probandum hoc assumptum ex D. Th. nota & pondera verba ex ipso quodlib. 11. q. 1. ar. 1. quæ habentur supra. tract. de Immensit. q. 4. § 4. n. 250 =

123 Assumptum suadetur quia ideo implicat Deum transire de loco in locum, quando ipsa loca in se, & in propria duratione præsentia sunt, quia alias Deus iciperet esse ubicative de novo, ubi non erat, proindeque moveretur localiter, unde non esset ubique neque Immensus, quod est contra fidem: sed etiam si ipsa loca solum

sint praesentia in Aeternitate, ut in aliena, & superiori mensura, si Deus non esset in illis praesens ubicative per suam Immensitatem incipiet denovo acquirere sibi locum extrinsecum erit q. ubi non erat, ergo sicut implicat Deum transire de loco in locum quando ipsa loca sunt simul praesentia in propria duratione, & mensura, ita implicat Deum non esse in illis praesens, per suam Immensitatem quatenus in aeternitate praesentia sunt ut in aliena superexcedenti, & superiori mensura.

124 Probatur & explicatur minor quia si Deus non est in locis, quae praesentia sunt in aeternitate ubicative per suam Immensitatem, erit vera haec propositio, prolata a Deo, ab aeterno. * Non existo ubicative in loco *, & nunc in nostro tempore erit vera sua contradictoria, * existo ubicative in loco *, & in tempore & denovo acquirit Deus locum extrinsecum, proindeque transit de non esse in loco, ad esse in loco; & ne sequatur haec mutatio debemus dicere quod secunda propositio, nempe affirmativa vera fuit ab aeterno ut prolata a Deo, ac proinde Deus est ubicative per suam immensitatem in locis futuris, quatenus praesentia sunt in Aeternitate.

125 Dices ideo implicare Deum transire de loco in locum, quando ipsa loca in se sunt simul praesentia, in sua propria duratione, & mensura quia ut recte convincit argumentum Deus moveretur localiter & non esset ubique neque Immensus; caeterum ex eo quod non sit Deus in locis in se futuris, sed praesentibus solum in aeternitate, nullum sequitur inconveniens, quod probas ex eo quod, etiam si sint praesentia in aeternitate ut in mensura superiori, & aliena, tamen non auferter ab illis futuritio; at qui de ratione Immensitatis non est adunare praeteritum, & futurum, sed solum existere in locis praesentibus, & quae vere praesentia sunt; ergo Deus per Immensitatem non est in locis futuris, etiam quatenus praesentia sunt in aeternitate.

Sed contra.

Sed contra, & insto primo argumentum, de ratione 226
Trinitatis non est addunare præteritum, & futurum, sicut
nec de ratione Iustitiæ, Misericordiæ, Omnipotentiæ, &
similium; & tamen semel constituta futura præsentia in
Æternitate, ex quocumque capite proveniat illis hæc præsen-
tia, nempe ratione Æternitatis, semel ergo ibi constituta ut
præsentia, ut in mensura superiori, & aliena, nequit
Deus illis non coexistere, ut Trinus, Iustus, Misericors, &
ut pelagus infinitus essendi, alias neque ut æternus illis coe-
xisteret, & non poterit illis non coexistere. ut Immensus, quod erit
in illis prout in æternitate constituta sunt præsentia, ubicative
per suam immensitatem. consequentia patet, quia hoc præ
dicatum est proprium Immensitatis, per Immensitatem non
enim constituitur Deus præsens locis ubicative, quando ex
alio capite iam existunt loca; alias alicubi darentur loca
ubi Deus non existeret ubicative quod est chymera. 227

Vnde
ad replicam respondeo quod etiam si futuris ex eo quod
præsentia sint in æternitate non auferatur vera in se ipsis
futuritio quatenus nempe considerantur in ordine ad pro-
priam mensuram; tamen cum ex alio capite etiam sint
vere, & realiter præsentia, nequit non coexistere illis Immen-
sitas; amplitudo enim, sive virtualis extensio, qua potiuntur
futura in æternitate, non est impedimentum Immensitati,
ut illis coexistat ubicative. 228

Assumptum suadetur, quia Immen
sitas identice est Æternitas, proindeque extenditur, & am-
pliatur identice, & materialiter ad omnes durationes ad
quas Æternitas ampliatur, ac proinde protrahitur usque ad
præteritum, & futurum, & cum ipsis ipsa Immensitas coexi-
stit; semel ergo ac constituitur Immensitas coexistens cum
futuris, quatenus præsentia sunt licet hanc coexistentiam
ex se, & ex suo conceptu non sortiatur Immensitas, sed
hanc adipiscatur mediante æternitate nequit Immensitas
non explicare & exercere suum munus erga ipsa, pro
indeque est in illis ubicative.

129 Respondemus ergo primæ solutioni, quam communiter tradunt Thomistæ, quatenus huic nostræ decisioni obstare potest, quod etiam si Immensitas, ex se, & ex sua ratione formali, non respiciat durationem, neque illam mensuret, neque notificet, proindeque & non sit ex se infinita in genere durationis, tamen cum Immensitas sit identice, & entitative Æternitas, extenditur Immensitas ad omnia ad quæ æternitas ampliatur, & cum Æternitas ad futura omnia extendatur, ad ipsa similiter extenditur Immensitas, eaque, simul constituta præsentia per æternitatem replet ubicative, quatenus sic præsentia sunt in illa mensura superiori.

130 Confirmatur hæc solutio quia etiam si Æternitas ex sua ratione formali non habeat replere distantiam localem, neque Deum ubicative, seu ubicatum constituere, quia tamen Æternitas identice est Immensitas Æternitas est ubicative in omni loco vero, & imaginario, ubi est ubicative Immensitas, & in ipsis locis vere dicitur quod Deus est Æternus, seu quod durat æternaliter, ergo similiter etiam si Immensitas non sit formaliter infinita in genere durationis, erit durative, saltim identice, proindeque ubicative formaliter in locis in quibus Deus durat, & est Æternus.

131 Nunc sic, sed loca futura in se, & respectu suæ propriæ durationis, constituuntur præsentia per æternitatem, in ipsamet æternitate, ut in mensura superiori, & aliena, ergo in locis futuris, & si non quatenus futuris, erit Immensitas ubicative.

132 Ad secundam solutionem seu disparitatem, etiam communiter traditam a Thomistis, quatenus etiam nostræ decisioni obstare potest, Respondeo verum esse quod Immensitas si consideratur secundum sua essentialia, solum est extremum coexistentiæ cum futuris, neque nos amplius desideramus, sed insuper dicimus quod si semel coexistit Immensitas

Cum

cum locis futuris, proindeque si semel locus futurus constituitur præsens Immensitati, licet non ratione sui, sed ratione Æternitatis constituitur Immensitas ubicative in illo loco qui præsens est in æternitate, licet ut in propria mensura, & duratione sit futurus

§. X.

133

Alia ratione desumpta ex Immutabilitate Scientiæ Dei suadetur

Xlo.

133

Tertium fundamentum nostræ conclusionis desumitur ex immutabilitate, & invariabilitate, quam sortitur Scientia Dei, desumitur que hæc probatio ex D. Aug. lib. 2. ad Simplicianum q. 2. ubi hæc habet verba: * Quid est præscientia nisi Scientia futurorum? Quid autem futurum est Deo, qui omnia supergreditur tempora? Si enim Scientia res ipsas habet, non sunt futuræ, sed præsentes, ac per hoc non iam præscientia, sed tantum Scientia dici potest. Si autem, sicut in ordine temporalium, ita & apud Deum nondum sunt, quæ futura sunt, sed ea prævenit sciendo; bis ergo ea sentit, uno quidem modo secundum futurorum præscientiam, altero vero modo, secundum præsentium scientiam, aliquid ergo temporaliter accidit Scientiæ Dei, quod absurdissimum est.* hactenus Augustinus ex quibus verbis nostra deducitur ratio.

134 Si futura non existunt physice in æternitate sequitur Deum aliquid scire de novo, aliquod que novum iudicium in tempore formare; at hoc implicat Scientiæ Dei, quia immutabilis est, sicut, et quodlibet aliud prædicatum divinum; ergo futura existunt physice in æternitate. min. est evidens. et consequentia legitime infertur, unde probatur, et explicatur maior. Quia si futura non existunt physice, et realiter in æternitate, demus quod antequam mundus fieret, proferat Deus hanc propositionem: * Antichristus est mihi præsens vere, et realiter vel profert verum, vel profert falsum?

135 Nunc sic: Verum videtur non posse proferre, si ut volunt adversarij futura non existunt physice in æternitate. assumptum probatur, quia ut propositio affirmativa sit vera, si est facta per copulam de præsenti, extrema propositionis debent importare existentiam, iuxta exigentiam ipsius durationis de præsenti importatæ per copulam, ut per se patet, et docetur in summulis. Ut enim verum sit dicere * Petrus currit, Petrus est albus * debet Petrus existere de præsenti.

136 Instatur, et confirmatur hoc amplius, ut propositio affirmativa, facta per copulam de futuro sit vera, extrema propositionis debent importare existentiam de futuro, similiter ut propositio affirmativa de præterito sit vera, extrema debent importare existentiam de præterito, qua circa communiter dicitur in Dialectica, quod ut propositio affirmativa sit vera extrema debent supponere iuxta exigentiam copulæ.

137 Ulterius suadetur hoc amplius, ut enim ego proferam vere hanc propositionem: * Petrus est mihi præsens, physice, et realiter, * requiritur necessario quod in hoc nunc, et pro hoc nunc habeat Petrus existentiam physicam, veram, et realem; ergo similiter ut hæc propositio prolata a Deo ante mundi constitutionem

sit

sit vera * Antichristus est mihi præsens vere, & realiter. * erit necessarium quod Antichristus habeat existentiam iuxta exigentiam durationis importatæ per copulam, nempe in æternitate. ergo de primo ad ultimum si futura non existunt physice in æternitate, quando Deus profert illam propositionem ante mundi constitutionem, non profert verum. 138

Nunc sic ulterius, protullit falsum? ergo in tempore format Deus alterum iudicium, probatur consequentia, quia in propria differentia temporis in qua sit verum dicere * Antichristus existit. * profert etiam Deus necessario vere hanc propositionem * Antichristus est mihi physice, & realiter præsens * ergo incipit de novo in Deo hoc iudicium, ergo Deus acquirit novam scientiam in tempore, patet consequentia, quia scire de novo nihil aliud est, quam de novo habere aliquod iudicium verum. 139

Nunc sic rursus, sed hoc non potest dici; ergo si aliquando profert Deus vere hanc propositionem * Antichristus est mihi physice, & realiter præsens * ut revera illam vere profert aliquando, nempe in tempore in quo existit Antichristus, semper illam ut veram debet Deus proferre, ergo est quia obiectum huius propositionis existit physice, vere, & realiter, in æternitate. ac proinde futura existunt physice in æternitate.

§. XI.

Proponitur quædam specialis replica.

140 Replicabis specialissime cum SS. & RR. P. M. Fuentes, contra hanc rationem, quam solidam reputamus, & dices, quod haec propositio * Antichristus est mihi physice, & realiter praesens* ~~[illegible]~~ prolata a Deo ante mundi constitutionem, & si vera sit, tamen exinde non infertur, Antichristum existere in aeternitate physice, proinde & nec futura; sed solum sequitur quod Deus ab aeterno sit physice praesens futuris.

141 Asserit enim iste SS. M. quod Deus ab aeterno est physice praesens futuris, & si futura ab aeterno, seu in aeternitate non sint physice praesentia Deo, citatque pro hac sententia Fonsecam 6 Meth. cap. 2. q. 4. sect. 2. Molinam tract. de Scient. Dei, disp. 13. & 19. Granad. disp. 3. sect. 1. & 2. Deza 1. p. q. 14. ar. 13. Rivadeneyram tract. de Scient. Dei. disp. 15. cap. 2.

142 Suadetque iste SS. M. hunc dicendi modum ex eo quia ut Deus sit ab aeterno physice praesens futuris, proindeque vere proferat illam praedictam propositionem sufficit quod Deus media sua aeternitate protrahatur usque ad temporis differentiam in qua existit Antichristus; caeterum ut verum sit quod Antichristus existit physice in aeternitate, erat necessarium quod Antichristus, seu ipsa Antichristi duratio retrotraheretur ad aeternitatem, sive erat necessarium, quod Antichristus haberet suam propriam durationem aeternam.

143 Explicatur hoc amplius. quia si haec propositio * Antichristus est mihi praesens in aeternitate, * sumitur in toto rigore dialectico est falsa, attamen grammaticaliter sumpta est vera, quia aequivalet huic: * Ego (intelligitur Deus) sum praesens ab aeterno Antichristo * haec secunda, in qua Deus est in recto, & Antichristus in obliquo est vera, in toto rigore dialectico; caeterum prima in qua Antichristus est in recto, & Deus in obliquo, in toto rigore dialectico est falsa, & solum est vera grammaticaliter.

144 Et ratio huius est, quia ut in toto rigore dialectico sit vera illa prima propositio, necessarium est quod Antichristus duret in duratio-

tempori-

propria Dei, quod renuit concedere hæc sententia ne cogatur concedere Antichristum esse æternum; cæterum ut sit vera in toto rigore dialectico secunda propositio solum requiritur quod Deus durat in duratione propria Antichristi, ad quod verificandum sufficit quod Deus mediante sua æternitate protrahatur usque ad temporis differentiam in qua existit Antichristus, quod ita evenire affirmat hic dicendi modus. Unde iuxta hanc sententiam Deus ab æterno coexistit cum futuris, cæterum in æternitate, seu ab æterno futura non coexistunt cum deo, quia Deus protrahitur sua æternitate ad quamlibet differentiam temporis futuri, cæterum futura non retrotrahuntur ad durationem propriam æternitatis.

§. XII.

Reiicitur.

295

Sed quis non videat hunc dicendi modum esse implicationibus plenum, & in eamdem Scillam cadere cupiens vitare Caribdim, unde contra illum sic insurgo: ideo hæc sententia in hunc dicendi modum prorumpit quia Si Deus non est physice præsens futuris, bis idem sciret, & bis idem sentiret, duplexque diversum iudicium efformaret, aliquid q[uod] denovo inciperet scire, & iudicare, nempe hanc propositionem a Deo prolatam: * Ego sum præsens Antichristo, * quæ in Antichristi tempore erit vera, & non esset vera ab æterno, imo hodie non esset vera si illam proferret Deus, quod est iuxta D. Aug. absurdissimum, & falsissimum. 296

Nunc

sic, sed hoc idem inconveniens sequitur si physice non sunt futura præsentia in æternitate, ergo iuxta prædictum modum dicendi, non vitatur absurdum quod refugere intendunt. Mai. est potissimum huius dicendi modi fundamentum, & conseq. infertur probatur ergo min. quia Deus in propria temporis differentia Antichristi, in qua sit verum dicere Antichristus existit: Non

solum profert Deus vere hanc propositionem * Ego sum præsens Antichristo,* sed etiam verum loquitur dicens:* Antichristus est mihi physice & realiter præsens:* quandoquidem tunc, non solum Deus durat in duratione in qua durat Antichristus, sed etiam durat Antichristus in duratione illa, in qua durat Deus.

147 Nunc sic argumentor, ergo vel utraque propositio fuit vera ab æterno, vel non? si non; ergo neque in tempore Antichristi; alias, si aliqua illarum quæ non fuit vera ab æterno, nempe secunda, est vera in tempore Antichristi; ergo in tempore Antichristi format Deus de novo illam propositionem, & ut veram illam profert; ergo aliquod iudicium format de novo, & aliquid de novo incipit scire, quod est idem inconveniens quod intendit vitare prædicta sententia; Rursus, si utraque propositio fuit vera ab æterno; ergo non solum Deus est ab æterno physice præsens futuris, sed etiam futura sunt physice præsentia Deo; ergo incongrue distinguitur inter utramque propositionem, proinde que si una est vera, & alia debet esse vera.

148 Secundo contra ipsum dicendi modum sic insurgo: Implicat Deum physice coexistere futuris, & quod futura physice non coexistant Deo, ergo vel utrumque est verum, vel utrumque est falsum, probatur antecedens, quia coexistentia ex terminis dicit, & importat simultaneam existentiam duorum, si enim A, coexistit B, nequit B non coexistere A. sed iuxta prædictum dicendi modum Deus physice coexistit futuris; ergo futura nequeunt non physice coexistere Deo.

149 Dices quod si sermo est de coexistentia creaturarum inter se, verum est quod nequit una coexistere alteri, quin & illa altera, uni ipsi coexistat, v.g. verum est quod nequit Petrus coexistere Paulo, quin & Paulus Petro coexistat; cæterum non sic

sic physosophandum esse dicas de coexistentia Dei cum creaturis, nam ut Deus coexistat Antichristo v.g. vel Adamo, sufficit quod Deus duret, et existat in duratione seu in temporis differentia, in qua durat Antichristus, vel Adamus, quod necessario concedendum esse dices, cum Deus media sua aeternitate constituatur praesens cuilibet durationi temporali, sive praeteritae, sive praesenti, sive futurae; caeterum ut creatura semper coexistat Deo requiritur quod ipsa creatura habeat existentiam, et durationem aeternam, seu ab aeterno, et cum hoc nullo modo concedi possit inde est, quod licet verum sit, quod Deus ab aeterno coexistit physice futuris, non est verum quod futura ab aeterno physice coexistunt Deo.

150

Sed contra argumentor sic, quia Deus solus non facit coexistentiam cum Antichristo, v.g. ab aeterno; ergo si ab aeterno Deus coexistit Antichristo, Antichristus ab aeterno coexistit Deo, antecedens videtur certum, imo, et evidens, quia unicum extremum non potest intelligi quod faciat coexistentiam.

151

Tum quia quando dicitur *Deus coexistit Antichristo* vel existit Deus, et aliquid praeter ipsum, vel existit Deus, et nihil aliud? Si nihil aliud existit cum Deo, ergo non est verum dicere quod Deus coexistit Antichristo, Antichristus enim non est nihil, sed aliquid; Si existit Deus, et aliquid praeter ipsum, illud aliquid est Antichristus, ergo si Deus coexistit physice Antichristo in aeternitate, Antichristus Deo in aeternitate physice coexistit.

152

Unde ad replicam factam num. 149. desumptam ex disparitate coexistentiae Dei, et creaturarum, dicimus: quod ut creatura coexistat Deo non requiritur quod duret in duratione propria Dei, ut in propria ipsius creaturae duratione, sed sufficit quod duret in aeternitate ut in aliena, et superiori mensura, ad quod proinde non requiritur quod creatura extendatur ad totam aeternitatem, quando quidem non est aeternitas propria ipsius creaturae mensura, sed sufficit quod Deus media sua aeternitate extendatur ad omnes temporis differentias, eas que sibi physice praesentes constituat.

§. XIII.

Alia proponitur replica.

153 Replicabis secundo contra rationem quam in favorem nostræ conclusionis adduximus, §. 10. n. 139. quia si Deus profert verè ab æterno hanc propositionem: * Antichristus est mihi physice præsens in æternitate, * ergo etiam verum proferet, si Deus absolute profert ab æterno hanc propositionem sine addito: * Antichristus est præsens physice, * consequentia videtur certa, quia bene valet ex coexistentia duorum ad existentiam unius.

154 Tum quoties aliqua propositio est vera cum addito, sine illo etiam debet esse vera, ut patet in his exemplis: * Petrus currit in stadio, ergo Petrus currit. * Petrus legit in gymnasio, ergo Petrus legit, * Nunc sic: sed implicat quod hæc propositio: * Antichristus existit, seu est physice præsens * sit vera sine addito illo in æternitate, ergo neque est vera prima propositio ex qua sequitur secunda, nempe hæc: * Antichristus est mihi physice præsens in æternitate. * min. subsumpta probatur quia si hæc propositio * Antichristus est physice præsens * prolata a Deo est vera, etiam prolata ab homine, vel ab Angelo, ab æterno, si per impossibile extitisset aliquis illorum ab æterno, esset vera, sed prolata ab homine vera nequit esse; alias existentia conveniret Antichristo ab æterno, quod patet esse falsum, ergo etiam prolata a Deo est falsa, min cum consequentia tenet, et mai. videtur certa quia veritas propositionis non pensatur penes diversitatem proferentium, sed ab obiecto, ab eo enim quod res est, vel non est, propositio dicitur vera vel falsa.

155 Sed Contra, et nego sequellam, quia arguitur a non amplo ad amplum affirmative, cum distributione ampli, proinde quæ non tenet consequentia, ut dicitur in Dialectica: in hac enim propositione prolata a Deo: * Antichristus est mihi physice præsens

præsens in æternitate. * ly, est, restringitur, media illa particula, mihi, prolata a Deo, nam ly, est, limitatur ad standum pro mensura propria Dei, quæ est Æternitas, et non quomodocumque limitatur ad standum pro mensura Æternitatis, sed ly est trahitur ad standum pro mensura Æternitatis adæquate sumpta. ⁂ 156

Cæterum in hac propositione * Antichristus est physice præsens,* prolata a Deo, sive ab alio, ly est cum ratione alicuius termini non limitetur, inde est quod verificatur iuxta mensuram propriam exactam a copula propositionis; et cum mensura exacta a propositione sit mensura, et duratio propria Antichristi, inde est quod ut talis propositio esset vera, si pronunciaretur ab æterno erat necessarium quod duratio Antichristi esset æterna. ⁂ 157

⁂ Replicabis, et valide contra hanc solutionem, quod si hæc propositio * Antichristus est physice præsens * prolata a Deo, sive ab alio, producto per possibile, vel impossibile ab æterno, non est vera, sequitur Deum in tempore aliquid scire de novo, aliquodque iudicium de novo efformare, si ex eo quod illa alia propositio, scilicet ista, * Antichristus est mihi, (id est Deo) physice præsens in æternitate,* non sit vera; sequeretur Deum aliquid scire de novo, aliquodque novum iudicium de novo efformare; ergo vel incidimus in idem inconveniens quod vitare intendimus, vel utraque propositio est vera, etiam prolata a Deo, ab æterno vel utraque est falsa. 158

Assumptum probatur, et explicatur: demus quod Antichristus existat, tunc casus sic argumentaris, ergo Deus vere profert hanc propositionem: * Antichristus est physice præsens,* consequentia patet, quia hæc propositio prolata a me, sive a quocumque alio est vera; ergo et prolata a Deo est vera, hæc consequentia patet, quia veritas propositionum non sumitur a diversitate proferentium, sed ab eo quod res est vel non est. ⁂ 159

Iam sic ulterius, ergo hoc iudicium * Antichristus

est physice præsens.* incipit de novo in Deo, consequentia hæc videtur certa, quia iuxta prædictam solutionem usque ad propriam temporis Antichristi differentiam non est verum illud iudicium. vel si tunc non incepit, ergo ab æterno fuit verum, ergo sive Deus proferat * Antichristus est mihi physice præsens in æternitate, * sive solum proferat * Antichristus est physice præsens, * verum profert, vel aliquod iudicium de novo incipit formare, aliquid que incipit scire de novo, unde nullus est defectus assignatus in solutione, a non amplo ad amplum, affirmative cum distributione ampli.

160 Ad hanc replicam, quæ ad solutu difficilis est; respondeo, quod licet verum sit quod in Deo nequit incipere de novo aliquod iudicium, alias non esset immutabilis eius scientia, neque eius intellectus, tamen ex hoc non convincitur quod hæc propositio:* Antichristus est physice præsens,* absolute ab æterno, et sine restrictione prolata possit concedi, et ut vera affirmari, quia debet verificari, iuxta exigentiam copulæ, quæ cum non afficiatur termino restrictionis, extenditur ad totam æternitatem adæquate sumptam, quatenus mensura indivisibilis est.

161 Cæterum si prædicta propositio profertur a Deo, et loquimur cum Theologis absolute potest concedi, et ut vera affirmari, et ratio est, quia si Deus ab æterno dicit * Antichristus est physice præsens * Antichristus est physice, et realiter existens * solum profert Deus hanc propositionem secundum quod mensuratur duratione propria Antichristi, seu duratione propria subiecti propositionis, quæ duratio continetur in æternitate, inadæquate sumpta; quatenus nempe æternitas æquivalet durationi propriæ Antichristi, quod patet, nam Deus solum illam profert ut veram, quæ ut constat solum vera est prout in æternitate continetur, unde quia Deus semel ut veram profert hanc propositionem:* Antichristus existit.* semper illam ut veram profert, unde et si non explicetur in propositione terminus restringens, et limitans, nempe* scilicet in æternitate * necessario subintelligitur.

sed

Sed iterum replicabis. Semel profert Deus vere hanc propositionem * Antichristus existit in propria mensura * ergo vel illam profert Deus ab aeterno ut veram, vel ut falsam? Si ut falsam; ergo vel sequitur aliqua mutatio in scientia divina, vel non? si non sequitur aliqua mutatio, ut revera videtur dicendum, ergo stat quod incipiat in tempore Deus affirmare aliquam propositionem absque eo quod sequatur aliqua mutatio in Scientia Dei. Si ut veram; ergo cum ab aeterno non sit alia mensura quam ipsa aeternitas, sequitur quod aeternitas sit propria Antichristi mensura. 162

163

Sed contra, et dist. primum ans. Semel profert Deus ut veram illam propositionem: * Antichristus existit in propria mensura, *, et tunc Antichristus, et propria Antichristi mensura, nempe tempus existunt in aeternitate, ut in aliena, et superiori mensura, concedo ans, et non existunt ut in aliena, et superiori mensura nego ans. et dist. primam partem dilematis, quod in consequenti continetur, ergo vel profert Deus illam ut veram, ab aeterno, quia tam Antichristus quam eius propria mensura existunt in aeternitate ut in aliena, et superiori mensura, concedo hanc partem, aliter nego illam.

164

Itaque dicimus verum esse quod Deus in tempore in quo existet Antichristus, quod utique erit propria Antichristi mensura, proferret vere hanc propositionem: * Antichristus existit in propria mensura, * caeterum tunc ideo erit verit haec propositio quia in aeternitate ut in aliena, et superiori mensura, continentur, et Antichristus, et eius propria mensura. et sic utrumque habet Deus praesens in aeternitate ab aeterno.

165

Replicabis. ergo si per impossibile futura non continerentur in aeternitate, ut in aliena, et superiori mensura propositiones quae enuntiantur, et proferuntur in tempore (v.g. haec: * Petrus currit, *, Ioannes loquitur *) non essent verae nisi in aeternitate continerentur, Iam sic, Sed hoc videtur esse falsum, cum in tempore, et existant extrema propositionis, et mensura

extremorum; nempe ipsum tempus, ergo falsum est quod ideo illæ propositiones sunt veræ quia in æternitate continentur.

165 Sed contra. Et concedo primam consequentiam, et ratio est, quia cum tempus sit iuxta cuius mensuram propositiones illæ verificantur, et tempus sit mensura inferior, de cuius ratione est summa dependentia a superiori mensura, inde est quod ideo propositiones, quæ affirmantur ut veræ in nostro tempore, sunt veræ, quia in æternitate continentur, ut in mensura superiori, et aliena, a qua omnes aliæ mensuræ dependent, unde neganda est min. subsumpta, proindeque propositio, quam semel Deus ut veram profert, nempe in tempore, semper est vera apud Deum, seu ut prolata a Deo, quia nempe totum continetur in æternitate, ut in aliena, et superiori mensura, unde stat semper omnimoda immutabilitas in Scientia divina.

167 Rursus Confirmatur, et explicatur hoc amplius. quia non minus dependet ens creatum, in esse talis, a primo ente, et quælibet Veritas creata, a prima veritate, et bonitas creata, a prima bonitate, quam dependeat mensura creata cuiuslibet propositionis creatæ, de obiecto creato, a prima, et superiori mensura, qualis est æternitas; sed ob talem dependentiam omne ens creatum, ideo tale est, quia in primo ente continetur, et ab illo deribatur, sicut ob eamdem dependentiam quælibet veritas creata, et bonitas creata, ideo tales sunt, quia veritas creata in prima veritate, et bonitas creata in prima bonitate continetur, et quælibet a prima proportionabiliter deribatur, ergo ideo mensura creata cuiuslibet propositionis creatæ, de obiecto creato mensurat propositionem, iuxta exigentiam copulæ, quia dependet a prima mensura, nempe ab æternitate, et in illa continetur.

168 Igitur ideo hæc propositio prolata a Deo, existente Antichristo, scilicet ista, * Antichristus existit in propria mensura, * est vera, quia in æternitate ut in aliena, et superiori mensura continetur, et quia ab illa dependet; ergo si

g° si Deus illam profert ab æterno, ideo ut veram illam profert, quia totum hoc, quod in tempore existit, continetur in æternitate, ut in superiori, & aliena mensura.

169

Ita que quando existit Antichristus in propria mensura, licet sit verum dicere *Antichristus existit in propria mensura,* tamen tunc non excluditur existentia Antichristi, & propriæ Antichristi mensuræ, in æternitate, ut in aliena, & superiori mensura, sed necessario ingreditur ipsa Antichristi existentia, & existentia mensuræ propriæ Antichristi, ut in æternitate contenta, quia ut diximus Æternitas est mensura ambiens, & circumscribens omne tempus, proindeque tempus præsens etiam ibi est contentum, ut in superiori, & aliena mensura, a qua omnes aliæ mensuræ dependent.

170

Vnde de primo ad ultimum dicimus quod ideo Deus in tempore vere affirmat hanc propositionem: * Antichristus existit in propria mensura, * quia eam ut veram ab æterno affirmavit, & ideo tam in tempore, quam in æternitate, eam ut veram Deus affirmat, quia tam obiectum propositionis, nempe Antichristus existens, quam mensura ipsius, nempe tempus, continentur in æternitate, ut in superiori, & aliena mensura, a qua dependet. quodlibet enim prædicatum creaturæ habet omnimodam dependentiam a suo primo principio increato, in esse talis, ut nuper dicebamus, de ente, de veritate, & bonitate, creaturarum, relate, ad ens increatum, ad verum increatum, & ad bonum increatum.

171

Sed dices ergo vere pronuntiatur a Deo hæc propositio: * Antichristus existit in propria mensura: * etiam si sic proferatur sine addito, etiam si subintelligatur additum restringens, scilicet quia tam obiectum quam mensura existunt in æternitate, ut in aliena, & superiori mensura, Nunc sic, ergo etiam si eadem propositio, proferatur ab homine, vel ab Angelo, per possibile vel impossibile aliquo illorum creato ab æterno erit vera, etiam si proferatur sine addito restringente ad mensuram superiorem, & alienam.

1) 2 Hæc ultima consequentia, ex prima probatur, quia ut antea dicebamus veritas propositionum non sumitur neque attenditur iuxta diversitatem proferentium, sed ab eo quod res est, vel non est, Sed, ut conceditur in solutione assignata, loquendo cum theologis potest concedi, quando profertur a Deo, ergo debet concedi ut prolata a qualibet creatura per possibile vel impossibile creata ab æterno.

1) 3 Nunc sic ulterius sed prædicta propositio, scilicet ista: * Antichristus existit in propria mensura, * ut prolata ab aliqua creatura, (per possibile vel impossibile creata ab æterno) est falsa, ut evidenter constat, ergo et ut prolata a Deo est falsa.

1) 4 Sed contra, et nego secundam consequentiam. et ratio est quia si prædicta propositio profertur ab homine, vel ab Angelo solum debet intelligi ut sonat, cum iudicium utriusque locutione dignoscatur; at qui ut sonat, est falsa, cum non detur ratio limitans illam propositionem ad mensuram æternitatis, ergo prædicta propositio prolata ab homine vel ab Angelo est falsa.

1) 5 At ut prolata a Deo debet concedi ut vera, quia, ut dicebamus, Deus illam semel profert vere, scilicet in tempore Antichristi, ut evidenter constat, proindeque illam semper debet, ut veram, proferre, alias mutaretur eius scientia, cognoscendo quod non cognoscebat, et affirmando, quod non affirmabat, proindeque ut verificetur cogimur ad subintelligendum implicite terminum restringentem, et limitantem illam ad superiorem mensuram, nempe debemus illam sic intelligere: * Antichristus existit in propria mensura, pro ut in æternitate continentur tam Antichristus, quam eius propria mensura.

1) 6 Ratio ergo a priori, atque subtilis, huius doctrinæ est, quia in his propositionibus in quibus enunciatur existentia alicuius rei, tunc casus existentia proferentis, seu enunciantis propositionem, non solum ingreditur ut conditio ad loquendum, sed etiam aliquomodo transit ad rationem obiecti saltim in obliquo,

obliquo, & de connotato, v.g. quando dico: * Petrus existit. * obiectum significatum in hac propositione est in recto existentia Petri, & in obliquo mea existentia, etenim significatur existentia Petri connotando meam existentiam, saltim concomitanter, pro indeque mea existentia, non solum est conditio ad loquendum sed est obiectum aliquomodo significatum.

L77

Nec valet dicere quod ex praedicta doctrina sequitur quod non detur distinctio inter has duas propositiones, * Petrus existit. * Petrus coexistit mihi. * quod videtur falsum.

L78

Non inquam id valet, nam illae duae propositiones solum distinguuntur ex parte modi significandi, non vero ex parte rei significatae, quatenus prima ut a me prolata solum importat existentiam meam de connotato; secunda vero in recto significat meam existentiam, ut coexistentem cum existentia Petri.

L79

Quae doctrina potest fulciri, & corroborari cum alia eleganti, quae communis est apud nostros thomistas loquendo de constitutione futuri: Asserunt enim nostri thomistae contra fere omnes Patres Societatis quod constitutivum futuri est aliquid importatum de praesenti, nempe: determinatio in causa, ad habendam existentiam pro duratione sequenti; quod praeter alias rationes suadent ex eo quod in hac propositione * Antichristus est futurus * in qua significatur futuritio Antichristi, lo est quae est copula huius propositionis, cum sit copula de praesenti, supponit proinde pro aliquo de praesenti, quod nihil aliud esse potest nisi illa determinatio actualis causae, utique primae, nempe est decretum absolutum de praesenti, quo Deus, est determinatus ad comunicandum illi existentiam.

L80

Contra quam rationem sic arguunt Patres Iesuitae, qui constanter asserunt, quod constitutivum futuri est carentia existentiae de praesenti, & existentia postea, unde sic efformant argumentum: Hae duae propositiones * Antichristus erit, * Antichristus est futurus *, idem significant, & pro eodem supponunt; sed prima nihil importat de praesenti, cum in illa

non sit copula aliqua, quae exigat verificari de praesenti; ergo futurum non importat de praesenti aliquid, proindeque nec determinationem actualem causae, seu quae actu sit in causa, sed solum importat carentiam existentiae de praesenti, et existentiam postea.

181 Ad quod argumentum respondent nostri thomistae distinguendo maiorem: illae duae propositiones idem significant ex parte rei significatae conced. mai. ex parte modi neg. nam licet ex parte rei significatae, utraque propositio significet futuritionem Antichristi; caeterum ex parte modi significandi, utraque diversimode significat, haec enim: * Antichristus erit. * significat existentiam in recto, et futuritionem in obliquo; at e contra accidit in hac propositione: * Antichristus est futurus, * quae significat futuritionem in recto, et existentiam in obliquo.

182 Sic ergo pariformiter phylosophandum dicimus in illis duabus propositionibus a me prolatis, * Petrus existit = * = Petrus coexistit mihi. * in quarum prima mea existentia importatur in obliquo, seu signate, et in secunda exercite, et de recto; unde in his propositionibus, in quibus enuntiatur existentia, ut exercita respectu alicuius extremi, existentia proferentis, seu enuntiantis, aliquomodo transit ad rationem obiecti.

183 Unde haec propositio * Antichristus existit, * ut prolata a Deo in aeternitate, est vera, quia in illa obiectum significatum, non solum est existentia Antichristi, ut exercita, proindeque non solum est existentia Antichristi, et eius mensura, seu tempus, sed etiam est aliquomodo obiectum, existentia Dei, et mensura propria existentiae ipsius Dei, scilicet signate, et in obliquo, unde cum duratio, et mensura Dei, qualis est aeternitas, contineat durationem et mensuram Antichristi, inde est quod illa propositio, ut prolata a Deo est vera; secus autem si proferretur ab homine vel ab Angelo ab aeterno per possibile, vel impossibile creatis.

184 Cuius ratio est quia cum mensura existentiae ipsorum non extendatur ad mensuram, et durationem propriam Antichristi, neque illam contineat. inde est quod ab ipsis pronuntiata, est falsa unde manet

manet semper firmum quod veritas propositionis sumitur formalissime ab eo quod res est, vel non est, ut docet Phylosofus 9 Met. tex. 21 & D. Thomas ibi. & q. 1. de verit. ar. 1. non g° sumitur a proferente, nisi quando, ut diximus, existentia proferentis transit aliquo modo ad rationem obiecti, ut in nostro casu accidit.

§. XIV.
Speciale argumentum contra hanc rationem proponitur.

185

Stat quod Deus de novo in tempore percipiat ut existentia singularia, quæ sic ab æterno non percipiebat, quin ex hoc aliqua mutatio inferatur in Scientia Dei; g° ex immutabilitate Scientiæ Dei, non recte infertur physica futurorum existentia in æternitate. probatur antecedens, nam iuxta plausibilem Thomistarum sententiam, ex D. Thoma. 1. p. q. 57. ar. 3. Species impressa Angeli incipit repræsentare singularia existentia, quando noviter ponuntur extra causas, quæ utique singularia antea non repræsentabat, quin ex hac nova singularium repræsentatione aliqua intrinseca perfectio ipsi speciei superveniat; g° similiter poterit Scientia Dei, de novo videre singularia existentia in sua propria singularium duratione, quin cogamur ob immutabilitatem Scientiæ Dei, physicam futurorum existentiam in æternitate adstruere, antecedens pronunc ut certum supponitur, & conseq. probatur, quia ita intrinseca est repræsentatio respectu speciei impressæ Angelicæ, quam cognitio obiectorum in Scientia Dei, at qui, non obstante illa intrinseca repræsentatione in specie angelica, potest hæc transire ad repræsentandum de novo

singulare existens, absque sui intrinseca mutatione, & non obstante intrinseca, & essentiali immutatione in Scientia Dei, poterit de novo percipere in tempore obiectum præsens, quod antea physice præsens in æternitate non fuisset.

§. XV.

Duplici via occurritur.

186 Prima ergo huius argumenti solutio est concedere ans. & negare conseq. & potest assignari duplex ratio disparitatis, quarum prima est quia licet in intellectu Angeli, detur transitus, de non cognoscere antea obiectum, ad illud cognoscendum absque eo quod detur aliqua intrinseca mutatio in specie impresa; cæterum necessario fatendum est dari aliquam mutationem ex parte speciei expressæ, unde dicimus verum esse, quod species impresa nullam mutationem patitur.

187 Cuius ratio est quia species impresa solum representat obiectum per modum quidditatis, non vero, sub ratione existentiæ exercitæ, imo ipsa existentia rei, representatur ab specie impresa per modum quidditatis, non vero ut exercite existens, exercitium enim actuale, est prædicatum accidentale respectu creaturæ; cæterum quando existit obiectum actu, proindeque cognoscitur ut exercite existens, in Angelo cognoscente datur mutatio ex parte speciei expressæ ipsius Angeli, quæ cum sit exercitium actuale, & per modum actualis representationis, durat solum dum existit obiectum.

188 Ast Scientia Dei non potest subire mutationem aliquam ex parte speciei expressæ, sicut neque ex alio capite, quam mutationem saltim ex parte speciei expressæ subire necessum foret si posset transire de non cognoscere obiectum præsens, ad illud, ut præsens cognoscendum ac proinde futura debent ut præsentia existere in æternitate

ut ea eodem modo semper cognoscantur a Scientia Dei.

189 Disparitas alia quæ potest assignari consistit in eo quod cum species impressa Angeli non sit actualis repræsentatio obiecti, sed potentialis, & aptitudinalis, non potest transire ad determinandum intellectum, ut determinate hoc singulare præ alio cognoscat, absque eo quod connotet existentiam huius singularis, ut exercitam, qua connotatione possita, absque intrinseca mutatione illud actualiter repræsentat.

190 Cæterum cum Scientia Dei non consistat in potentia, & aptitudine ad cognoscendum, sed in ipso actuali exercitio cognoscendi non potest dependere ab aliquo connotato extrinseco, ut denovo habeat exercitium cognoscendi.

191 Alia via etiam occurrere possumus huic argumento, negando nempe ans, seu assumptum argumenti, negando scilicet speciem impressam Angeli non mutari intrinsece, quando determinatur ad repræsentandum determinate hoc singulare præ alio; unde aliud est quod species Angelica non acquirat aliquam perfectionem intrinsecam, ut de novo hoc singulare præ alio repræsentet, aliud est quod non mutetur intrinsece. primum est verum & assertum a D. Thoma, 1. p. q. 55. ar. 2. Nam omnis perfectio naturalis pertinens ad integritatem, & perfectionem Angelorum habuerunt a principio, proinde que species impressæ, quas a suo conditionis instanti inditas Angeli sortiti fuere, habuere similiter omnem perfectionem intrinsecam.

192 Verum ex hoc non convincitur non mutari intrinsece illas species, quia ad hanc intrinsecam mutationem sufficit extrinseca obiecti existentis connotatio: novum enim non est quod aliquis effectus intrinsecus ponatur solum cum connotatione alicuius extrinseci, ut patet in Unione materiæ primæ, & formæ substantialis, in sententia negante Unionis modum, distinctum ab extremis, & ut patet in intensione

qualitatum in sententia Thomistarum non solum negante gradus, sed & modos distinctos in qua sententia, non solum datur nova mutatio intrinseca in qualitate, sed & nova intrinseca perfectio. quæ ponitur, & acquiritur absque additione alicuius intrinseci, solum posita connotatione extrinseci, nempe expulsionis contrarij, ergo similiter poterit stare in specie Angelica impressa nova intrinseca mutatio absque nova intrinseca perfectione, solum posita connotatione obiecti extrinseci existentis in ordine ad quod specificatur.

193 Vnde si aliquando D. Thomas negat mutationem intrinsecam respectu speciei Angelicæ impressæ hoc intelligendum est de mutatione, ad ordinem naturæ pertinente, non vero de mutatione ad lineam intelligibilem expectante. Videtur enim impossibile quod detur aliqua intrinseca mutatio in linea intelligibili in ipsa specie Angelica, impressa scilicet, quia quando denovo repræsentat determinate hoc singulare præ alio aliter intentionaliter se habet, ac se habebat quando illud non repræsentabat, ergo intentionaliter mutatur, sicut enim mutatio realis, & physica, est aliter realiter, & physice se habere nunc ac antea, ita mutari intentionaliter est aliter intentionaliter se habere nunc ac antea.

194 Nec contra hoc valet insurgere iuxta primam solutionem asserendo omnem mutationem se habere ex parte speciei expressæ, non vero ex parte speciei impressæ, ob rationem ibi assignatam.

195 Non inquam id valet, nam iuxta hanc secundam solutionem, & iuxta hunc probabilem modum dicendi, respondere potest quod repugnat mutatio aliqua, in specie expressa, quæ non sit præ habita in specie impressa, & ratio est quia species expressa est exercitium illius, quod resplendet in specie impressa, si enim mutatio non supponeretur prius ut repræsentabilis in specie impressa, actu in expressa non repræsentaretur.

196 Nec valet si insurgas asserendo quod

species

Species impressæ solum sunt repræsentationes quidditatum per modum possibilium, ergo mutatio quæ in exercitio existentiæ, resplendet solum se tenet ex parte speciei expressæ. 197

Nam contra hoc est quia mutatio, quæ exercite datur in specie expressa, necessario præcedit repræsentabiliter in specie impressa, cum ut nuper dicebamus, nulla formalitas detur in specie expressa, quæ non præcedat per modum actus primi in specie impressa. 198

Sed dices: Essentia divina, quæ gerit in Deo munus speciei impressæ, absque virtuali mutatione intelligitur repræsentare creaturas existentes, solum posita determinatione decreti, quod formalissime aliquid quasi extrinsecum est, lineæ intelligibili, in qua est Essentia ut gerens munus speciei impressæ, decretum enim alterius lineæ, est a linea intelligibili. ergo similiter species impressa Angeli, ut pote imitatio, & participatio Essentiæ divinæ, per modum speciei impressæ, absque sui mutatione repræsentare poterit hoc singulare existens potius præ alio, solum possita connotatione objecti extrinseci. 199

Sed contra quia etiam essentia divina gerens munus speciei impressæ, subinduit aliquam determinationem ex parte actus primi, ut potius has creaturas præ alijs existentes repræsentet. etenim non solum datur in Essentia divina, quatenus gerit munus speciei expressæ, determinatio ad repræsentandum creaturas existentes, sed & insuper nostro modo intelligendi præ intelligitur determinatio orta a divino decreto. qua posita determinatione, Essentia divina quæ ex se, & pro priori ad ipsam determinationem, scilicet pro priori ad decretum repræsentabat creaturas, ut possibiles, illas ut actu existentes repræsentat, & hoc quod in Essentia divina gerente munus speciei impressæ, est determinatio orta a decreto, est in specie impressa angelica mutatio intrinseca in linea intentionali. 200

Hoc diximus ad pleniorem argumenti

solutionem, & ut si velimus paritatem negare. quod autem probabilius sit circa hanc mutationem speciei impressæ in Angelis non est huius loci examinare, sed ad tractatum de Angelis expectat.

§. XVI.
Alia ratione desumpta ex Scientia Dei, ut est intuitiva fulcitur conclusio

201 Quartum fundamentum nostræ conclusionis sumitur ex conceptu intuitionis, quo necessario fruitur scientia Dei, & sic efformatur ratio: Scientia Dei, eo quia infinite perfecta intra sphæram, & lineam scientiæ, debet esse intuitiva, & non abstractiva, respectu cuiuslibet obiecti, sive primario attacti, sive secundario inspecti; Sed nequit rationem intuitivæ notitiæ sortiri circa obiecta secundaria, qualia sunt futura, & omnes creaturæ, si futura physice, & realiter præsentia non existunt in Æternitate; ergo futura existunt physice & realiter præsentia in æternitate. maior debet supponi pronunc ex tract. de Scient. Dei, & insuper breviter probatur quia ex terminis perfectior, & clarior est, saltim ex parte obiecti, notitia intuitiva quam abstractiva; Sed de ratione prædicati infinite perfecti in aliqua linea, est sortiri omnem perfectionem illius lineæ, ergo scientia Dei eo quia infinite perfecta sortiri debet conceptum notitiæ intuitivæ. consequentia vero primi syllogismi legitime infertur unde solum restat probanda minor.

Quæ

Quae sic probatur. quia de ratione notitiae intui- 202
tivae, ut ab abstractiva condistinctae, est versari circa obiec-
tum physice praesens, et realiter existens; ergo ut Scientia Dei
intuitive versetur circa futura debent futura existere aliquo
modo praesentia, et cum in se, et in sua propria duratione non
sint praesentia, debent utique exere praesentia in aliena, et
superiori mensura, qualis est aeternitas, ac proinde futura de-
bent existere ut praesentia in aeternitate, ut scientia Dei rationem
intuitivae notitiae sortiatur. prima consequentia ex antecedenti
infertur. subsumpta autem etiam constat, quia futura ut in
se inspecta, et quatenus in propria mensura, et duratione
continentur praesentia non sunt, sed futura, alias neutiquam
essent futura, ergo solum sortiri possunt praesentialitatis con-
ceptum, ut intuitivam cognitionem terminent, quatenus ut
praesentia in aeternitate continentur. 203

Primum ergo principale
antecedens probatur, tum ex difinitione, et essentia notitiae
intuitivae, dicitur enim quod notitia intuitiva est,* Notitia
rei praesentis,* sicut, et abstractiva,* Notitia rei absentis* tum
quia, ut ex ipsis terminis constat, notitia intuitiva petit, erga
obiectum praesens, versari, quod suadetur ex contrapositio-
ne illius, cum abstractiva notitia: haec enim ut ex terminorum
conceptione constat, abstrahit ab existentia; ergo e contra intui-
tiva notitia, ab existentia abstrahere nequit, sed necessario illam
debet concernere, ergo cognitio intuitiva exigit versari circa ob-
iectum physice praesens, et realiter existens. 204

Quod et suadetur
ex D. Thoma, q. 3. de verit. ar. 3. ad 8. ubi Sanctus Doct.^r
contra distinguens simplicem notitiam a visione sic ait * ad
octavum dicendum quod simplex notitia dicitur non ad ex-
cludendum respectum scientiae, ad scitum, sed ad excluden-
dum ad mixtionem eius, quod est extra genus notitiae, sicut
est existentia rerum, quam addit scientia visionis.* Ex
ubi D. Thomas excludit a conceptu simplicis notitiae, exis-
tentiam rei, quatenus asserit existentiam rei pertinere ad
conceptum visionis, ergo de ratione notitiae intuitivae, ut

ab abstractiva condistinguitur, est versari circa obiectum praesens, physice, & realiter existens.

205 Sed dices, quod ad rationem intuitivae notitiae, sufficit versari circa obiectum praeteritum, vel futurum; ergo ex eo quod Scientia Dei debeat esse intuitiva non cogimur ad adstruendam futurorum existentiam in Aeternitate. antecedens. in quo est difficultas probatur. Primo, quia obiectum praeteritum vel futurum non abstrahit ab existentia, sed potius illam concernit, & includit. Sed iuxta nostram sententiam ad conceptum notitiae intuitivae solum requiritur quod non excludatur existentia, sed quod illam includat; ergo ad rationem intuitivae notitiae, sufficit versari circa obiectum praeteritum vel futurum. probatur maior quia obiectum praeteritum, vel futurum, intimius est cum existentia connexum, quam obiectum intra possibilitatis sphaeram contentum; sed obiectum pure possibile abstrahit ab existentia; ergo obiectum praeteritum, vel futurum ab existentia non abstrahit, sed potius illam includit.

206 Secundo probatur idem antecedens. quia cognitio prophetica est intuitiva cognitio. & tamen versatur circa obiectum praeteritum vel futurum, ergo est quia ad rationem intuitivae notitiae sufficit versari circa obiectum praeteritum vel futurum.

207 Sed contra quia obiectum praeteritum vel futurum licet intimius sit cum existentia connexum quam obiectum solum intra possibilitatis sphaeram contentum tamen non includit existentiam sufficienti modo ut terminet intuitivam cognitionem, quia solum dicit connexionem cum existentia, signate, vel connotative, non vero exercite; at qui ad rationem intuitivae notitiae, requiritur versari circa obiectum exercite existens, ergo cognitio intuitiva, non potest sortiri conceptum talis, circa obiectum praeteritum vel futurum. Assumptum videtur certum, quia sicut intimius est obiectum praeteritum vel futurum cum existentia, quam obiectum solum intra possibilitatis sphaeram contentum, ita similiter

intimius

intimius est obiectum praesens cum existentia, quam obiectum praeteritum vel futurum; ergo obiectum praeteritum vel futurum ad obiecti possibilis distinctionem. sicut & ad distinctionem obiecti praesentis solum aliquo modo concernit existentiam, scilicet connotative, seu signate, non vero exercite, sicut obiectum praesens. neque ab existentia praescindit sicut obiectum possibile, ergo non sufficit existentia obiecti praeteriti vel futuri ad terminandam notitiam intuitivam.

208

Ad secundam antecedentis probationem negatur quod cognitio prophetica, sit intuitiva cognitio. versatur enim circa obiectum physice absens, unde est cognitio abstractiva.

209

Nec valet dicere cum D. Thoma. q. 12. de verit. ar. 6. quod cognitio prophetica est quaedam divinae cognitionis participatio; nunc sic, sed haec est intuitiva; ergo & illa.

210

Non inquam id valet, quia cognitio prophetica solum participat divinam cognitionem inadaequate, & secundum praedicatum certitudinis, & infalibilitatis. quod & instatur in Fide, haec enim licet sit participatio quaedam divinae cognitionis, quae divina cognitio est clarissima, tamen Fides obscura est, & ratio est quia Fides solum participat divinam cognitionem inadaequate, & secundum praedicatum certitudinis, & infalibilitatis, ergo similiter poterit cognitio prophetica participare divinam cognitionem inadaequate, & secundum conceptum certitudinis, & infalibilitatis, absque eo, quod illam participet secundum conceptum intuitionis.

211

Sed iterum replicabis contra principalem solutionem, quia ad conceptum intuitionis sufficit terminari ad obiectum ut in se ipso, ergo sufficit ad conceptum intuitionis terminari ad obiectum praeteritum, vel futurum. antecedens videtur certum quia obiectum prout in se ipso dicit existentiam; sed ad conceptum intuitionis sufficit versari circa obiectum dicens existentiam ergo ad conceptum intuitionis sufficit terminari ad obiectum ut in se ipso.

212 Sed contra quia simplex Dei notitia, attingit obiectum possibile, ut in se ipso, saltim ex parte rei cognitæ; et tamen talis notitia intuitiva non est; ergo ad conceptum intuitionis non sufficit versari circa obiectum prout in se ipso.

213 Nec obstat illud quod in antecedentis probationem affertur, nempe quod obiectum prout in se dicit existentiam, nam vel est sermo de existentia exercita, vel est sermo de existentia signata, seu connotata. si est sermo de existentia exercita, iam illud obiectum erit præsens, et existens physice, et realiter, ac proinde nihil contra nos, cum solum contendamus notitiam intuitivam versari debere circa obiectum physice præsens, et exercite existens; si è contra solum est sermo de existentia signate sumpta, et non dum exercite possessa, hoc dicimus non sufficere, ut paulisper dicebamus.

214 Sed dices ad conceptum notitiæ intuitivæ, sufficit quod sit cognititio obiecti per propriam speciem; sed Dei cognitio circa creaturas est per propriam speciem; nempe per suam essentiam quæ est eminentissimo modo repræsentatio creaturarum, ergo de conceptu intuitivæ notitiæ, non est versari circa obiectum præsens, et exercite existens. probatur, et explicatur mai., quia ex terminis diversa est cognitio obiecti per alienam speciem, a cognitione obiecti per propriam speciem; sed cognitio per alienam speciem est abstractiva; ergo illa quæ per propriam speciem habetur intuitiva est. mai. est certa, et probatur min. quia eo ipso quod illæ duæ cognitiones distinguantur videtur necessario quod cognitio habita per propriam speciem sit intuitiva, secus vero alia habita per alienam speciem. probatur assumptum, quia cognitio adequate dividitur, in intuitivam et abstractivam, ergo eo ipso quod illæ duæ cognitiones distinguantur inter se una debet esse intuitiva, et altera abstractiva, proindeque erit intuitiva, quæ per propriam speciem habetur.

215 Sed contra, et nego quod omnis cognitio habita per propriam speciem sit semper intuitiva, cognitio enim

enim quam ego nunc habeo de Rege nostro Carolo intuitiva non est, et tamen est habita per propriam ipsius speciem in memoria conservatam; ergo non omnis cognitio habita per propriam speciem est intuitiva. 216

Vlterius, cognitio Dei, qua possibilia cognoscit non est intuitiva, sed abstractiva; et tamen est habita per propriam speciem nempe per Essentiam divinam gerentem munus speciei; quæ eminentissimo modo est propria species possibilium, sicut, et omnium creaturarum; ergo omnis cognitio habita per propriam speciem non est intuitiva, sed potest esse abstractiva. 217

Vnde ad probationem in contrarium dicimus verum esse quod illæ duæ cognitiones distinguuntur inter se; cæterum est distinctio intra eamdem speciem penes magis, vel minus in claritate, unde duæ cognitiones obiecti præteriti, vel futuri, quarum una est per propriam speciem, et alia per alienam speciem sunt abstractivæ, et si una, sit altera nobilior. 218

Sed dices: eo ipso quod aliqua cognitio sit habita per propriam speciem nequit non esse intuitiva, ergo solutio ruit. antecedens probatur. demus quod cognitio alicuius obiecti habita per propriam speciem, ipso absente, duret, et perseveret, usque dum obiectum de absente fiat præsens, seu de futuro præsens, tunc casu sic argumentor, in illo instanti in quo extat præsens obiectum, illa notitia, intuitiva est, ergo similiter antea intuitiva erat; antecedens videtur certum; quia tunc casu est cognitio rei præsentis, ergo est cognitio intuitiva. consequentia vero probatur, quia nequit eadem notitia transire de abstractiva in intuitivam ut perse notum est, quod et fortius urget in sententia quæ adstruit, divisionem notitiæ in intuitivam, et abstractivam esse essentialem, et generis in species, et negante proinde esse accidentalem, et subiecti in accidentia. 219

Sed contra

et Respondeo negando quod notitia quæ est de obiecto

præsenti sit eadem numero cum notitia præ existenti, quæ erat de obiecto absenti, seu futuro, cum enim notitia essentialem ordinem ad obiectum includat, nequit ad obiecti variationem non variari, unde numquam notitia quæ semel est abstractiva, transit in intuitivam, sicut neque e contra, nisi forte teneamus prædictam divisionem esse accidentalem: tunc enim casus nullum est inconveniens, perseverare eamdem notitiam, transireque de abstractiva in intuitivam, vel econtra.

220 Insuper contra replicam factam n. 203 sic insurgo: non minus est de ratione gaudij terminari ad obiectum præsens, quam de ratione intuitivæ notitiæ, terminari ad obiectum præsens, et exercite existens, sed delectatio de obiecto præterito, vel futuro non pertinet ad gaudium, sed solum illa, quæ est de obiecto actualiter possesso, possessione physica; ergo de ratione intuitivæ notitiæ, est versari circa obiectum exercite existens, proindeque ad notitiam intuitivam non sufficit quod attingatur obiectum per speciem propriam, si alias absens est.

221 Replicabis et dices, de ratione gaudij non esse simpliciter versari circa obiectum actualiter possessum, sed sufficit versari circa obiectum præteritum, vel futurum, ergo hæc instantia a paritate sumpta potius est contra nos. probatur antecedens, quia optime intelligitur quod quis gaudeat de opere bono a se facto, proindeque præterito, similiter si quis revelationem habeat de salute v.g. possidenda, post viginti annos, v.g. optime intelligitur gaudium de illa salute ergo potest stare gaudium de obiecto præterito vel futuro.

222 Sed contra et in primis quo ad præsens attinet potius debemus supponere, quam disputare quod gaudium debet esse de obiecto actu, et præsentialiter possesso, sed tamen ne insolutæ maneant instantiæ breviter respondeo quod gaudium in illo primo casu non est de opere bono præterito, sed de merito actu existente causato ab illa actione bona, et de laudabilit-

laudabilitate actuali quę remanet ex illo opere bono quod factum fuit, unde similiter in secundo casu gaudium, gaudium non est de salute ut futura, sed de ipsa revelatione actu exercita, & possessa, est enim illa revelatio obiectum bonum, & praesens; ergo & primo ad ultimum gaudium semper est de obiecto praesentialiter possesso; ergo similiter intuitio debet esse de obiecto actu, & exercite existente.

223

Replicabis: ad conceptum intuitivae notitiae non est necessarium obiectum exercite praesens, & existens, ergo ruit solutio probatur antecedens. Cognitio quam Deus habet de Antichristo, v.g. cognitio intuitiva est, etiam si talis Dei cognitio adęquate sumatur; sed cognitio Dei, quam habet de Antichristo, adaequate sumpta non respicit obiectum praesens, pro omni signo durationis propriae, qua mensuratur divina cognitio, ergo ad notitiam intuitivam, non requiritur necessario obiectum praesens, & exercite existens. probatur, & explicatur minor. cognitio, quam habet Deus de Antichristo est cognitio, quae adaequate sumpta mensuratur Aeternitate, etiam adaequate sumpta; sed pro omni signo Aeternitatis adaequate sumptae, non existit physice, & realiter praesens Antichristus etiam iuxta sententiam nostram communem thomistarum, sed ad summum pro una virtualitate inadaequata aeternitatis; ergo stat cognitio intuitiva respectu obiecti quod non est physice praesens, pro duratione & mensura propria cognitionis.

224

Sed contra quia licet cognitio divina de Antichristo sit intuitiva, & ipsa cognitio dei adaequate sumpta mensuretur aeternitate adaequate sumpta, tamen talis Dei cognitio non habet esse intuitiva quia tota aeternitate mensuratur, sed quia obiectum existit, nempe Antichristus, pro illa illa virtuali duratione cui correspondet. Antichristus, seu eius propria duratio, unde haec propositio * Cognitio divina, quia aeterna, est intuitiva Antichristi * est vera, si ly * quia * sumitur in sensu specificativo; non

vero si sumitur in sensu reduplicativo.

225 Unde dicimus quod cognitio intuitiva exigit praesentiam obiecti, pro duratione pro qua habet conceptum intuitionis, & si non exigat praesentiam obiecti pro omni signo durationis in quo conceptum intuitionis sortitur.

§. XVII.

Aliquibus exemplis corroboratur ultimo conclusio.

226 **Sit primum de intellectu.**

Suadetur denique nostra conclusio aliquibus exemplis, & sit primum desumptum ex intellectu divino, & sic efformatur ratio. Non minus efficax est Aeternitas Dei ad constituenda sibi praesentia omnia futura, ac est intellectus divinus ad constituenda sibi obiective praesentia omnia obiecta; Sed intellectus divinus attenta praecise sua natura, & sua vi, habet efficaciam ad omnia obiecta sibi obiective praesentia constituenda, ergo similiter aeternitas Dei habet quatenus est ex se efficaciam ad constituenda sibi physice praesentia omnia futura; consequentia ex praemissis infertur. Probantur igitur, & plicantur praemissae.

227 Nam sicut intellectus divinus ex se, & attenta sua natura, & vi, est infinitus in linea intelligendi, ita similiter aeternitas Dei, ex se, & ex sua natura, est infinita in genere durationis, & mensurae, sed quia intellectus divinus est infinitus in linea intelligendi, omnia obiecta ambit, omnia circumscribit, omnia comprehendit, omniaque sibi praesentia constituit; ergo similiter quia aeternitas Dei est infinita in linea durationis, & mensurae, ex se & ex sua natura, ambiet omnes durationes creatas, easque circumscribet, & comprehendet; ergo non minus

minus efficax est aeternitas Dei ad constituenda sibi physice praesentia omnia futura, ac est intellectus ad sibi constituenda omnia obiecta obiective praesentia.

228

Nec poteris assignare disparitatem, ex linea intelligibili, ad quam pertinet intellectus, ad lineam physicam, ad quam expectat aeternitas; nam forte dices quod ideo omnes creaturae sunt obiective praesentes intellectui, quia cum hac obiectiva praesentia, quam optime componitur successio formalis creaturarum inter se, similiter que cum hac eâdem obiectiva praesentia quam optime intelligitur esse creaturarum post non esse ipsarum, seu realis ipsarum futuritio caeterum si semel physice, et realiter praesentia constituuntur futura in aeternitate, neutiquam intelligi potest successio aliqua creaturarum inter se, nec similiter potest intelligi esse post non esse ipsarum, seu realis ipsarum futuritio.

229

Assumptum suades, et in primis quantum attinet ad intellectum patet, nam que nos quam optime obiective praesentes intelligimus dies futuros, sicut et praeteritos, quin ex hac praesentia obiectiva, quam in nostro intellectu sortiuntur dies, aliquid de successione eorum diminuatur, sicut nec de futuritione, seu praeteritione; ergo potiori titulo in intellectu divino poterunt praesentiam obiectivam sortiri creaturae, quin ex illa aliquid de successione earum inter se, diminuatur.

230

Quantum autem pertinet ad aeternitatem sic suades. nam si physice, et realiter praesentia constituuntur futura in aeternitate, cum haec indivisibilis sit nequit in illa aliqua formalis successio creaturarum inter se intelligi neque nulla est formalitas vel virtualitas ipsius aeternitatis, in qua futura non essent physice, et realiter Deo praesentia, similiter nec potest intelligi esse post non esse, nam si prius esset non esse, cum in aeternitate non detur prius et posterius, nam Aeternitas est, tota simul, et perfecta possessio, semper intelligeretur non esse; ergo si futura existunt physice in aeternitate nullo modo potest intelligi esse post non esse. Nunc sic, sed futura ut constat habent esse post non esse, similiter que suc-

cessionem formalem sortiuntur; ergo inintelligibile est quod futura existant physice in aeternitate.

231 Non inquam potest haec disparitas assignari, quia argumentum factum arguit a praedicato proprio intellectus, ad praedicatum aeternitatis proprium, unde ut evanescat disparitas, sic iterum fulcitur ratio: Nam quae ita efficax in linea physica continendi, durandi, et mensurandi, est aeternitas, quatenus est ex se, ac est efficax in linea intentionali intellectus, quia sicut intellectus ex se est infinitus in sua linea, omnem proinde perfectionem ad ipsum expectantem continet, et ambit, ita similiter in sua linea est infinita aeternitas omnem que proinde perfectionem propriae lineae continere debet; iam sic, sed Aeternitas est infinita in linea durationis, et mensurae, quae absdubio ad lineam physicam pertinet, ergo omnem durationem, et mensuram in suo vastissimo, et infinito sinu continere, et circumscribere debet; ergo ambit omnia praeterita et futura, ac proinde omnia sibi praesentia constituit, physice, et realiter.

232 Unde ad rationes in contrarium respondeo, quod sicut cum simultanea creaturarum praesentia obiectiva in intellectu divino quam optime componitur successio formalis creaturarum inter se, ita similiter cum simultanea physica futurorum praesentia relative ad aeternitatem componitur successio formalis futurorum inter se, quia et si omnia futura physice coexistant aeternitati non ex inde convincitur futura omnia coexistere inter se, nam ut saepius diximus, et si Aeternitas formaliter sumpta, indivisibilis sit, tamen habet multiplicem virtualitatem quarum quaelibet inadaequata est proinde quae etiam intelligitur esse creaturarum post non esse ipsarum; lege post, sumpto relative ad propriam mensuram, et durationem creaturarum; non vero sumpto relative ad aeternitatem. nam in aeternitate, ut recte probat argumentum; non datur prius, et posterius, sed omnia sunt simul.

233 Caeterum cum hac simultate formali, etiam in ipsa aeternitate quam optime intelligitur prius, et posterius virtualiter, et inadaequate, de conceptu ergo creaturae, solum est

est habere esse post non esse in propria duratione, & mensura, ly post, formaliter sumpto, si vero ly post virtualiter sumitur potest esse, & referri ad Æternitatem; g° de primo ad ultimum sicut intellectus, quia infinitus in sua linea obiective adunat omnia obiecta, ea que sibi praesentia obiective constituit, aeternitas quia infinita in sua linea omnes durationes, & mensuras physice debet ex se adunare, omnia que futura physice praesentia debet quatenus est ex se constituere.

§. XVIII.

Sit Secundum de circulo.

234

Exemplum secundum desumitur ex D. Thom. 1. contgen. cap. 66. n. 6. ubi Sanctus Doctor haec habet verba: * Rursum, cum aeterni numquam esse defficiat, cuilibet tempori, vel instanti temporis praesentialiter adest aeternitas. Cuius exemplum ut cumque in circulo est videre: punctum enim inter circumferentias signatum, & si indivisibile sit non tamen cuilibet puncto alij secundum situm coexistit simul, ordo enim situs continuitatem circumferentiae facit, centrum vero, quod est extra circumferentiam ad quodlibet punctum in circumferentia signatum directe oppositionem habet, quidquid igitur in quacum que parte temporis est, coexistit aeterno, quasi praesens eidem, & si respectu alterius partis temporis sit praeteritum, vel futurum * hucusque D. Thomas ex quo exemplo, quo ad praesens statu quantum possibile est dignoscitur, & demonstratur aeternitatis natura.

235

In circulo ergo duplex punctum designat D. Thomas, quorum unum partes circuli unit, & hoc punctum instanti temporis assimilatur, etenim sicut instans partes temporis nectit ita similiter punctum circumferentiae in circulo partes circuli unit. Aliud punctum dessignat D. Thomas, quod centrum vocat, quia aequaliter distat a quacumque parte in circumferentia signata, sicut & a quolibet puncto in

ipsa circumferentia posito. & huic puncto centrico æternitatem comparat Angelicus Magister.

236 Etenim sicut partes circuli licet inter se distent; respectu puncti centrici non ut absentes reputantur, sed potius ut præsentes, & ut æqualiter indistantes concipiuntur, ita similiter futura comparantur ad æternitatem, licet enim futura inter se distantia sint, & inter se numquam præsentia, & coexistentia constituantur, tamen relative ad æternitatem, omnia æqualiter indistantia sunt, omnia que physice, & realiter ipsi coexistunt; g.o quam optime potest intelligi physica futurorum præsentia in æternitate, stante successione formali futurorum inter se.

§. XIX.

Sit tertium de intuente ex alto.

237 Ad nostram conclusionem illustrandam adest aliud exemplum quod affert D. Thomas q. 2. de verit. ar. 12. in corp. de existente in aliquo alto, & eminenti loco, ex quo simul dignosceret omnes transeuntes per viam, & si inter se essent distantes. en verba D. Thomæ: * Sicut aliter videt transeuntes ille, qui est in ordine transeuntium qui non videt nisi illos, qui ante ipsum sunt, & aliter ille, qui extra ordinem transeuntium esset, qui omnes transeuntes simul inspiceret. * ut puta, si esset in alta turri ex illa enim omnes transeuntes per viam simul inspiceret, licet illi inter se, simul non essent, sed distantes, & unus post alium. e.o licet futura contingentia inter se futura sint, tamen relative ad æternitatem non futura sed præsentia sunt, ut in mensura superiori, & aliena.

§ XX.

§. XX. Obiiciuntur aliquæ authoritates, quæ militare videntur contra nostram conclusionem

238

Oppones primo D. Augustinum Serm. 11. de Verb. Apost. ubi sic ait: * Deus electos apud se ipsum habet, non in sua natura, sed in præscientia sua. * En ubi Parens Augustinus asserit electos solum existere ab æterno apud Deum non quatenus ipsi in sua natura sunt in æternitate, sed quatenus sunt apud Deum in Dei præscientia. iam sic. sed hic modus est solum existendi obiective, in æternitate, non vero physice, & realiter; g.o futura non physice, sed tantum existunt obiective præsentia in æternitate.

239

Oppones secundo ipsum Augustinum lib. 4. in Genesim. cap. 18. ubi hæc habet verba: * Res ante quam fierent, erant, & non erant; Erant in Dei Scientia; non erant in sua natura. * quo in loco Sanctus Doctor manifeste negare videtur physicam futurorum existentiam in æternitate.

240

Quod sic ratione suades, quia D. Augustinus eo loci, ex profeso mentionem facit de modo essendi quo ab æterno gavisæ fuerunt creaturæ, asserit que creaturas ante quam in tempore haberent esse, id est in æternitate, nihil esse, sed solum in mente divina, nunc sic si creaturæ existerent in æternitate physice, & realiter, ut nostra tenet Delusio non diceret

Augustinus, quod creaturæ non erant in æternitate. Sed solum in mente divina, existentia enim creaturarum in mente divina, est solum obiective talis, non vero physica, & realis.

291 Vlterius propositio de existentia creaturarum in æternitate, quam profert Augustinus non est affirmativa, sed negativa: asserit enim, * Non erant nisi in mente divina. * Sed propositio negativa totum negat, cum negatio sit malignantis naturæ, & quidquid post se invenit destruat, reddatque oppositum sensum; ergo absolute est negata existentia physica creaturarum in æternitate.

292 Nec valet solutio quæ a nostris thomistis adhiberi solet: nempe non valet dicere quod Augustinus solum negat existentiam creaturarum in æternitate, tamquam in propria mensura; secus vero existentiam creaturarum in ipsa æternitate, ut in superiori, & aliena mensura.

293 Dices non valere hanc solutionem, quia in propositione negativa, cadente que proinde supra copulam, totaliter negatur prædicatum de subiecto, & connexio extremorum inter se, unde in prædicta propositione Augustini totaliter negatur existentia creaturarum in æternitate, sive sit propria sive sit aliena mensura, alias propositio non esset perfecte negativa.

294 Oppones tertio ipsum Augustinum, lib. 12. de Civit. Dei. cap. 25. ubi expresse videtur docere creaturas non existere physice in æternitate: sic enim ait: * Si potentiam suam fabricatoriam rebus Deus subtrahat, ita non erunt, sicut ante quam fierent non fuerunt, ante dico, æternitate, non tempore. * En verba valde difficilia, & maximopere, ab Adversariis magnificata, & turibulata, quæ verba sic contra nostram conclusionem ab ipsis ponderantur.

295 Si subtrahitur influxus divinus a rebus, in nihilum redigentur, ut constat, neutiquam enim Deo possumus denegare anihillandi potentiam; Sed modus, quo Deus res anihillare potest, ut apud omnes est certum, est subtrahendo suum concursum, seu removendo influxum, quo res conservat, ergo ante

quam

quam fierent nullum habebant esse physicum in æternitate etiam. ut in aliena mensura. præmissæ videntur notæ, & consequentia infertur. Nam iuxta Augustinum, si res aliqua anihillaretur, haberet post anihilationem idem non esse, ac habebat ante quam fieret, idest, haberet idem non esse, ac habebat in æternitate, (etenim iuxta Augustinum ly ante, non tempus, sed æternitatem designat, ut ex eius verbis expresse constat) Sed post anihillationem nullum haberet esse, neque in propria, ne que in aliena mensura, (alias anihilatio non esset destructio totalis totius esse, si aliquo modo, & in aliqua mensura, & duratione aliquod esse maneret) ergo ante quam fierent, idest in æternitate nullo modo haberet aliquod esse: neque in sua propria mensura, neque in æternitate. ut in aliena, & superiori mensura.

296

Similiter oppones D. Thomam, primo. in 1.2. q. 91. ar. 1. ad. 1. ubi hæc habet verba: * ea quæ in se ipsis, non sunt apud Deum, existunt, in quantum sunt ab ipso cognita, & præordinata. * En ubi D. Thomas designat modum, quo res ab æterno sunt apud Deum, & dicit esse apud ipsum quia existunt quatenus sunt cognita, & præordinata; sed iste modus existendi est solum, modus existendi obiective, & intentionaliter, non vero physice, & realiter, ut tenet nostra conclusio, ergo nostra conclusio non est iuxta mentem D. Thomæ.

297

Oppones secundo ipsum D. Thomam q. 12. de verit. quæ est de Prophetia, ar. 3. in corp. ubi Angelicus Magister duplicem modum essendi cognoscit in rebus creatis ante quam sint, primus est in mente divina, & secundus in suis causis, nullamque facit mentionem de existentia rerum in æternitate, sic enim ait: * Sciendum est quod futura contingentia, in duobus præexistunt ante quam sint, scilicet in Præscientia divina, & in causis creatis. * ergo iuxta D Thomam futura non existunt physice, & realiter in æternitate, neque ut in superiori, & aliena mensura, sed solum obiective, alias diminute processisset omittendo ipsorum existentiam in æternitate, si revera in æternitate existerent physice & realiter.

§. XXI.

Præiacta testimonia explicantur in favorem nostræ conclusionis.

298 Hæc sunt fundamenta ab authoritate deprompta, quibus proteguntur adversarij, ad suam, contra nostram, stabiliendam conclusionem; cæterum si animo veritatis dignoscendæ, consulentur hi duo communes Magistri Augustinus, & Thomas facile quisque dignoscet nostram conclusionem haut obscure in ipsis contineri, proindeque, & in alijs Sanctis Patribus. cum Magister Angelicus. Sanctorum Patrum sit lucidum compendium, igitur cum illa duo luminaria magna Aug. & Thomas nostram conclusionem illuminantia conspexerimus verba proinde in præsenti contra nostram conclusionem adducta, cum alijs quæ in favorem nostræ conclusionis retulimus sunt conferenda, ut sic ad invicem utraque inspecta & conciliata germanam intelligentiam ipsis tribuamus. Ad

299 primum ergo ex D. Augustino de sumptum dicimus, quod ibi Aquilinus Doctor solum intendit Electos non esse apud Deum in sua natura, quatenus hæc in sua propria duratione consideratur, proindeque ut sic non esse sibi ab æterno præsentes, & coniunctos; asserit tamen esse in Dei præscientia, unde infertur esse iuxta Augustinum in æternitate ut in aliena mensura. quam illationem esse manifestam supra vidimus ex eodem D. Augustino, qui ut vidimus asserit lib 2. ad Simpl. q. 2. quod si futura non existunt physice in æternitate scientia Dei immutabilis non esset; ergo tam longe abest quod in præallegato testimonio nobis opponatur Augustinus, quin potius ex illo physica futurorum existentia in æternitate infertur.

Ad

Ad Secundum ex eodem Augustino similiter dico 250 quod ex eo quod ibi D. Augustinus expresse non asserat creaturas creaturas esse physice in æternitate, sed in mente divina, non arguitur negare existentiam creaturarum in æternitate, ut in aliena mensura, ex eo namque, quod una veritas affirmetur, non videtur aliam negari. Verum enim est, quod creaturæ existunt obiective in mente divina; cæterum dicimus, similiter esse verum, existere, et esse in æternitate, ut in aliena, et superiori mensura; unde ex eo quod unum asserat, non est visum aliud negari, et præsertim cum ex ipso Augustino constet, quod ut creaturæ existant immutabiliter in mente divina obiective, exigant physicam ipsarum existentiam in æternitate. 251

Ad replicam contra hoc factam desumptam ex natura, et essentia propositionis negativæ, admissa solutione ibi adhibita, ad probationem in contrarium dicimus, quod negatio solum negat prædicatum de subiecto, iuxta exigentiam, et mensuram propriam copulæ, unde cum ibi non sit particula, seu dictio aliqua extrahens copulam, a sua propria mensura, et duratione inde est, quod solum infertur futura non esse præsentia in æternitate ut in sua propria mensura, et duratione. 252

Explicatur hoc amplius. Copula alicuius propositionis, et potest stare, (affirmando nempe, vel negando, iuxta suam propriam qualitatem) pro duratione propria extremi recti facientis verbum supponere. vel potest stare, pro aliena duratione, et mensura, eiusdem extremi recti reddentis suppositum verbum; stat enim copula pro duratione propria extremi recti illam facientis supponere, quando a nulla alia particula limitatur, seu per nullam particulam alienatur. ut videre est in hac, v.g. vel simili, propositione: * Petrus existit, * Petrus est existens, * Petrus est albus. * ly enim, est. denotat existentiam Petri, in propria duratione, et mensura, ipsius Petri. 253

Cæterum in hac propositione: * Petrus existit in æternitate, * vel *

6 Petrus est existens in æternitate. * copula est dicit existentiam Petri, non produratione propria Petri, sed pro aliena proqua supponit & ad quam trahitur rectum illius propositionis, nempe Petrus, qui ratione illius termini, scilicet, in æternitate trahitur ad standum pro ipsa æternitate, ut pro duratione aliena, & extranea relate ad Petrum.

254 Potest hoc ipsum comprobari cum alijs terminis seu dictionibus significantibus tempus, vel locum, ut si dicas * Petrus est existens hodie. * Petrus est existens Salmanticæ, * Petrus est docens in Gymnasio * ly est significat existentiam Petri in prima propositione, pro duratione hodierna, & in vi prædictæ propositionis existentia Petri non extenditur ad aliam temporis differentiam; in alijs autem duabus propositionibus, ly Petrus trahitur ad existendum, Salmanticę, & in Gymnasio, & non alibi, unde, similiter dicimus in propositionibus quę constant ex ly in æternitate, nę ratione huius termini alienatur verbum a propria ad impropriam, seu alienam mensuram.

255 Sic & pariformiter dicimus in præsenti etenim in prædicta propositione negativa prolata ab Augustino, nempe in hac: * Res non erant in sua natura ante quam fierent, * ly non solum negat existentiam propriam creaturarum, quam sortiuntur in sua propria duratione, & mensura, non vero negat existentiam rerum in aliena & superiori mensura nempe in æternitate. Cuius ratio est quia ly non erant, quæ est negativa copula prædictæ propositionis, non trahitur ratione alicuius termini, ad alienam mensuram, & durationem, unde stat pro duratione propria. ergo ex hoc loco D. Augustini non convincitur creaturas non existere in æternitate, ut in aliena, & Superiori mensura.

256 Difficilius venit intelligendus ipse Augustinus in illis verbis ex lib. 12. de Civit. Dei. cap. 25, depromptis, quia propositio negativa, quam ibi profert Augustinus, cum copula trahetur ratione illius particulæ, nempe, ly in æternitate ad standum pro mensura æternitatis, quæ est mensura alienata

Superior

superior respectu creaturarum, videtur proinde quod ibi stat Augustinus exprese contra nostram conclusionem. illa enim propositio æquivalet huic: * Si res annihilatur, non exit, sicut antea non fuit in æternitate. * en ubi hy non utriusque propositionis cathegoricæ, videtur negare existentiã rei in æternitate.

257 Sane difficilis replica, cæterum si attente consideratur Augustinus, sincereque meditantur verba ex prædicto loco deprompta, videbitur, solum ibi negare existentiam futurorum in æternitate adæquate sumpta, et secundum quod æquivalet omni tempori vero, et imaginario: etenim æternitas sic accepta, non est præcontentiva futurorum; solum enim existunt futura in æternitate inadæquate sumpta, secundum nempe quod æternitas correspondet propriæ futurorum durationi.

258 Quæ expositio, et interpretatio, legitima, et germana est, et nullatenus ut spuria rellegenda, quia sic intellecta verba Augustini ex prædicto loco deprompta, quam optime conciliantur cum alijs in nostrum favorem expressis, et allegatis. ne dicamus Augustinum esse sibi contrarium, quod nefas est dicere, de tanto doctore.

259 Ad primam authoritatem desumptam ex D. Thoma dicimus quod Angelicus Magister ibi, solum agit de lege æterna quomodo æterna sit, ad quod sufficit præsentia obiectiva futurorum in æternitate; unde physica præsentia ipsorum futuroru in æternitate, venanda est ex alijs capitibus. proindeque ex eo quod in solutione illius argumenti solum fecisset mentionem de præsentia obiectiva futurorum in mente divina, non est visum negare ipsorum futurorum physicam existentiam in æternitate.

260 Similiter ergo dicimus ad secundam authoritatem ex q. 12. de verit. ar. 3. quia ibi Sanctus Doctor solum intendebat explicare quomodo revelationes, quæ a Prophetis fiunt, infalibilitatem

sortiantur, earum que species, certo, & infalibiliter in eorum mentibus imprimantur, ad quod solum sufficit obiectiva existentia futurorum in mente divina, etiam si per impossibile non daretur physica, & realis existentia futurorum in æternitate: hæc enim ex terminis ad prædictam certitudinem in Prophetarum mentibus stabiliendam, & firmandam, non requiritur, & cum ad principale intentum D. Thomæ, in illo articulo solum conducat, & sufficiat existentia obiectiva futurorum in æternitate nihil mirum quod ibi nullam mentionem egisset de physica & reali ipsorum futurorum existentia in æternitate, præcipue cum iam alibi de hac physica futurorum existentia in æternitate egisset.

§. XXII.

Aliqua absurda ab Autoribus contrarijs conficta referuntur.

261 Vsque ad novem referam inconvenientia, quæ præcipua sunt, & quæ valde ab Authoribus contrarijs contra nostram conclusionem magnificantur, & si postea aliud inconveniens ex læsione libertatis sit anobis referendum, nunc ergo solum novem inconvenientia proponam.

262 Opponunt ergo primo sequi ex nostra conclusione esse veram sententiam Aristotelis de æternitate mundi, quod est contra Fidem, probant ergo sequellam, quia si futura omnia existunt physice in æternitate mundus fuisset ab æterno physice, & realiter præsens, ergo ex nostra conclusione sequitur Aristotelicam sententiam de

æternitate

æternitate mundi esse veram. antecedens probatur, & explicatur nam ex eo quod futura omnia physicam, & realem existentiam sortiantur in æternitate, illa particula in æternitate non est dictio minuens aliquid de veritate existentiæ physicæ, & realis futurorum; Sed eo ipso quod nihil de veritate existentiæ realis futurorum diminuatur, habeant que proinde physicam, & realem existentiam sequitur quod mundus fuerit ab æterno; g° ex nostra conclusione sequitur mundum fuisse ab æterno. maior videtur certa, alias si ly in æternitate esset particula diminuens aliquid de veritate existentiæ physicę, & realis futurorum, solum habebunt existentiam obiectivam, in æternitate, cum inter existentiam physicam, & obiectivą, nullum videatur adesse medium. min. vero etiam constans videtur, nam si nihil diminuitur de veritate, & realitate existentiæ realis, g° habent ab æterno existentiam physicam, & realem, g° ab æterno existunt, g° ex nostra conclusione sequitur sentiam Aristotelis, de æternitate mundi, esse veram.

263

Secundum inconveniens quod ex nostra conclusione sequitur asserunt esse: Adâmum, & Antichristum, sibi invicem realiter coexistere, Similiter, & Creationem mundi, Christi Domini adventum, & ultimum iudicium, sibi invicem etiam realiter coexistere; g° implicatoria, & impossibilis est nostra conclusio. = antecedens probatur, & explicatur, nam quæcumque coexistunt uni tertio debent coexistere inter se; Sed Adâmus, & Antichristus, Creatio mundi, Christi Domini adventus, & ultimum iudicium, coexistunt uni tertio, scilicet æternitati, iuxta nostram conclusionem g° coexistunt inter se. maí ex ipsis terminis constat, si enim A, & B, coexistunt C, A, & B, sibi invicem, coexistunt; min. autem iuxta nostram conclusionem est vera, & consequentia infertur, g°. iuxta nostram conclusionem vera est antecedentis sequella, & coexistentia illorum extremorum.

264 Tertium inconveniens, quod ex nostra conclusione asserunt sequi est, quod destruatur essentia, & natura temporis; quod implicat, cum essentiae rerum nec per potentiam Dei absolutam destrui possint, nec variari. alias aliquod possibile ex terminis, redderetur impossibile ex terminis. quod est chymera. sicut est chymera, quod aliquod impossibile ex terminis reddatur possibile exterminis. sequella g° probatur, qui si tempus existeret physice in aeternitate, existeret in illa immutabiliter, nam unum quodque existit ad modum mensurae continentis, & mensurantis, sed hoc est contra essentiam temporis, quia ut ex eius deffinitione constat, tempus exigit existere mutabiliter, & cum successione, g° ex physica futurorum existentia in aeternitate, sequitur quod temporis essentia destruatur.

265 Quartum inconveniens quod contendunt sequi ex nostra conclusione est: duas contradictorias esse simul veras, quod est chymera, sequella probatur, nam de Antichristo, v.g. verificantur hae duae propositiones: * Antichristus est existens physice, in aeternitate, * Antichristus non est existens physice in aeternitate. probatur assumptum, & in primis prima supradicta affirmativa propositio est ipsa nostra conclusio. quod autem sit vera secunda, scilicet negativa propositio, probatur, quia haec propositio est vera: * Antichristus est non existens in aeternitate: * g° & haec est vera: * Antichristus non est existens in aeternitate, * consequentia tenet, iuxta regulam, ab affirmativa, ad negativam, variato praedicato, penes finitum, & infinitum, antecedens autem probatur, quia in hoc nunc Antichristus non existit, seu in hoc tempore Antichristus non existit, sed omne quod existit, & omne quod non existit in tempore, est, vel non est in aeternitate, g° Antichristus est non existens in aeternitate.

266 Rursus probatur idem assumptum nam haec propositio est vera: * Carentia existentiae Antichristi est aeternitate, * Sed carentia existentiae alicuius, est non existentia illius; g° in aeternitate est non

non existentia Antichristi, seu Antichristus, est non existens; probatur mai: probanda postea min: quia in hoc nunc est carentia existentiæ Antichristi, sicut, & fuit in toto tempore præterito, sed iuxta nostram conclusionem omne quod est in tempore existit in æternitate, ergo in æternitate est carentia existentiæ Antichristi.

267

Iam ergo probatur illa min. nam hæc propositio: * Carentia existentiæ Antichristi existit, * æquivalet huic: * non existit Antichristus: * ergo Carentia existentiæ alicuius, est non existentia illius, ergo de primo ad ultimum si est verum dicere: * in æternitate existit carentia existentiæ Antichristi * est verum dicere: * in æternitate non existit Antichristus. * ergo verificantur illæ duæ propositiones quæ absdubio sunt contradictoriæ.

268

Quintum inconveniens quod ex nostra conclusione asserunt sequi, est. quod bis quæcumque creatura producatur, quod est chymera. sequella probatur, & in primis quælibet res erit producta in æternitate; implicat enim alicubi creaturam existere, & ibi non esse productam, sed iuxta nostram conclusionem, creatura quælibet existit in æternitate, physice, & realiter, ergo est producta in æternitate; tunc ulterius, sed etiam producitur in tempore, ut de Fide constat; ergo sequitur quamcumque creaturam bis esse productam.

269

Sextum quod afferunt ex nostra conclusione est: Creaturas non fuisse ex nihillo creatas, sequella probatur, quia quando intempore creaturæ sunt, iam antea erant, nempe in æternitate; ergo illud esse præsuppositum in æternitate seu quod in æternitate habebant fuit, ex quo, tamquam ex præsupposito factæ fuerunt creaturæ in tempore. proinde quæ non fuerunt ex nihillo factæ.

270

Septimum inconveniens est: Mundum esse ita æternum ac Deus, quod patet, quia si mundus existit in æternitate, ergo numquam intelligitur sine esse, in æternitate enim, non est prius, & posterius, ergo intelligitur coexistere cum omnimoda simultate cum Deo.

211\. Octavum inconveniens est sequi ex nostra conclusione dari infinitum in actu secundum multitudinem; sed hoc est impossibile, ut probatur in libris Physicorum; ergo et nostra conclusio. Sequella probatur. quia si omnia futura existunt physice præsentia in æternitate, utique in illa existent omnes cogitationes hominum, et Angelorum, quæ ab ipsis in tota æternitate a parte post elicientur; sed hæ, ut constat, sunt infinitæ, ergo sequitur dari infinitum in actu secundum multitudinem.

212 Nec valet dicere solum sequi dari infinitum in actu in aliena mensura, non vero, in particulari, et propria, quod revera est unice dari infinitum in potentia. = Dices hoc non valere nam cum æternitas sit tota simul, et perfecta possessio, eo ipso quod futura existant physice in æternitate, existent utique iuxta modum ipsius æternitatis, proindeque ut adunata.

213 Nonum inconveniens est quia si futura existunt physice in æternitate, ut præsentia, Deus non cognoscet aliquid ut futurum; sed hoc videtur falsum; ergo futura non existunt physice præsentia in æternitate, sequella probatur quia tunc casus futurum non esset futurum, sed præsens, ut constat, ergo non cognosceretur a Deo ut futurum. min autem videtur certa, quia Deus cognoscit unum prius alio, prioritate se tenente, ex parte rei cognitæ, sed eo ipso debet cognoscere aliquod futurum, ut futurum; ergo falsum est dicere quod Deus non cognoscit futurum ut futurum.

§. XXIII. Combelluntur absurda.

Hæc

Haec sunt absurda, et inconvenientia contra nostram conclusionem, ab adversarijs conficta, sed revera mitia tella, et plumbeae sagittae contra adamantinum nostrae conclusionis scutum obiectiones istae unde ad lydium lapidem ipsius nostrae conclusionis tactae earum falacia haut difficulter conspicietur. levis enim vapor in radiantis lucis conspectu evanescit facile. 2) 4 2) 5

Primum g.o inconveniens de aeternitate mundi, ut falso existimavit Aristoteles, nullo modo sequitur ex nostra conclusione, quia aeternitas mundi a parte ante, quam contra nos obiiciunt, et quam defensavit Aristoteles, est aeternitas, in qua adaequate sumpta, et pro omni virtualitate illius mundus sortiretur existentiam in mensura propria, et adaequata; caeterum ex eo quod futura existant in aeternitate, ut in superiori, et aliena mensura ut nostra tenet conclusio, non sequitur quod mundus existat, vel extiterit per totam aeternitatem, adaequate sumptam, et secundum quod omni tempori vero, et imaginario correspondet, sed solum sequitur quod mundus sit in aeternitate in adaequate sumpta, et secundum quod propriae mundi durationi correspondet. 2) 6

Explicatur solutio. aliud enim est mundum existere in aeternitate, ut in aliena mensura; aliud autem mundum existere ab aeterno, ad primum enim sufficit quod mundus habeat existentiam in aeternitate secundum quod aeternitas correspondet propriae mundi durationi, ad secundum autem requiritur quod per totam aeternitatem, et secundum quod aeternitas correspondet omni tempori vero, et imaginario habeat mundus existentiam, ut dicitur somniasse, et tenuisse Aristotelem, primum tenet, et docet nostra conclusio; secundum autem, ut falsum refutamus. 2) 7

Unde respondemus, quod ly in aeternitate verum est, quod non est particula diminuens aliquid de veritate existentiae physicae, et realis mundi; caeterum insuper dicimus quod illa dictio determi-

nat mundi existentiam ut solum sit in ipsa aeternitate secundum quod aeternitas correspondet propriae mundi durationi, et per hoc patet, ad argumentum in forma.

278 Ad secundum, de mutua Antichristi, et Adâmi coexistentia, et similiter, de mutua creationis mundi, Christi Domini adventus, et ultimi iudicij coexistentia, respondemus nullatenus hoc ex nostra conclusione sequi, quia ut ex coexistentia duorum cum tertio arguatur coexistentia ipsorum inter se requiritur quod extrema coexistant cum tertio, adaequate, et in propria mensura; secus vero in adaequate, et in aliena mensura, Adâmus enim, et Antichristus (et idem dico, de alijs relatis coexistentijs) non coexistunt cum aeternitate adaequate sumpta, et ut si esset, propria extremorum mensura; unde non infertur coexistentia extremorum inter se.

279 Ad tertium de destructione essentiae temporis negamus sequellam. Cuius ratio est, quia ex eo quod tempus existat in aeternitate tempus solum habet immutabilitatem, et indeffectibilitatem quae se tenet ex parte aeternitatis mensurantis, et continentis non vero quae se teneat ex parte temporis, mensurati, et contenti, quod nullo modo est contra essentiam temporis, unde tempus conservat suam successionem in se, quia non existit tempus in aeternitate secundum unam indivisibilem virtualitatem, nam quae virtualitas, qua aeternitas uni temporis parti, vel uni temporis instanti correspondet non est virtualitas, qua mediante aliis partibus, seu instantibus correspondet, proindeque tempus in aeternitate conservat suam essentiam.

280 Quod aliis terminis solet explicari asserendo, quod tempori solum repugnat, immutabilitas, et successionis carentia, quatenus tempus est quaedam res mensurans active, secus vero ut est res quaedam passive mensurata, unde immutabilitas quam tempus in aeternitate sortitur convenit tempori, passive accepto, et ut est res quaedam mensurata secus vero active, et ut est mensura activa.

Sed

Sed dices: si futura existunt physice praesentia 281
in aeternitate tempus continebitur in aeternitate, non solum
ut est res quaedam passive mensurata, sed ut est mensura
activa: Nunc sic, per nos ut est mensura activa, debet ut
conservet suam essentiam habere successionem formalem
ergo vel prout sic non existit in aeternitate, vel si existit destru-
itur eius essentia. min. videtur evidens, quia ut est mensura
activa habet successionem formalem, et constituitur per hoc quod
sit: numerus motus secundum prius, et posterius, consequen-
tia vero infertur, quia si prout sic, existit in aeternitate habebit
immutabilitatem. mai. autem probatur quia tempus debet
existere in aeternitate, modo quo nunc existit a parte rei;
sed nunc existit ut est mensura activa rerum mutabilium, ergo
debet contineri in aeternitate, ut est mensura activa. 282

Sed contra quia licet tempus sit mensura activa rerum mutabi-
lium prout continetur in aeternitate solum est mensura men-
surata passive, ratio est quia licet tempus etiam prout est in
aeternitate mensuret, non mensurat aeternitatem sed res cor-
ruptibiles, unde respectu aeternitatis solum consideratur ut
est res quaedam passive mensurata. Et ad probationem
in contrarium dicimus verum esse quod tempus existit in
aeternitate, ut nunc existit a parte rei; caeterum sicut modo
tempus non mensurat active aeternitatem, sed ab illa men-
suratur, sic etiam quando dicimus quod tempus existit
in aeternitate, non illam mensurat, sed ab illa mensu-
ratur. 283

Ad quartum inconveniens de verificatione du-
arum propositionum contradictoriarum, negamus hoc ex
nostra conclusione sequi: affirmativa enim propositio nempe
haec: * Antichristus existit physice in aeternitate * solum
est vera. negativa autem est falsa, scilicet haec: * Antichris-
tus non existit physice in aeternitate. * 284

Et ad primam probationem in contrarium, respondeo concesso antecedenti, et
negando consequentiam, dicimus ergo esse veram hanc

propositionem: * Antichristus est non existens in æternitate * falsam vero hanc: * Antichristus non est existens in æternitate: * Cuius ratio est, quia ut teneat Dialecticorum regula, * ab affirmativa ad negativam variato prædicato penes finitum, & infinitum * debet servari eadem suppositio, & ampliatio, vel restrictio copulæ, in una ac in alia propositione; Si enim aliquid variatur non tenet consequentia, affirmativa g° de prædicato infinito habet quidquid requiritur ut sit vera; secus autem negativa de prædicato finito.

285 Explicatur, & suadetur solutio, quia copula affirmativa supponit determinate pro aliqua virtualitate divisive sumpta, scilicet, pro hac, vel pro illa virtualitate æternitatis, quæ utique non correspondet durationi propriæ subiecti, scilicet Antichristi, unde illa copula est restricta ad unam virtualitatem determinate, unde Antichristus in una determinata virtualitate æternitatis habet non existentiam, in illa scilicet qua mediante æternitas correspondet toti tempori vero, vel imaginario in quo Antichristus nondum existit, proindeque sicut nunc & toto tempore antecedenti ad hoc nunc, est verum dicere * Antichristus est non existens. * ita similiter hæc eadem propositio verificatur in æternitate prout correspondet huic nunc, & toti tempori præterito.

286 In negativa autem propositione scilicet in ista: * Antichristus non est existens in æternitate. * cum copula sit negata, supponit distributive pro omni virtualitate æternitatis, ratione illius signi * non quod est signum universale proindeque copula in propositione negativa non est restricta ad unam vel ad aliam virtualitatem æternitatis divisive sumptam, sed potius est ampla seu ampliata, ad omnem virtualitatem copulative sumptam, quia negatio, cadens supra copulam cum sit signum universale negativum totum negat, & falsum est dicere quod in nulla virtualitate æternitatis Antichristus habet existentiam, etenim habet existentiam in aliqua virtualitate æternitatis, in illa scilicet, secundum quam correspondit

pondet æternitas tempori, et durationi propriæ Antichristi, unde negatur prædicta consequentia, quia arguitur a non distributo, ad distributum, et a non amplo ad amplum.

Et per hoc patet ad secundam probationem in contrarium, unde similiter dicimus hanc propositionem esse veram: * Carentia existentiæ Antichristi existit in æternitate * falsam vero hanc: * Antichristus non existit in æternitate. * Et ratio est iam superius assignata. quia in affirmativa sufficit ad suam verificationem una vel altera virtualitas æternitatis, in qua Antichristus non sit, proindeque sit eius carentia; in negativa vero, cum ly non sit signum distributionis negat existentiam Antichristi pro omni virtualitate æternitatis, quod constat esse falsum.

287

288

Ad quintum inconveniens aliqui respondent quod productio creaturarum sumi potest dupliciter, active, scilicet, et passive, seu terminative, et asserunt quod si sumitur active sic ab æterno existit. cum sic sumpta sit ipsamet actio Dei; si vero creaturarum productio sumitur passive, seu terminative, hoc modo asserunt non existere in æternitate, sed solum in tempore.

289

Sed hæc solutio mihi non placet, falsa enim, et insufficiens est, nam ex illa sequitur quod aliquod futurum non existat physice in æternitate, quæ propositio contradictoria est nostræ conclusioni, tum et conclusioni Authoris præiactam solutionem tribuentis, sequella probatur, nam ipsamet passiva creaturarum productio in tempore existens, ut revera existit aliquod futurum est, v.g. Adami passiva, et terminativa productio, aliquod futurum fuit, antequam in tempore existeret: ergo si hæc passiva creaturarum productio non existit in æternitate, aliquod futurum non existit physice in æternitate.

290

Unde hac solutione ut falsa, et insufficienti relicta, respondeo negando sequellam, scilicet negando quod sequatur creaturas bis produci,

dicimus g° solum sequi eamdem met productionem creaturarum quæ in tempore, ut in propria mensura est, & exercetur, esse in æternitate, ut in superiori, & aliena mensura; non quia talis passiva, seu terminativa creaturarum productio sit antetracta ad æternitatem, sed quia æternitas, ad illam extenditur, illam que ambit, & continet, in suo infinito, & vastissimo sinu.

291 Ad sextum respondeo similiter negando sequellam, negando scilicet sequi creaturas non fuisse ex nihillo, etenim illud esse, & illam existentiam, quam creaturæ habent in æternitate, non est aliquod esse, vel aliqua existentia distincta ab esse, & existentia, quam habent in sua propria mensura, nempe in tempore, sed idem met esse, & existentia quam in tempore sortiuntur creaturæ, est esse, & existentia quam habent in æternitate, unde sicut in tempore habent esse ex nihillo, sic similiter in æternitate. etenim esse temporale non fit ex illo esse æternali, sed potius utrumque esse, est omnino idem absque distinctione aliqua etiam virtuali, solum diversum penes id quod in tempore est in propria mensura, in æternitate autem, ut in aliena. unde esse creaturarum prout in tempore, & prout in æternitate distinguitur penes mensuram continentem, secus vero ex parte rei contentæ.

292 Ad septimum respondeo negando mundum esse ita æternum ac Deus est, quia mundus et si existat, & extiterit semper in æternitate, non existit in illa adæquate, & pro omni virtualitate unde non durat in tota, & per totam æternitatem totaliter. & adæquate sumptam, Deus autem existit in tota, & pro tota, & per totam æternitate adæquate, & totaliter sumptam. unde non est idem.

293 Ad octavum respondeo admissa solutione ibi assignata, ut pote legitima, quam non infringit ratio in contrarium efformata unde non sequitur ex nostra conclusione dari infinitum in actu, seu cathegorematice, & ratio huius est, quia ut sequeretur infinitum in actu erat necessarium, quod omnes cogitationes hominum & Angelorum existerent

existerent in æternitate secundum unam virtualitatem quod non contingit, unde sicut ipsæ cogitationes in propria mensura servant ordinem prioris, & posterioris, sic similiter in æternitate eumdem ordinem prioritatis, & posterioritatis saltim virtualiter, nanciscuntur.

294

Ad nonum dicimus solum sequi Deum nihil cognoscere ut futurum in æternitate, quia ibi nihil est formaliter futurum, sed solum virtualiter, unde in æternitate omnia sunt præsentia. Cæterum ex hoc non probatur, quod Deus non cognoscat futura, quæ talia sunt respectu propriæ durationis ipsorum. Creaturæ enim in sua propria duratione, servant ordinem formalem prioris, & posterioris, proinde sunt simpliciter futura formaliter in sua propria duratione, prius enim tempore fuit Adamus quam Noe, & iste, quam Abraham, & iste quam Dabid & sic de alijs, unde sicut in tempore isti ordinem prioris, & posterioris adipiscuntur, sic unum est futurum respectu alterius, & cum necessario hoc cognoscat Deus, hinc est quod Deus cognoscit futura ut talia, sunt in sua propria duratione, & mensura.

§. ultimus.

Argumentum ex læsione libertatis proponitur, & solvitur.

295

Mira sunt quanta ad nostram conclusionem debellandam ab Adversarijs obiiciuntur tela! Sed quid in desperatæ causæ patrocinium non consiliavit adversarius? ast infælici sorte sagittam contra nostræ conclusionis solem immittit, se que

potius ipsum percutit, dum nos intendit debellare. Igitur anxius valde, iam infima penetrat, iam superiora discurrit, iam vel utrumque latus se vertit, ut ex hinc, vel ex inde copiis advocatis in nos possit insurgere. Vnde non incongrue illud furentis Numinis, & vociferantis Deae, ipsi appropriare nobis licebit; sic g° cum Poeta dicitur exclamasse Numen:

Flectere si nequeo Superos Acheronta movebo.

Cœlos g° pulsat adversarius, Patres consiliat, Sophysmata vocat, paralogysmos construit, & cum nullum ex illis sortiatur iubamen, Acherontis Satellites interpellat; hos quae suplex sibi pugnae in nostram conclusionem Duces, & Patronos asciscit, sed proh dolor.! cum ita futile auxilium in desperatae causae advocatur iuvamen!

296

Adversarij ergo se Patronos libertatis fingentes sic contra nostram conclusionem efformant discursum: Si futura existunt physice in aeternitate, actus nostri liberi ante quam fiant, & exerceantur in tempore erunt physice in aeternitate, g° non libere sed necessario omnino evenient in tempore, seu in sua propria duratione, & mensura. antecedens est certum cum actus nostri liberi antequam fiant sint futuri. consequentia autem probatur. quia illud non est liberum, sed potius necessarium, quod ita est, ut indeffectibiliter sit, & quod est impossibile quod aliter sit; Sed si actus nostri liberi ante quam fiant in tempore, & ante quam in tempore exerceantur, existunt physice in aeternitate, impossibile est quod aliter sint, & omnino infalibiliter evenient; g° non libere. sed necessario fient.

297

Maior videtur certa quia cum liberum sit illud quod est indifferens, ut sit, vel non sit, proindeque quod potest accidere vel non accidere, illud erit necessarium, & non liberum, quod indeffectibiliter eveniet, & quod est impossibile, quod non eveniat.

298

Minor vero probatur, quia omne quod existit in aeternitate, ut in aliena mensura debet necessario aliquando existere in sua propria mensura & impossibile est quod non existat in propia mensura, & duratione

tione, & hoc ita impossibile est, quod nec per potentiam Dei absolutam aliter possit esse. alias id, quod, ut præsens continetur in æternitate, non esset præsens, cum illud quod non est futurum relate ad suam mensuram non sit præsens in æternitate, unde esset, & non esset præsens. quod est chymera. g° actus nostri liberi necessario evenient. g° fatali quadam necessitate regimur.

299

Vnde sic in cœlum proclamant. g° frustra fiunt consultationes, & orationes, si iam quod eveniet est infallibiliter existens, unde dicere cogemur cum Seneca in Oedippo:*

Fatis agimur, cedite fatis,
Non solitæ prosunt curæ,
Mutare rati stamina fusi.*

Sive etiam dicemus cum Horatio lib. 1. Ode ad Fortunatum*

Te semper anteit seva necesitas.*

Ne g° hoc cogamur dicere, negare debemus physicam, & realem existentiam in æternitate.

300

Sed quis non miretur dum sic Adversarius proclamat.? dum q. se Patronum libertatis fingit, cum revera ipse suis armis sit ipsius libertatis debellator unde potius est in Cœlum spuere, quam solidum argumentum contra nostram conclusionem efformare, quid g° mirum si ipse suis armis se ipsum interimat, & se ipsum dum cœlum conspuit cecutiat! unde priusquam argumentum solvamus, in adversarium placet illud retorquere.

301

Demus ergo quod futura solum existant obiective in æternitate, (sive fundetur illa obiectiva existentia in decreto, ut vera tenet Thomistarum sententia, sive fundetur, in eorumdem futurorum veritate obiectiva, ut falso existimatur in Scientiæ Mediæ doctrina, sive fundetur, ubi quilibet voluerit, de quo in præsenti non licet disputare) tunc sic retorqueo argumentum

302 Actus nostri liberi ante quam sint in tempore & ante quam sint in sua propria duratione, & mensura obiective existunt Deo praesentia, nunc sic, ergo vel ita evenient, ut existunt obiective praesentia, vel non, vel saltim inquiro utrum aliter evenire possint;? si non ita eveniunt, vel si aliter ac sunt obiective praesentia possunt evenire, ergo falsificatur scientia Dei, vel saltim falsificabilis est, si ita eveniunt, ergo fatali quadam necesitate regimur, unde frustra fiunt consultationes, & orationes.

303 Si respondeas libertatem non adimi, quia quod eveniant futura, ut sunt obiective praesentia in aeternitate, dependet a nostra voluntate,

304 Tunc valius retorqueo argumentum, ergo inutiles sunt orationes, unde relegganda erunt vera quae in oratione Dominica quotidie recitamus, dum dicimus: libera nos a malo. sequellam probo ex discursu quem D. Hieronymus efformat contra Pelagianos, lib. 2. pag. mihi: 288. * quid dormitis? surgite, & orate ne intretis in tentationem. Debuit iuxta vos dicere: quid dormitis, surgite, & resistite, liberum enim habetis arbitrium, & semel vobis a Domino concessa potestate, nullius alterius indigetis auxilii, si enim hoc feceritis non intrabitis in tentationem * hoc hieronyminiano stabilito contra pelagianos discursu sic argumentor, iuxta solutionem traditam, quod sic eveniant futura pendet a nostra voluntate. ut quid ergo oramus, quod eveniat res, si in mea manu est ut eveniat? v.g. ut quid dicimus: da Domine, ut te diligamus, si dilectio est in mea potestate, imo ita est in mea potestate iuxta solutionem traditam, ut nequeinillam possit Deus me determinare, ergo frustranea est est oratio. imo, & irrisoria.

305 2° Confirmatur ex D. Augustino, lib. de natura & gratia. cap. 18. ubi ait: * quid stultius quam orare ut facias, quod in potestate habes. * quod & docet pluribus in locis, praesertim lib. de Bono Perseverantiae, cap. 20. ubi asserit quod debemus

debemus Deum quotidie orare dicendo * Da quod iubes, & iube quod vis: * quæ verba pluries dixerat lib. 10. Confessionum cap. 29. 31. & 37. 8° potius ex doctrina adversariorum sequitur oratione tolli de medio. 306

Pro omnibus

8 Respondeo Neutiquam everti libertatem ex physica præsentia futurorum in æternitate, proindeque neque ex obiectiva, quam etiam fatemur, quia actus nostri liberi solummodo eveniunt in tempore, ut sunt in æternitate, sicut solummodo sunt Deo præsentes in æternitate ut extituri sunt in tempore, ac proinde libere, cum sic libere eos evenire decreverit omnipotentissima voluntas divina, ex cuius decreto, ut primordiali fonte, & origine delibatur libertas secunda & creata. Et hoc pro nunc de libertate dixisse sufficiat, relinquendo examen attentius ad tract. de scientia Dei, quem Deo dante explanare conabimur. 307

Maneat ergo stabilitum futura omnia absolute talia, esse physice, & realiter præsentia in æternitate, ut in aliena, & superiori mensura, inadæquata utique respectu ipsorum, ut sic maxime nobis commendatur, tum Æternitatis divinæ infinitas in mensurando, tum Divinæ Sapientiæ immutabilis intuitio.

Omnia hucusque dicta cedant in laudem Æterni Numinis, Omnipotentis Dei, qui in Trinitate personarum unitatem in Substantia, Essentia, & Natura perfectissime servat. Cedant utique in Deiparæ laudem, a maculæ fœditate immunis, = & in laudem utriusque Doct. Aug. & Thom. quorum doctrinam ex corde sequi conati sumus. & denique cedant in Omnium SS. Gloriam.

Sub Correctione Sanctæ Romanæ Ecclesiæ

FINIS.

INDEX

PAG. N

TRACTATUS DE ÆTERNITATIS ATTRIBUTO 01=00

DISP. I. DE QUIDDITATE ÆTERNITATIS. 01=00

QUÆST. UNICA.

Quid sit Æternitas? 01=00

§. I. Explicatur Æternitatis definitio. 01=01

§. II. Statuitur prima conclusio, & Explicatur an Æternitas includat durationem respectu Dei, & quomodo? 02=07

§. III. Dilluuntur replicæ. 03=03

§. IV. Statuitur secunda conclusio, & Explicatur an Æternitati conveniat ratio mensuræ? 05=23

§. V. Dilluuntur replicæ. PAG: N 05=27

§. VI. Aliæ obiectiones solvuntur. 08=46

DISP. II.

DE EXISTENTIA FVTVRORVM IN ÆTERNITATE.

12=00

QVÆS. VNICA.

Vtrum futura contingentia absoluta existant physicè in Æternitate? 12=00

§. I. Prænotantur nonnulla. 12=01

§. II. Statuitur conclusio, & Patrum testimonio roboratur. 14=12

§. III. Ex mente Divi Thomæ probatur conclusio 15=29

§. IV. Ratione desumpta ex conceptu durationis infinitæ probatur conclusio 16=29

§. V. Suadetur conclusio ratione desumpta ex conceptu mensuræ infinitæ. 26=99

§. VI. Paritas de Immensitate proponitur. 27=100

§. VII. Duæ solutiones adhibentur. 27=102

§. VIII. Reiiciuntur 28=109

§. IX. Huius occasione aperitur iudicium. 30=119

§. X. Alia ratione desumpta ex Immutabilitate Scientiæ Dei suadetur conclusio. 33=133

§. IX

PAG. N.

§. XI. Proponitur quædam specialis replica. 34=140
§. XII. Reiicitur. 35=145
§. XIII. Alia proponitur replica. 36=153
§. XIV. Speciale argumentum contra bancrationem proponitur. 41=185
§. XV. Duplici via occurritur. 41=186
§. XVI. Alia ratione desumpta ex Scientia Dei, ut est intuitiva fulcitur conclusio. 43=201
§. XVII. Aliquibus exemplis corroboratur ultimo conclusio. & 1. de intellectu. 47=226
§. XVIII. Sit secundum de circulo 49=234
§ XIX. Sit tertium de intuente ex alto. 49=237
§. XX. Obiiciuntur aliquæ authoritates quæ militare videntur contra nostram conclusionem. 50=238
§. XXI. Præiacta testimonia explicantur in favorem nostræ conclusionis. 51=248
§. XXII. Aliqua absurda ab Authoribus contrariis conficta referuntur. 53=261
§. XXIII. Combelluntur absurda. 55=274
§. Ultimus. Argumentum ex læsione libertatis proponitur, & solvitur. 59=295

Habet paginas = 61 = & n. 307 = 61=307



Epigramma. ex anagramate

Augustinus de Herrera.

Heu dure asinus errat.

Durus in errore Herrera ut quoque iurgia spernat.
Sic errans Asinus verbera sepe silet.
Sed cognomen habens, ubi sepe figura canina
Non solum est asinus, mordet Herrera simul.
Ast mordens talis voluit si Herrera vocari
Bestia; Cur mores non trahit inde canis?
Nam canis est Lunæ latrare; audentior iste
Solis in aspectum tollere vult oculos
Lumina sed flectens fortase fatebitur ipse
Noctua quot Solem cernere nulla potest.

IHS MARIA

TRACT9 DE SCIENTIA DEI

expositus

A

P. Ioanne de Cardenas, e Mendieta in D. Caroli Borromæi, PP. C.R.M. Salmantino Collegio Vespertino Lectore.

Sedem sibi vendicat tractatus iste

APUD

D. THOMAM

1. P. Q. 14. & 1. Dist. 35. & Q. 2 de Verit. & 1 CONTRA G. cap. 44.

PRO

Cursu ab Anno Dni 1682, ad 1683.

PROŒMIUM

Post considerationem eorum, quę ad Substantiam Dei pertinent (ascerit Angelicus Magister in principio proœmii huius questionis decimę quartę,) quod restat considerare de his, quę pertinent ad operationem ipsius, quibus verbis denotat Ang. Preceptor methodum rectam quam insequi debemus in cognitione scientifica; etenim prius est cognitio eorum quę ad Substantiam rei expectant, quam eorum quę ad operationem ipsius attinent; nam ut communiter dicitur; operari sequitur ad esse, unde prius egit Divus Thomas de attributis divinis quę ad lineam essendi attinent, quam de illis, quę ad lineam operativam expectant.

Quocirca in hac q. 14 prius agit D. Thomas de Scientia Dei, quę utique est attributum ipsius, ad lineam intellectivam pertinens, quam quod de Voluntate, vel de Amore Dei, egisset, utpote expectantes ad lineam Volitivam quę ex natura rei posterior est linea intellectiva.

Nos ergo hanc questionem 14 D. Thomę, quę est de Scientia Dei selegimus enodandam, et explicandam, profundum utique vastissimum, et immensum precontinentem difficultatis pelagus: utinam que feliciter ad veritatis ripam, evictis procellis, superatisque tot imminentibus difficultatum pondere naufragiis, navim nostram, utique tenuem et debilem, ingenioli nostri transferamus. Sit que D. Thomas Dux, ut ad Lydium lapidem ipsius mirabilis doctrinę nostrum referendo

dictamen feliciter imminentes difficultates vincamus. igitur nobis Domini preceptu impositu intelligamus, dum Petro Apostolorū Principi dixit: Luce. cap. 4. * Duc in altū, & laxare retia in capturā * profundū ergo disputationū pelagus, Deo favente, & Angelico Mag.° adiuvante pertransire conemur, etenim Dei Auxilio, & Angelici Magistri doctrina portū veritatis feliciter dignoscemus, & si tot ambagibus tenebris & tantis & argumentorū fallaciis ipsū obnubilare contendant, lucescente enim angelica doctrina exul erit paorsus, quaelibet falsitatis Caligo. iam ergo Angelici Magistri insequendo doctrinā disputationū instituimus initium=



DISPVTATIO PRIMA DE SCIENTIA DEI SECVNDVM SE

QVÆSTIO. I.

RATIO, QVA D. THOMAS PROBAT DEVM ESSE INTELLECTIVVM, & IN EO ESSE SCIENTIAM, SIT DEMONSTRATIVA A PRIORI, & PROPTER QVID?

§. I.

Aperitur sensus quæstionis & prænotantur non nulla.

Impiorum sententiam fuisse Deum non esse intellectivum, nec cognoscitivum, affirmat Regius Psaltes, dum in Psalmo 93. de ipsis ait: * ~~[illegible]~~ Et dixerunt non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob, * quos reprehendit idem Regius Psaltes, ibidem dum ait: * intelligite insipientes in populo, et stulti aliquando sapite: qui plantavit aurem non audiet? aut qui finxit oculum non considerat? qui corripit gentes non arguet? qui docet hominem scientiam? Dominus scit cogitationes hominum quoniam vanae sunt. *

2 Huiusmodi sententiae qui insipienter Solem, et Lunam ut Deos religione colebant, nam Solem, ut per noctem eorum pravas operationes non inspiceret, et Lunam ut per diem ipsorum impias operationes non cognosceret.

3 At non solum Veritas Catholica Deum esse intellectivum, et Cognoscitivum fatetur; verum et hoc ipsum ratio naturalis dictat, et demonstrat, dum Aristoteles, solo lumine naturali praeditus Substantiam immobilem, et Deum esse fatetur, et a qua omnia moventur, diriguntur, et gubernantur, dignoscit. dum de ipsa prima Substantia immobili; quam et vocat MENS, et primum principium immotum omnia movens, ait, 12 Met. cap. 11 text. [illegible] * apud D. Thomam lect. 12. * Sive enim nihil intelligat, sed ita se habeat ut dormiens, quidnam praecellens erit? * seipsum ergo intelligit + dixerat enim antea id est. tex 39. apud Ang. M. lect. 8 * dicimus itaque Deum sempiternum, Optimum et viventem esse * Unde fertur dixisse Aristotelem Deum esse: id quo nihil melius. quibus verbis mirifice Dei naturam, et Substantiam expressit, relinquitur ergo, ut ratione naturali manifestum Deum esse intellectivum, et Cognoscitivum. quod et pluribus in locis docet Sacra pagina etenim Psalmo 137 dicitur * Excelsus Dominus, et humilia respicit, et alta a longe Cognoscit. iam ergo ad rationem D. Thomae, quos ad hoc manifestandum utilem deveniamus.

[margin: + si est quidem quod optimum est.]

4 Pro cuius intelligentia notandum est primo quod D. Thomas in hoc ar. 1. et si interroget, utrum in Deo sit scientia? tamen cum scientia nequeat competere Substantiae, quae intellectiva non sit, prius pro inde est disquirendum: An ex immaterialitate recte, et a priori

priori demonstretur intellectualitas? quae inquirere, utrum talis intellectiva cognitio habeat rationem scientiae, seu sit scientifica?

5

Notandum est 2° quod in quaestionis titulo non solum quaerimus utrum ratio D. Thomae sit demonstrativa? sed et insuper utrum sit demonstrativa demonstratione apriori, et propter quid? nam quod praedicta ratio demonstrativa sit, saltim demonstratione quia, quae utitur talis est a signo quatenus nullum cognoscitivum est, quod non sit immateriale, nullus dubitat, igitur quod in dubium vertimus est: an talis ratio sit demonstratio stricta, et propter quid, quae utitur talis est a priori, et non quomodocumque sed per causam proximam, et immediatam. Unde est idem ac si inquiramus, utrum omnis substantia eo ipso quia immaterialis, sit intellectiva? vel utrum immaterialitas sit radix proxima et immediata intellectualitatis?

6

Prima sententia est negativa. et asserit: quod ratio, qua in praesenti utitur Angelicus Magister ad probandum intellectualitatem Dei, ex eius immaterialitate non esse demonstrationem strictam, et apriori, sed tantum aposteriori, et a signo, quatenus ex immaterialitate infertur nobilitas entis, cui debetur nobilior operatio, quae est intellectio. hanc sententiam tenet Gabriel. et Ocham in 1. dist. 35. q. 2. ar. 1. Aureolus ibidem q. unic. et ex nostris RR. et SS. P. M. Raphael de Aversa. in hac. 1. p. q. 14. sect. 1. §. sed quamvis. dum ibi asserit iste SS M. rationem D. Thomae demonstrativam non esse, sed ex probabilibus tantum principiis, et coniecturis procedere. et est haec sententia Communis inter Scotistas, et AA. Societatis.

7

Secunda sententia affirmat rationem D. Thomae, qua utitur in praesenti, esse demonstrationem strictam, et a priori, procedereque per radicem proximam, et immediatam intellectualitatis, esseque proinde demonstrationem propter quid. hanc sententiam tenent omnes thomistae tam antiqui quam moderni. unde in longum esset illos recensere. ipsos sequuntur alii ex externis. cum nostris ergo thomistis nostram conclusionem statuamus. sit ergo

§. II.
Statuitur Cl.o

8 Sit nostra Cl.o Ratio D. Thomæ, quâ in præsenti probat Deum esse intellectivum quia immaterialis, est demonstratio stricta, et apriori, et propter quid. Unde immaterialitas est adequata, immediata, et proxima ratio apriori intellectualitatis.

9 Hæc conclusio, non, aliter melius, potest probari quam mirum artificium D. Thomæ construendo, et ipsum explicando. unde sic in forma construitur ratio Ang. Mag.: Omnis substantia immaterialis, quia immaterialis, est cognoscitiva, et intellectiva; Sed Deus est substantia immaterialis; ergo Deus est intellectivus, et cognoscitivus. Min. supponit D. Thomas, ut evidentem, et per se notam etenim immaterialitas, vel sumitur pro exclusione materiæ physicæ vel pro exclusione omnis potentialitatis, quæ est materia metaphysica, seu imperfectio in eâ dem linea: sed quocumque modo sumatur immaterialitas Deus est summe immaterialis, cum sit actus purus, immunis proinde ab omni labe imperfectionis, et materiæ; ergo Deus est summe immaterialis.

10 Maior autem, in qua est difficultas, sic probat Ang. M.: Nam esse aliquam substantiam intellectivam, est esse capacem fieri omnia, suscipiendo formas rerum sine materia, et in esse intelligibili seu intentionali; Sed omnis substantia immaterialis, quia talis, est huiusmodi; ergo omnis substantia immaterialis, quia talis, est cognoscitiva, et intellectiva. Conseq.a infertur, sunt namque præmissæ dispositæ in recto modo, et figura, nempe in Barbara. præmissæ ergo indigent probatione, et explicatione. Maiorem ergo probat D. Thomas ex Aristotele pluribus in locis, et ex ipsa natura substantiæ intellectivæ, etenim intelligere, nihil aliud est quam intus legere, seu intus percipere, quod ad extra habet suæ naturæ, et quidditatem; ergo cum impossibile sit quod illud quod est extra reponatur intra intelligentem in suo esse naturali, sequitur quod debeat poni intra intelligentem in aliquo esse altiori, et perfectiori, quod utique est esse absque materia, aliunde non

non esset elevatius, & perfectius, unde Aristoteles. 3. de Anim. sepe docet, quod Anima intellectiva fit res intellecta, & pariter fit omnia. ait enim tex. 8. loquendo de intellectu * ubi autem eo modo singula factus fuerit sciens in actu appellari solet * & tex. 14 ait * quodammodo est intellegibilia intellectus, sed actu nihil, ante quã intelligat * quod & docet. tex 17. & 34. & pluries in 3. de Anim. ex quibus omnibus liquet, quod esse aliquã substantiam intellectivam nihil aliud est quã esse capacem fieri omnia, recipiendo nempe formas rerũ sine materia. seu in esse intentionali. 11

Minorẽ autẽ probat D. Thomas, tum ratione, tum ex Aristotele. Ex Arist. quidẽ nã 2 de Anim. tex. 124 docet quod Plantę non cognoscunt propter suã materialitatẽ, unde ait * Constat etiã cur plantę non sentiunt, cum tamen habeant quãdã partem animę, causa huius est, quia patiuntr cum materia * 12

Ratione autẽ probat D. Thomas prędictã min. ex eo quod formę secundũ quod sunt magis immateriales, secundũ hoc magis accedunt ad quãdã infinitatẽ. Ex qua propositione D. Thẽ sic efformatr discursus: Quia capacitas recipiendi formas rerũ sine materia, seu in esse intelligibili, & intentionali, est illimitatio quędã, & amplitudo illius naturę, sic potentis recipere formas rerum sine materia; sed immaterialitas, est ratio adequata, & proxima, huius amplitudinis, & illimitationis, in forma, seu in substantia gaudente immaterialitate, ergo omnis substantia immaterialis, quia talis, est capax recipiendi formas rerũ sine materia. & in esse intelligibili. = 13

Maior huius discursus, est evidenter nota, etenim forma, vel substantia. quę non solũ habet suũ esse, sed etiã taliter potest habere aliorũ formas, quod sinat eas esse suas, seu aliorũ, etiã si ipsas in se retineat, est forma dicens illimitationẽ, & amplitudinẽ, seu infinitatẽ quamdã, quo pacto Aristoteles dixit de intellectu, esse quid excellentius, quia est quodã modo omnia * 14

Min. vero probat D Thomas,

Ex eo quod Coarctatio formæ est per materiam; ergo immaterialitas, est ratio proxima, et adæquata, amplitudinis, et illimitationis in forma; patet consequentia. nam quando aliqua duo directe opponuntur, quod ponit unum, aufert aliud, et econtra, unde est commune proloquium quod * Oppositorum opposita sunt qualitates *

§. III.

Proponitur quædam replica.

15 Replicabis quod exterminis limitatio quæ provenit formæ ratione materiæ nequit esse ratio adæquata ut forma illa sic limitata non sit cognoscitiva: ergo e contra immaterialitas seu elongatio a materia, vel carentia ipsius nequit esse ratio adæquata intellectualitatis. patet consequentia ex doctrina quæ nuper tradebamus. Antecedens, autem probatur. tum ab exemplis, tum apriori. ab exemplis quidem, nam Bruta omnia, materialia sunt, et tamen sunt cognoscitiva, etenim sicut intellectus intelligendo fit res intellecta, ita sensus sentiendo, seu cognoscendo, fit res cognita, seu res sensita, unde Arist. lib. 2. de Anim. tex. 121. sic ait * Oportet autem universaliter de omni sensu accipere quod sensus est susceptivus sine materia, ut cera annuli sine ferro, et auro * recipit signum, accipit autem aureum aut æneum signum, sed non in quantum aurum, aut æs, igitur stat quod materialitas non impediat cognitionem, ac proinde neque immaterialitas erit proxima et adæquata ratio intellectualitatis.

16 Ratione autem sic probatur idem antecedens. Nam eatenus limitatio quæ provenit formæ ratione materiæ esset ratio adæquata cur talis forma non esset cognoscitiva, quatenus est proprium materiæ coarctare, et limitare formam, ut docet Ang. M. in ar. 1. huius quæst.; sed limitatio, quam præstat formæ materia, si est talis conditionis quod impediat ut forma sit cognoscitiva, sequitur quod potius immaterialitas, sit etiam principium impediens cognitionem, imo potiori titulo quam materialitas; ergo ex terminis limitatio quæ provenit formæ ratione materiæ nequit

nequit esse ratio adequata, ut forma illa sic limitata non sit cognoscitiva. Conseq. infertur ex premissis, et maior est D. Thome, unde solum restat probanda minor. Nam limitatio, et coarctatio que forme prestat materia solum est talis individualiter, quatenus nempe materia est principium, ut forma sit hæc, et determinetur ad hoc subiectum in individuo; Sed immaterialitas prestantiori modo prestat hanc individuationem, unde qualibet forma spiritualis, seu immaterialis, a se ipsa habet quod sit hæc, et constituatur in individuo; imo spiritualitas seu immaterialitas, non solum limitat, et coarctat formam ad esse individuale, sed specifice illam limitat, unde iuxta communem D. Thome doctrinam 1. p. q. 50. ar. 4. implicat multiplicitas numerica intra eandem speciem Angelicam, que repugnantia unice probatur ob carentiam materie a qua provenit multiplicitas, intra eandem speciem; ergo si limitatio quam prestat forme materia talis conditionis est ut ipsam impediat ne sit cognoscitiva, potiori titulo immaterialitas erit etiam principium impediens cognitionem ergo a primo ad ultimum sequitur quod materia non ex eo quod limitat formam est principium impediens cognitionem, ac proinde neque immaterialitas erit ex hoc capite principium seu radix intellectualitatis.

Sed contra, et respondeo negando ant. Nam ex terminis limitatio, que provenit forme ratione materie, non solum illam individualiter limitat, sed ita illam coarctat ut non sinat quod forma possit operari superando conditiones materie ut videre est in formis substantialibus non viventium, vel viventium solum vita vegetativa, in quibus cum propria ipsorum forma sit omnino immersa in materia, neutiquam invenitur operatio aliquomodo cognoscitiva, unde ut aliquæ substantie, et si materiales possint elicere aliquas operationes cognoscitivas in linea sensitiva, (quod genus cognitionis, est quid perfectissimum ad quod substantie materiales possunt pertingere), necessarium est quod earum forme sint aliquomodo elevate supra materiam, seu non immerse omnino in materia.

Esse autem aliquam formam non immersam omnino in materia, sed potius elevatam aliquomodo supra ipsam

est operari superando conditiones materiæ, et dispositiones ipsius, quæ constant ex quatuor primis qualitatibus, et ex alijs secundis, primis affinibus, ut sunt levitas, et gravitas, durities, et mollities, asperitas, et lenitas, et aliæ huiusmodi. unde quando forma taliter in suis operationibus dependet a materia, quod absque temperamento primarum qualitatum, et absque dependentia ab alijs secundis qualitatibus non potest operari, tunc talis forma, neutiquam est cognoscitiva neque imperfecte. = Et e contra si in operando superat modum materiæ, qui modus est recipere entitative qualitates, tunc forma est cognoscitiva, magis nempe vel minus, iuxta modum ex cessus supra materiam, quo pacto Bruta quæ in operando superant conditiones materiæ, sunt proinde cognoscitiva, et per consequens taliter ad sentiendum recipiunt formas rerum sensibilium, quod non limitant ipsas res sensibiles, faciendo eas proprias, modo quo materia recipit formas, nam ista, ita illas recipit quod eas facit suas, non solum ipsas individuando, sed eas coarctando et proprias faciendo. unde Bruta taliter recipiunt formas sensibiles, quod eas relinquunt aliorum proprias, proinde que sunt cognoscitiva.

19 Pro cuius maiori explicatione, et replicæ factæ solutione notandum est maximum discrimen, quod versatur inter hoc quod est recipere formam alterius, et hoc quod est recipere formam alteram, nam cognoscentia recipiunt formam alterius, idest taliter, quod et si sit recepta in cognoscente, tamen non fit propria cognoscentis, sed alterius, nempe obiecti cogniti. unde individuationem sortitur talis forma non a cognoscente, sed a subiecto in quo est secundum suum esse naturale. et entitativum scilicet ab obiecto cognito. qui modus recipiendi formam constat non esse proprium materiæ, nam ista recipit faciendo suam, formam quam recipit, unde illam individuat, et multiplicat, et non sinit quod talis forma in ipsa recepta, sit alterius, aliam naturam, seu aliud compositum constituendo, unde materia recipit formam alteram. et per hoc patet quomodo materia impediat cognitionem, et immaterialitas sit principium ipsius, nam immaterialitas facit quod recipiatur forma ita ut non sit propria recipientis, sed relinquit locum ut sit propria rei intellectæ, unde immaterialitas est principium illimitationis, et intellec-

intellectionis, proinde quo aliqua substantia est immateria-
lior eo est illimitatior, ac perconsequens summa immateriali-
tas est radix infinitae et summae intellectualitatis. 20

Et per hoc patet ad replicam cum suis probationibus. ad primam desumptam ex cognitione Brutorum dicimus, quod Bruta etsi sint omnino materialia in essendo, non tamen in operando, seu ut formalius loquar ipsum esse Brutorum est aliquomodo supra conditionem materiae, quod colligitur ex eorum operatione; nam operari sequitur ad esse, unde eliciunt operationes nempe sensationes, recipiendo formas, scilicet species sensibiles, non ad modum receptionis materialis, modo quo recipiuntur qualitates in materia seu in subiecto; sed altiori modo idest in esse intentionali, nempe relinquendo quod talis forma non sit sua, et propria Brutorum, sed eam relinquendo propriam obiectorum cognitorum. unde non est mirum quod Bruta sint aliquomodo cognoscitiva, imo hoc est necessarium cum habeant modum operandi, supra materiam modo explicato. 21

Ad aliam probationem sumptam a ratione dicimus quod modus limitandi quem habet materia, est ita crassus et materialis, ut non solum sit individuando, (individuare enim exterminis non est imperfectio, ut patet in Angelis et in Deo) sed etiam multiplicando formas, et ipsas proprias faciendo, et ad suum esse materiale coarctando; Caeterum immaterialitas taliter causat individuationem, quod se ipsam reddit immultiplicabilem non solum numerice, sed etiam specifice. unde forma quam recipit et quam acquisivit deforis ut sic dicamus, non facit suam, unde sinit capacitatem ad hoc quod etsi sit in se recepta, tamen sit alterius, scilicet propria rei intellectae. et proinde immaterialitas est radix proxima et immediata recipiendi formas intelligibiliter et sine materia, unde et est radix intellectualitatis.

§ IV

Proponitur alia replica, et eius occasione explicatur haec propositio: Cognoscentia nata sunt habere formam rei alterius.

22 Sed replicabis nã etiã hæc differentia a nobis assignata nempe quod cognoscentia recipiunt formã alterius, secus autẽ non cognoscentia, verũ non tenet nã etiã corpora diafana, ut aer, & speculũ recipiunt formã alterius, scilicet speciẽ sensibilẽ, quæ non est forma propria aeris, vel speculi, sed obiecti, a quo emittitur, ergo stat quod aliqua forma recipiatr in esse intentionali in aliquo subiecto, quin ex indè convincatur, tale subiectũ esse cognoscitivũ.

23 Occasione huius replicæ, insudant valdè aliqui ex nostris Thomistis, explicando in præsenti pagiatã opositionẽ, quæ etiã est Angelici Magistri, undè aliqui respondent huic replicæ assignando discrimen inter cognoscentia, & non cognoscentia in eo quod cognoscentia recipiunt formã alterius per identitatẽ, ita scilicet ut non solũ intelligibilitas speciei, sit eadẽ specie, & numero cũ intelligibilitate ~~obiecti~~, speciei, sed etiã cũ intelligibilitate obiecti solũ cũ distinctione in modo illã habendi. idest cũ distinctione in esse entitativo, & naturali, undè ipsa cognoscentia actuata speciebus, identificantr cũ illis in esse intelligibili, & intentionali, & si distinguantr pluſquã numero in esse entitativo, & naturali, undè intellectũ actuatus specie leonis est leo intelligibilitr, & intentionalitr, seu identificatr cũ leone in esse intelligibili, & intentionali, & si non in esse naturali, & entitativo. & per hoc explicant dictũ Aristotelis, quod animo fit quodammodo omnia, & intellectus intelligendo fit omnia, ita SS & RR. PP. Salmanticenses. in præsenti.

24 Cæterum & si hic modus dicendi aliquibus Thomistis placeat, & revera sit valdè probabilis, maxime propter authoritatẽ horũ SS. PP. & PP. Complutensiũ, aliquibus alijs Thomistis, difficilis valdè, & implicationibus plenus visus est, quod ipsũ & mihi videtur. imo iudico esse inconexũ locutionẽ dicere quod species intelligibilis, & obiectũ identificantr in esse intelligibili, & quod intellectũ actuatũ specie intelligibili, leonis. v.g. identificatr cũ leone in esse intelligibili; etenim sicut unio per compositionẽ, & per informationẽ est de linea entis, ita unio per identitatem est de linea entis. Undè

Unde nequit convenire intellectui etiã actuato per speciem intelligibile quia unio intellectus cũ specie est formalissime in esse intelligibili, & intentionali quæ linea est omnino diversa, & distincta a linea entis, ita similiter unio identitatis, seu per identitatẽ est unio formalissima de linea entitativa, identitas enim est perfectio seu prædicatũ quod in linea entis verificatur de rebus, quælibet enim rei est eadẽ sibi ipsi seu identificatur cũ se ipsa, ergo identitas est perfectio seu prædicatũ de linea entitativa, ergo dicere quod species intelligibilis identificatur in esse intelligibili cũ intellectu actuato per ipsã est incongrua locutio, ne dicam implicationẽ esse in terminis, 25

Alijs etiã rationibus, efficacibus, & si Communibus, impugnatur prædictus modus dicendi, nã ea quæ possunt ad invicem separari in linea & in ordine in quo separantur. nequeunt non distingui, si enim realis & vera & mutua separatio non arguit realẽ distinctionẽ, utiq nulla erit formalitas, seu nullũ erit prædicatũ distinctionẽ realẽ significans, sed intellectus & species intelligibilis ad invicẽ sunt separabilia, etiã in esse intelligibili, & intentionali, ergo intellectus & species intelligibilis ad invicẽ differunt realiter, & n. sunt idẽ etiã in esse intelligibili & intentionali. Mai. videtur evidens, & conseq. infertur & similiter min. est nota, cũ pluries separetur ab intellectu quælibet species intelligibilis, ut patet per oblivionẽ vel per inconsiderationẽ. 26

Rursus ea quæ adinvicem non identificantur uni tertio, sed potius rebus distinctis realiter identificantur, nequeunt identificari inter se; sed species intentionalis, & obiectũ, & intellectus, non identificantur uni tertio in esse intelligibili, & intentionali; ergo non identificantur inter se: discursus videtur evidens, & maior continet unũ primũ principiũ, & per se notũ, scilicet * quæ identificantur uni tertio identificantur inter se, * quod unice exceptionẽ, & explicationẽ habet in Divinis, ex eo quia ibi distinctio rationis sufficit ad inferendũ idẽ quod in rebus creatis infert distinctio realis, unde & si Pater, &

Filius, & Spiritus Sanctus identificentur uni tertio nempe Essentiæ divinæ, non tamen ex inde licet inferre quod Personæ identificantur inter se. Unde ponere quod in rebus creatis verificatur quod aliquæ res non identificantur uni tertio, & quod alias identificantur inter se est ponere aliquid vel mirabilius Trinitate, vel ad minus ita mirabilius ipsa. Min. etiã videtur evidens, nã esse intentionale speciei identificatur cũ esse naturali, & entitativo ipsius speciei, sicut & esse intelligibile ipsius obiecti identificatur cũ esse naturali, & entitativo ipsius obiecti,; etenim intelligibilitas seu esse intelligibile & intentionale, speciei, & obiecti, est propietas seu passio metafisica ipsorũ in esse naturali, & entitativo, & fundatur pro inde in ipso sui ipsorũ esse naturali. ergo evidens est quod esse intelligibile speciei, & esse intelligibile obiecti non identificantur uni tertio, ac proinde neque identificantur inter se.

2) Rursus, quia ex terminis esse intentionale, & intelligibile speciei identificatur cũ esse entitativo, & naturali ipsius speciei, Species qua Deus redditur intelligibilis ab intellectu Creato est ipsa Essentia divina, quia in Essentia divina seu in Deo, esse naturale, & entitativũ cũ quo identificatur esse intelligibile speciei, est ipse Deus, unde ut docent nostri Thomistæ ad q. 12. huius 1. p. implicat species creata repræsentans quidditative Deum; ergo signũ est quod esse intelligibile & intentionale speciei ex terminis identificatur cũ esse naturali, & intelligibili ipsius,; implicat ergo quod species intelligibilis, & obiectũ intellectũ, & intellectus intelligens identificentur in esse intelligibili.

28 Rursus intelligibilitati cui veniunt diversa prædicata in esse intelligibili, non est eadẽ cũ alia intelligibilitate, cui alia diversa prædicata in esse intellilligibili conveniunt, sed intelligibilitati speciei, diversa prædicata, in esse intelligibili conveniunt, ac conveniunt obiecto, & intellectui actuato per speciem, ergo intelligibilitas horũ non est eadẽ. cetera patent & probatur min. nã intelligibilitas obiecti, est talis remote, intelligibilitas speciei, est talis proxime, & intelligibilitas intellectus est talis in actu secundo, sed prædictæ intelligibilitates differunt, ut per se patet; ergo obiectũ, species intelligibilis, & intellectus non identificantur in esse intelligibili, & intentionali.

Rursus

Rursus, Si ex terminis intellectus actuatus per speciē 29
leonis, v.g. identificatr cū specie, & cū leone in esse intelligibili
& intentionali, & si non in esse naturali, & entitativo, intellectus
creatus similiter videns Deū quidditative, & intuitive iden-
tificabitur cū Deo, saltim in esse intentionali, & intelligibili; sed
hoc est impossibile, & implicatoriū; ergo similiter implicat quod
intellectus actuatus per speciē quālibet, identificetur cū ipsa in
esse intelligibili, & intentionali. = sequella maioris constat, ratio
enim qua sturtr predicti BB. utrūq probat. ratio enim qua stun
tur est, quia species leonis, v.g. representat, non quālibet, sed hunc,
& intellectus non quālibet, sed hunc leonē per hanc speciē cog-
noscit. qui est determinate intelligibilis sua propria intelligibi-
litate, & non alia. ~~[struck]~~ Sed Deus qui represen-
tatur Beatis per hanc speciē, est hic numero, Deus, & non alius
ergo ratio expiacta utrūq probat. = probatr ergo min. quia cū
esse intelligibile, & intentionale speciei, quā Deus represen-
tatur Beatis, sit essentia divina, & tale esse intentionale di-
vinū speciei intelligibilis, scilicet Essentiæ divinæ quæ unitur
cū intellectu creato per modū speciei, identificetr cū esse natu-
rali, & entitativo ipsius Dei, Si alioquin intellectus creatus
videns Deū per essentiā identificatr cū Deo in esse intelligi-
bili identificabitur omnino cū Deo in esse naturali, iuxta
illud * quæ cū eodē identificantur uni tertio, identificantur inter se *
sed est impossibile quod Creatura identificetr cū Deo, & sit
Deus; ergo & id ex quo sequitr implicatoriū est. 30

Rursus, intellectus actuatus per speciem in esse intelligibili, perfi-
citur ab specie in eodē esse; sed ex terminis omnis perfec-
tio distinguitur a suo perfectibili in linea ipsa in qua
comparantur, ut perfectio, & ut perfectibile, nā omnis per-
fectio comparatr ut actus, & perfectibile, ut subiectū in potentia,
ergo intellectus non identificatur etiā in esse intelligibi-
li, cū specie. = mai. est expressa D. Thomæ. in 1. dist. 35.
q. 1. ar. 2. ad. 3. ubi hæc habet verba * oportet quod hæc
species quæ est intellecta in actu, perficiat intellectū in potentia,
ex quorū coniunctione efficitur unū perfectū quod est in-
tellectus in actu * min. etiā est evidens, & sic infertur.

§. V. Diluuntur obiecta

31 Sed insurgunt, & valde efficaciter PP. Salmanticenses, & Complutenses, & cum ipsis aliqui Thomistae, tum insinuati, tum 1. p. q. 12. tum praecipue ad lib. de Anim. Opponunt ergo 1º Aristotelem qui in 3. de Anim pluries videtur adstruere identitatem speciei cum intellectu in actu, & cum obiecto in esse intelligibili. etenim tex. 14. ait * quodammodo est intelligibilia intellectus, sed actu nihil ante quam intelligat. * = & tex 17 ait * intellectus quidem talis est in omnia fieri * = & tex. 37. loquendo de anima intellectiva ait * quod anima sit quodammodo omnia * ubi Angelicus D. lect. 13 ait * dicit ergo, (idest Arist.) quod nunc recapitulantes quae dicta sunt de anima, ut ex his propositum ostendamus, dicamus quod omnia quodammodo est anima. omnia enim quae sunt, aut sunt sensibilia, aut intelligibilia, anima autem est quodammodo omnia sensibilia aut intelligibilia. * in quibus omnibus locis, praedicta verba manifeste sonant, & dicunt identitatem, etenim unum fieri aliud est transire ad habendum identitatem cum illo.

32 Rursus Commentator 3 de Anim. comm. 5. ait * Ex intelligente, & re intellecta fit magis unum quam ex materia & forma. * Atqui sic sed ex materia, & forma fit unum unitate substantiali & si per compositionem, ergo unitas quam Averroes adstruit, cum eo Philosophi, inter intellectum, & rem intellectam perfectior est quam unitas per compositionem; ergo est unitas per identitatem, nulla enim alia perfectior unitas excogitari potest supra unitatem per compositionem, nisi unitas per identitatem; ergo sentit quod ex intelligente, & re intellecta constituitur quoddam tertium quod est unum unitate identitatis.

33 A priori ergo sic connantur suadere praecitati SS. Patres propriatam identitatem specierum in esse intelligibili, & intentionali, tum cum intellectu, tum cum obiecto intellecto. Nam species intelligibilis, secundum id quod formaliter, & reduplicative important in linea intelligibili nihil explicat entitatis

entitatis, ergo omnino & materiali. & per accidens importat quod in esse rei sit substantia, vel accidens; ergo similiter omnino & materiali dicunt inhærentiæ, vel informatione, hæc ultima consequentia ex prima patet nam inhærentia & informatio importatur in specie, reduplicative quatenus accidens est, & cuius ratione est inhærere, & uniri per informationem: Prima autem ex antecedenti infertur: nam ex terminis quod formalissime importatur in specie, est esse intentionale, & representativum; ergo esse entitativum, & naturale speciei, importatur omnino & materiali, & per accidens. Hinc sic insurgunt, ergo si attenditur ad unionem per se exactam ab specciebus in sua linea non est per inhærentiam vel informationem, quæ unio, utique talis est per compositionem, ergo necessario erit unio per identitatem. 34

Rursus confirmant suum assumptum hoc discursu, qui simul est solutio ad rationes quibus supra arguebamus contra identitatem specierum in esse intelligibili cum intellectu, & cum objecto. Nam non implicat in esse naturali, & entitativo quod duæ substantiæ quæ realiter sunt distinctæ identificentur ita ut ~~nulla~~ nulla inter ipsas appareat distinctio & similiter non implicat quod stante unitate omnimoda identitatis in aliquo postea admittat ex accidenti distinctionem realem entitativam; ergo stabit etiam quod cum distinctione reali, & entitativa specierum in esse naturali, & entitativo, respectu intellectus, & objecti, detur inter ista omnimoda unio identitatis, & si non in linea entitativa, tamen in linea intentionali, & intelligibili. Consequentia infertur, & antecedens constat in sententia horum Patrum non admittentium in Logica distinctionem realem entitativam partium substantiæ. Unde asserunt, quod tota substantia materialis, quæ est in toto composito substantialiter est una unitate identitatis, quod nulla in se subeat distinctionem partium realem, & entitativam, unde in viventibus, v. g. in Leone, & equo substantia capitis est eadem unitate identitatis cum substantia pedis, 35

Ad argumentum autem

quod ipsis fit ex Alimento, quod revera ante nutritionem et digestionem, erat Substantia realiter distincta a vivente, proindeque et post nutritionem, cum ea quae semel sunt multa, semper sint multa, et quod semel est unum semper sit unum. = Respondent quod per nutritionem substantia alimenti identificatur cum Substantia viventis. Unde et asserunt, quod duo vasa plena aquae, quando aqua est in Vasis divisa, et discontinuata distinguitur realiter una aquae portio ab alia, at quando una in aliam immergitur, iam tota illa substantia sortitur unitatem omnimodam identitatis. Ergo si in substantijs materialibus stat quod duae res, quae aliunde sunt realiter distinctae postea ex accidenti sortiantur unitatem identitatis, potiori titulo stabit, quod species intelligibilis, intellectus, et obiectum sortiantur omnimodam unitatem identitatis, in una linea, scilicet, in linea intelligibili, et intentionali, stante distinctione reali et entitativa inter ipsa, in linea naturali, et entitativa.

36 Utique reddunt valde probabilem hunc dicendi modum praefatae authoritates, et rationes, quibus utuntur hi SS. PP. unde qui vellet hunc dicendi modum propugnare probabili via incederet; At mihi videtur inextricabilis via, et implicationibus plena, unde salva pace horum PP. aliter incedendum iudico. Unde ad omnes textus, quos afferunt ex Aristotele, et ad omnes authoritates quas ex D. Thoma adducunt, Respondeo omnia praedicta verba salvari posse negando inter intellectum, speciem intelligibilem, et obiectum, unitatem identitatis, sicut et negando a fortiori unitatem compositionis. Et asserendo quod ex illis consurgit unitas quaedam de linea intelligibili, quae proinde neque est unitas identatis, neque est unitas compositionis, cum unitates praedictae sint formaliter de linea entis.

37 Et si a nobis quaeras: quomodo vocatur talis unitas de linea intelligibili? Respondeo quod cum non sit unitas de linea entis, non accipisse nomen, in fonte Baptismatis de linea entis. Unde cum doctrina Eminentissimi Caietani ad libros de anima ~~[illegible]~~ ubi asserit quod quando est sermo de potentia cognoscitiva, de specie intelligibili, et de obiecto non est iudicandum de

ex illis sicut et alijs rebus, sed est elevandus intellectus, et alius rerum ordinem esse ingrediendum, unde iuxta hec mira verba quibus nos edocet ad aliter iudicandum e linea intellectiva, et intentionali, ac iudicatur e linea naturali, et entitativa, Respondeo predicta verba, et rationes premissas suadere, quod unio, que consurgit inter ista, scilicet inter intellectum, speciem, et obiectum, non habet affinitatem unitati consurgenti in linea naturali, et entitativa; Nunc sic: Sed unio per compositionem, et unio per identitatem sunt uniones formalissime e linea naturali et entitativa; ut ex se notum est, ergo nulla ex his unitatibus adaptanda est lineae intentionali, et intelligibili. Aliunde non aliter iudicaremus de utraque linea, naturali scilicet, et intelligibili. 38

Est igitur unio que consurgit in linea intentionali, et intelligibili, UNIO PERFECTIONIS, que unio formalissime, et pro expresso, neque dicit identitatem, neque compositionem, sed ab illis prescindit sicut linea intentionalis prescindit a linea entitativa. unde et hec unio Perfectionis, si fundetur in ipsa linea entitativa. unde et hec unio Perfectionis, fundatur etiam in alia unione lineae entitativae, et naturalis, in qua, si species intelligibilis est accidens, consurgit proinde inter illam, et intellectum unio per compositionem, et inter istam et obiectum, unio causae, et effectus, siquidem obiectum est causa specificativa tum speciei, tum intellectus intelligentis; si autem species sit entitative substantia, ut accidit in speciebus, quibus anima rationalis, in statu separationis, et Angeli se ipsos cognoscunt, erit unio presupposita, unio per identitatem, inter speciem nempe, et obiectum, et inter ista et intellectum unio per compositionem, que utique unio est que intercedit inter substantiam Angeli, et substantiam animae, et eorum proprios intellectus. cum isti sint potentiae realiter distinctae ab ipsis. ut est communis tomistarum sententia. 39

Si autem insurgas contra hunc dicendi modum et insistas, quod per hoc. Unio Perfectionis, non explicatur que unio, sit ista unio intentionalis, neque explicatur gradus ad quem pertingit, nempe an sit talis, usque ad identitatem, vel solum sit talis per compositionem? 40

Respondeo quod cum linea intentionalis sit longe altior, et immaterialior linea naturali, et entitativa, explicanda sunt proinde

proprios

Prædicata ipsi convenientia, non per formalitates, vel per prædicata lineæ entitativæ, & naturalis, qualis est unio identitatis, & compositionis, unde non licet inquirere, utrum illa unio perfectionis, sit unio identitatis, vel Compositionis? etenim ab his unitatibus præscindit, solumque ipsas supponit pro materiali. Unde ad significandam illam unionem intelligibilem, & intentionalem, quam sortiuntur inter se, intellectus in actu, species intelligibilis, & dictum intellectum, nullum aliud nomen aptius occurrit, nisi hoc VNIO PERFECTIONIS.

41 Replicabis, quod unio Perfectionis, etiam invenitur in linea fisica, & naturali, forma enim substantialis perficit materiam primam, cui unitur, & forma accidentalis perficit etsi accidentaliter subiectum, cui unitur, ergo Si a linea intentionali, & intelligibili excludimus unionem identitatis, & Compositionis, quia istæ uniones natæ sunt convenire lineæ naturali, & physicæ, eadem ratione debet excludi unio illa perfectionis quam adstruimus.

42 Respondeo, quod in physicis forma substantialis, proindeque et accidentalis, taliter perficit subiectum quod in ipso modo communicandi perfectionem, explicat imperfectionem, nempe explicat distinctionem realem qualis necessario reperitur in qualibet forma informante, respectu sui subiecti, & explicat munus informandi, quod ex se dicit imperfectionem, unde proprie non potest vocari ista unio informativa unio Perfectionis, nisi cum addito, diminuente, scilicet nisi dicendo quod est unio perfectionis fisicæ, quæ proinde est limitata; At econtra unio quæ versatur in linea intelligibili inter prædicta, in ipsa met unione nullo modo explicatur imperfectio, neque distinctionis, neque informationis, cum distinctio, sicut & unio, & informatio, sint prædicata de linea naturali, & physica. a quibus omnibus præscindit linea intentionalis, & intelligibilis, unde talis unio intentionalis dicitur antonomastice, VNIO PERFECTIONIS, quia pro explicito nullam imperfectionem importat, nisi solum præsupositive, & identice, idest de materiali. & entitative.

43 Quibus prælibatis, quoad præsens manet sufficienter explicata præiacta propositio D. Thomæ, quam sumpsimus explicandam nempe quod cognoscentia nata sunt habere formam

res

rei alterius; secus autem non cognoscentia. etenim habere formam rei alterius, est habere cum forma rei alterius unionem illam intentionalem, et intelligibilem. secus est habere unionem perfectionis cum forma, quae in in esse rei est alterius a cognoscente. qui modus habendi repugnat non cognoscentibus.

§. VI.

Soluitur principalis replica.

44

Ad argumentum suprafactum, ex cuius ocasione praefatam propositionem sumpsimus explicandam. Respondeo negando quod in aere, vel aqua, vel in speculo, recipiatur species intelligibilis, quatenus est forma rei alterius, unde non recipitur inferendo illam unionem perfectionis quam supra explicuimus, recipitur ergo in illis, in esse naturali, et entitativo, unde non recipitur in ipsis ut est similitudo obiecti, quo pacto recipitur in cognoscentibus, quia immaterialia sunt, sed recipitur in ipsis, ut ipsis appropriata, unde ad multiplicitatem subiecti in quo recipitur species multiplicatur numerice.

§. VII.

Soluuntur argumenta.

45

Dices: Stat aliquid esse immateriale, et non esse cognoscitivum; ergo ex immaterialitate non convincitur apriori intellectualitas. Consequentia patet, et ans. constat, in intellectu agente, et in voluntate, in speciebus intelligibilibus, et in habitibus residentibus in voluntate.

46

Respondeo rationem D. Thomae, quae ex immaterialitate probat intellectualitatem non procedere ex immaterialitate utcumque, sed ex immaterialitate substantiali, unde omnis substantia immaterialis, quia talis est cognoscitiva, et intellectiva, at non omne accidens, praesertim cum non sit contra rationem substantiae immaterialis, et intellectivae habere alias operationes formaliter non intellectivas ad quas deserviunt, tum intellectus agens, tum voluntas, tum habitus, in voluntate residentes; Ceterum eo ipso quod tales operationes sint propriae substantiae intellectivae infertur necessario quod illa operatio

& si non sit formaliter intellectiva, ordinari debet esse ad intellectionem, ut patet in operatione intellectus agentis specierum formativa, & in ipsis speciebus intelligibilibus, vel debet praesupponere essentialiter intellectionem ut patet, in actibus, voluntatis, & habitum ipsius voluntatis. unde liquet quomodo omne immateriale sit aliquomodo intellectivum, vel formaliter, vel praesuppositive, vel executive. unde iuxta hanc doctrinam, utique verum, dupliciter pot. distingui ans, primo sic: stat aliquid esse imateriale & non esse cognoscitivum; immateriale substantiale nego. immateriale accidentale transeat= secundo sic, stat aliquid esse immateriale, & non esse cognoscitivum, cognoscitivum, vel formaliter, vel praesuppositive, vel consecutive nego, formaliter cognoscitivum praecise, concedo. & nego conseq.

47 Replicabis sed neg. in substantiis probat praedicta ratio D. Thomae, ergo male infertur ex immaterialitate substantiali esse illam substantiam intellectivam, conseq. infertur, & antecedens probatur. quia ex terminis non repugnat substantia immaterialis ex natura rei non operativa, seu non repugnat substantia spiritualis cui ex natura rei repugnet omnis operatio, sed eo ipso talis substantia esset necessario non cognoscitiva, neque intellectiva, ergo non repugnat substantia immaterialis non intellectiva. min. est evidens, & probatur mai. primo ex eo quod in productione talis substantiae immaterialis, non operativae nulla videtur involvi contradictio, ergo ex terminis non repugnat substantia immaterialis non operativa.

48 Secundo probatur eadem maior a paritate. Nam de facto datur aliqua substantia creata completa, & perfecta (imo & perfectior substantiis operativis) quae operativa non est, ergo non repugnat substantia immaterialis quae ex sua natura non sit operativa. conseq. tenet a paritate rationis, antecedens autem constat in Caelo Empyreo quod est perfectissimum Corpus inter omnia corpora creata, quandoquidem est Sedes Dei, & Beatorum, quod Caelum non est operativum ut videtur docere D. Thomas, in 2. dist. 2 q. 2. ar. 3. & ratione suadetur quia corpora caelestia operantur per motum, quatenus per motum influunt in haec inferiora; sed Caelum Empyreum non

non movetur; tum quia immutabilitati, et permanentiae sedis Beatitudinis, repugnat motus; tum quia Caelum hoc est supra primum Mobile, unde si Caelum Empyreum moveretur primum Mobile, non esset primum Mobile.

49

Huic replicae, utique difficili, communiter respondetur a nostris Thomistis, negando antecedens, et ad eius probationem similiter negant esse possibilem aliquam substantiam immaterialem, quae non sit cognoscitiva, et intellectiva. Et ad primam eius probationem, quae sumitur ex ratione, quatenus non videtur involvi aliqua contradictio, in eo quod producatur talis substantia, respondetur assignando implicationem, quae utique consistit in eo quod esset potens omnia fieri, et non esset potens omnia fieri, quod est manifesta implicatio, non posset. quia hoc supponit argumentum, posset, quatenus eo ipso quod esset substantia completa, et spiritualis, esset per se subsistens, subindeque non haberet principium, a quo limitaretur, ut fieret omnia intentionaliter cum materia sit unicum principium a quo provenit omnis limitatio. ergo esset intellectiva, ergo posset, et non posset omnia fieri. quod est manifesta implicatio.

50

Ad secundam maioris probationem desumptam ex paritate Empyrei respondetur dupliciter, primo negando esse possibilem substantiam aliquam materialem completam non operativam, nam unumquodque est propter suam operationem, unde si talis substantia materialis completa nullam haberet operationem esset substantia ociosa, et ad nihil producta, quo circa Angelicus Magister 1. p. q. 76. ar. 3. tribuit Caelo Empyreo aliquam operationem his verbis. * Probabilius tamen videtur dicendum, quod sicut supremi Angeli, qui assistunt habent influentiam super medios, et ultimos, qui mittuntur, quamvis ipsi non mittantur, secundum Dionysium cap. 8. de Caelesti Hierarchia. ita Caelum Empyreum habet influentiam super Corpora quae moventur, licet ipsum non moveatur, et propter hoc potest dici quod influit in primum caelum quod movetur, non aliquid transiens adveniens per motum, sed aliquid fixum, et stabile * hucusque D. Thomas, in quibus verbis manifeste Caelo Empyreo aliquam operationem tribuit.

51 Rursus hoc ipsum suadetur, quia non est excogitabilis aliqua substantia materialis completa, insensibilis, ergo saltim ita habet aliquam operationem factivam nempe specierum sensibilis quas ex se emittit, et quas media virtute substantiarum separatarum Coelorum motricium produceret. ergo repugnat aliqua substantia corporea completa non operativa; ergo potiori titulo repugnabit aliqua substantia spiritualis completa non operativa.

52 Rursus talis substantia spiritualis completa non operativa, quam confingunt adversarij esset nobilior, et perfectior anima rationali, etenim ista ex se est incompleta, et semisuppositum; Sed nobiliori substantiae nequit non convenire nobilior modus operandi; ergo illa substantia spiritualis completa erit necessario operativa. et inde intellectiva.

53 Dices cum nostro SS. et RR. P. Raphaele de Aversa, 1. p. q. 14. sect. quod illa substantia spiritualis completa esset nobilior anima rationali secundum quid, et non absolute, unde se haberet illa substantia immaterialis completa ad animam rationalem tanquam excedens, et excessum, unde qua parte anima est operativa, et intellectiva excederet illam substantiam, qua autem parte est anima rationalis quid incompletum excederetur ab illa, quod asserit iste sapientissimus P. non est novum in Philosophia, et probari potest multis exemplis, nam corpora caelestia qua parte incorruptibilia sunt, excedunt viventia, qua autem parte non habent operationem vitalem, et a se non moventur exceduntur a viventibus.

54 Sane haec replica et instantia, est valde subtilis, unde videtur relinquere probabilem possibilitatem substantiae immaterialis completae, non operativae. et ad maius huius possibilitatis fundamentum asserit. praecitatus N. SS. et RR. P. Aversa: D. Augustinum lib. 12. in Genes. cap. 20. hanc quaestionem de possibilitate huius substantiae non definire eam appellando difficillimam.

55 Verum, etsi difficilis sit praesens replica tamen nos non debet cogere ut ab incepta solutione divertamur.

Dicimus

dicimus ergo quod si daretur talis substantia immaterialis completa, non solum esset secundum quid perfectior anima rationali, sed etiam simpliciter. unde deberet esse intellectiva quia talis substantia immaterialis completa, si daretur, esset per se intelligibilis, ens enim immateriale pure, est per se ipsum intelligibile cum sola materia impediat intelligibilitatem passivam, unde intellectus agens reddit intelligibilia phantasmata ea denudando a materia, et abstrahendo a conditionibus individualibus, et materialibus, sed substantia intelligibilis per se perfectior quam substantia intellectiva, nam ut docet Aristoteles 12. Met. tex. 50. * intelligibile perfectius est quam intelligens * ergo esset necessario intellectiva, proindeque simpliciter perfectior Anima rationali.

56

Respondere potest secundo ad paritatem de Coelo Empyreo admisso antecedenti; idest admittendo, vel prescindendo utrum detur vel non detur substantia materialis completa non operativa, et nego consequentiam nempe sequi ex inde substantiam spiritualem completam non operativam, cuius disparitatis ratio in eo consistit quod esse aliquod ens materiale incorruptibile, qualiter est coelum Empyreum, ex terminis solum dicit quod eius materia informetur forma ipsam satiante, et absque contrarietate recepta, quae praedicata non dicunt ex terminis conexionem essentialem cum operatione, unde stare potest quod illa materia informetur a forma secundum gradum corporeitatis, inamissibiliter, ratione carentiae contrariorum, absque eo quod informetur a forma secundum gradum exigentem potentiam aliquam operativam.

57

Caeterum substantia illa immaterialis completa, eo ipso quia immaterialis, ut diximus, est per se intelligibilis passive, proindeque intellectiva, cum perfectior sit substantia intelligibilis per se, quam intelligens, ut ex Aristotele retullimus. = et similiter eo ipso quia immaterialis, posset fieri omnia, unde necessario esset intellectiva.

58

Replicabis, quod adhuc non convincitur immaterialitatem substantialem esse rationem

a priori intellectualitatis; assumptum suadetur, quia vel immaterialitas sumitur formaliter pro negatione materiæ primæ, vel sumitur fundamentaliter pro essentia rei excludentis materiam primam; Sed neutro modo immaterialitas est ratio apriori intellectualitatis; ergo immaterialitas non est ratio apriori cur aliqua substantia sit intellectiva. mai. constat, et probatur min. Et in primis primo modo sumpta nequit deservire ad probandum aliquam rationem positivam qualiter intellectualitas, cum est sic sumpta immaterialitas sit quid negativum = Si autem sumitur secundo modo, idest fundamentaliter, pro essentia rei excludentis materiam, coincidit cum ipsa intellectualitate, seu est ipsa intellectualitas, ergo non est ratio apriori intellectualitatis, sed potius probatur idem per idem = hic et precipue, in Deo, in quo eius essentia, et natura est ipsum intelligere, ergo nequit habere aliquam rationem per quam apriori probetur intellectualitas.

59 Presens replica exigit ut explicemus quomodo comparentur inter se hi duo conceptus, immaterialitas, nempe, et intellectualitas. Ad quod respondeo quod si hi duo conceptus considerantur secundum se, et prout abstrahunt a creato, et increato, sic non distinguuntur nisi penes implicitum et explicitum, unde revera non sunt duo conceptus adequati, sed inadequati. Si vero hi duo conceptus considerantur in rebus creatis, sic loquendum est cum distinctione, nam vel immaterialitas substantialis comparatur cum intellectualitate actuali, vel cum intellectualitate proxima, idest cum potentia proxime intellectiva, vel comparatur cum intellectualitate radicali, si comparatur cum radicali intellectualitate, sic similiter non sunt conceptus adequati, sed inadequati, unde solum ex modo significandi distinguuntur, verum ex parte rei conceptæ idem est immaterialitas, ac intellectualitas radicalis. Si vero comparatur cum intellectualitate actuali, vel proxima, sic distinguuntur realiter modo quo substantia et accidens, essentia, et passio, vel exercitium potentiæ.

60 In divinis autem hi duo conceptus solum sunt inadequati et ex modo significandi, unde ex parte rei significatæ idem sunt. verum licet adeo

adæquatæ sint idem, non obstat ad hoc ut ex fundamento in re, unus conceptus, scilicet immaterialitas, consideretur, ut quid prius intellectualitate. = Sicut in sententia probabili non distinguente intellectum ab intellectione, neque voluntatem a volitione, intellectus est ratio apriori intellectionis, et voluntas volitionis, quin obstet eorum indistinctio. ut demonstretur unum per aliud, demonstratione apriori, et propter quid. Sic ergo similiter dicimus in praesenti. Unde a primo ad ultimum convincitur verum esse causale D. Thomae. nempe eo esse aliquid intellectivum quia immateriale. Unde ratio per quam probat D. Thomas, Deum esse intellectivum, est demonstrativa, demonstratione stricta, et apriori, et non quomodo cumque apriori, Sed propter quid. Ex quo ulterius sic proceditur; Sed Deus est summe, et infinite immaterialis; ergo est summe, et infinite intellectivus. Sequentia infertur quia sicut se habet simpliciter ad simpliciter, se habet magis ad magis, minorem subsumptam supponit D. Thomas probatam in hac prima parte. q. 4. =

61

QUAESTIO. II.

Utrum In Deo sit Scientia, stricte sumpta?

§. I.

Praenotantur non nulla.

62

Sic igitur stabilito Deum esse summe intellectivum restat inquirendum utrum in Deo sit scientia stricte, et rigore sumpta,

Unde ut certa ab incertis separemus supponendum est primo quod si nomine scientiæ intelligitur cognitio certa, clara, et evidens, et absque dubitationis imperfectione certum est secundum Fidem sic in Deo scientiam reperiri, etenim Ester. 14 dicitur * Domine qui omnium habes scientiam * et Psal. 138 dicitur * Mirabilis facta est scientia tua ex me * et ad Roman. 11. dicitur * O altitudo divitiarum sapientiæ, et Scientiæ Dei! * et hoc ipsum alibi pluries decantatur in Sacra pagina.

63 Quæ veritas ratione naturali suaderi potest: Nam perfectio in suo conceptu non dicens imperfectionem est perfectio necessario Deo conveniens; Sed huiusmodi est Scientia; ergo in Deo necessario reperitur scientia, maior est ita certa ut etiam Aristoteles solo lumine naturali adiutus ipsam cognoverit, unde loquendo de Deo dixit * quod est: quo nihil melius * sed melius est habere perfectionem quæ in suo conceptu nullam imperfectionem dicit; ergo perfectio non dicens in suo conceptu imperfectionem necessario reperitur in Deo. = Minor autem etiam est evidens, nam melior est cognitio clara, certa, et evidens, et absque dubietatis imperfectione, quam carentia huius cognitionis, unde necessario fatendum est scientiam prout sic necessario convenire Deo.

64 Igitur quod in dubium vertimus, est an talis scientia reperiatur in deo proprie, et stricte, non solum prout hæc proprie est idem ac non metaphorice talis, sed etiam prout hæc proprie sumitur contra positive ad Communiter. = Pro cuius intelligentia notandum est secundo in præsenti non esse sermonem de scientia quatenus definitur quod sit * habitus certus, et evidens, per demonstrationem acquisitus * etenim prædicta definitio solum convenit scientiæ creatæ quatenus est rigorosa qualitas, constituta in secunda specie qualitatis.

65 Rursus et si omnino certum, et evidens sit in Deo non reperiri accidens aliquod, tamen non solum negatur Deo ratio habitus, in hoc sensu, sed etiam et in sensu virtuali, unde Communiter nostri Thomistæ ad quæstionem 12 huius partis docent quod in divinis, in linea intellectiva et si

& si detur formalitas intellectivi radicalis, formalitas intellectus, formalitas speciei intelligibilis, tā impressē, quā expressē, & deniq formalitas intellectionis actualis, & obiecti intellecti, tamen communiter denegatur formalitas habitus, ob imperfectionē imprecindibilē, quā formaliter importat ratio habitus, scilicet supponere necessario potentiā non perfecte expeditā & habilē ad elicientiā actus, undē pronunc supponimus, quod si lā scientia sumitur unice pro habitu, sive formaliter tali, sive solū virtualiter non reperitur formaliter in Deo.

66

Unde tertio notandū est quod Scientia de qua in prāsenti dubitamus, utrū reperiatur proprie & stricte in Deo est scientia quatenus formalissime definitur, seu describitur ex eo quod sit * cognitio certa & evidens rei per causā * undē ut communiter dicitur in libris Posteriorū, Scire, est rem per causā cognoscere, & quod illius est causa, & quod aliter se habere non potest, in hoc ergo sensu procedit prāsens dubitatio.

67

Pro cuius luce adhuc notandū est, quod quando dicitur quod scire, est rem per causā cognoscere &c, lā per causā, potest stare dupliciter, vel ita ut scire sit actus revera causatus ex alio; & ita ut veritas cognita sit dependens, & causata ab alia veritate priori, undē lā per causā potest construi ita ut denotet causā ex parte scientis, vel ex parte obiecti sciti; Si autē lā per causā intelligitur ita ut denotet causā ex parte scientis, quatenus nempe in ipso, actus qui dicitur scientia, sit causatus ab alio actu, qui, vel etiā sit scientificus, vel qui sit cognitio principiorū, certū est hoc modo non esse scientiā in Deo, cū in ipso non detur multiplicitas, & distinctio actuū neq virtualis, undē solū quāritur utrū ex parte obiecti cogniti a Deo detur causalitas unius respectu alterius, vel ad minus utrū unū obiectū cognitū sit ratio apriori alterius.

68

Deniq notandū est quod pronunc prāscindere debemus respectu quorū obiectorū scibiliū sit & reperiatur in Deo scientia, nempe an sit respectu sui, vel respectu creaturarū? de hoc enim ~~[illegible]~~ postea discutietur.

69

Sententiā negativā tenet Vazqz. 1. p. disp. 9 & disp. 85. cap. 7. n. 48. undē negat prādictus autor Deo rationē scientiā strictā=

§ II.
Statuitur Conclusio.

Nostra ergo conclusio est: In Deo datur cognitio scientifica proprie, formaliter, et stricte. Unde Dei cognitio, est scientia stricte sumpta, et non solum latomodo accepta.

1 Est communis Theologorum, uno vel altero dempto, et merito quidem utpote conformior locis sacrae paginae. Probatur ex D. Thoma in praesenti ar. 1. ad 2. ubi haec habet verba: * Ad secundum dicendum quod ea quae sunt divisim, et multipliciter in creaturis, in Deo sunt simpliciter et unite ut supra dictum est. Homo autem secundum diversa cognita habet diversas cognitiones, Nam secundum quod cognoscit principia dicitur habere intelligentiam; scientiam vero secundum quod cognoscit conclusiones, sapientiam secundum quod cognoscit causam altissimam, Consilium, vel prudentiam, secundum quod cognoscit agibilia; Sed haec omnia Deus una, et simplici cognitione cognoscit, unde simplex Dei cognitio omnibus istis nominibus nominari potest * Similiter Ang. D. in hoc eodem ar. 1. in corp. dixerat: * Respondeo dicendum quod in Deo perfectissime est Scientia. *

2 Ratione autem probatur nostra Conclusio. Nam Scire, est rem per causam cognoscere, et quod illius est causa, et quod aliter se habere non potest: sed Deus habet proprie, et stricte huiusmodi cognitionem; ergo in Deo reperitur scientia stricte, et formaliter sumpta. Maior supponitur ex notabilibus, et insuper constat, ex eo quod talis cognitio qua cognoscitur res per causam etc. non est cognitio artis, neque prudentiae, quia istae cognitiones sunt circa agibilia, tradendo nempe Prudentia modum agendorum et Ars ipsa fabricando, et operando, similiter talis cognitio non est Fidei, vel Opinionis, ut evidens est, restatque quod sit cognitio scientifica. Minor etiam est evidens nam Deus cognoscit omnia obiecta omni modo quo cognoscibilia sunt ex parte ipsorum, dummodo talis modus cognoscendi non afferat imperfectionem, Sed quam plurima obiecta sunt cognoscibilia per suas causas, tam proximas, quam remotas. Et ea cognoscere per Altissimam et increatam causam nullam dicit imperfectionem, imo est maxime

maxima perfectio, ergo sic cognoscuntur à Deo, unde in Deo datur datur scientia stricte, et formaliter sumpta.

§. III.
Dilluuntur replicæ

)3

Dices cognitionem divinam scientificam non esse; quia cognitio scientifica circa conclusiones versatur, non autem circa principia, circa quæ unice versatur divina cognitio. Assumptum suadet, quia divina cognitio ratione suæ infinitæ perfectionis, non attingit conclusiones in se ipsis, sed in sua causa seu principio, unde infertur quod talis divina cognitio potius est intelligentia, quam scientifica cognitio. cum intelligentia circa principia versetur.

)4

Sed contra, nam licet de ratione scientiæ particularis, et limitatæ, sit versari circa conclusiones; tamen de ratione scientiæ infinitæ, et increatæ, quæ proinde simul est sapientia, est attingere conclusiones per altissimam causam unde ex eo quod cognitio divina attingat in sua essentia ut in causa conclusiones non exinde deducitur quod talis cognitio non sit scientifica.

)5

Replicabis quod divina cognitio etsi attingat conclusiones in altissima causa, qualis utique est sua essentia, tamen non attingit conclusiones per altissimam causam quod est de ratione sapientiæ; unde aliud est cognoscere conclusiones in causa; aliud est per causam illas cognoscere, ac proinde cognitio divina stricte, et rigorose, non est scientia, vel sapientia, de cuius ratione est attingere res per causam.

)6

Sed contra, nam divina cognitio non solum attingit conclusiones in causa, scilicet in sua essentia, sed etiam per causam, id est per causam se tenendo ex parte obiecti cogniti, nam taliter dum per causam divina cognitio conclusiones attingit, quod simul cognoscit divinam essentiam esse causam illarum, ergo attingit res per causam: proinde ergo divina cognitio erit stricte scientia et sapientia.

)7

Sed adhuc replicabis et dices, quod cognoscere res per causam importat imperfectionem discursus, qui repugnat Deo, ergo implicat in Deum cognoscere

cere rem per causam, ac proinde Deo repugnat stricta, et rigorosa Scientia vel Sapientia.

18 Sed contra, et distinguo antecedens, Cognoscere rem per causam importat imperfectionem discursus, si ly per causam non solum retinet ex parte obiecti cogniti sed etiam ex parte cognoscentis, transeat antecedens, si tantum ly per causam retinet ex parte obiecti cogniti subdistinguo antecedens, importat imperfectionem discursus formalis, nego antecedens, importat imperfectionem discursus, virtualiter talis nego suppositum antecedentis et

concedo ans, scilicet nego quod discursus virtualis sit imperfectio. et nego consequentiam.

19 Replicabis: Sed cognoscere rem per causam qualiter exigitur ad strictam scientiam importat imperfectionem discursus formalis; ergo nulla est solutio. antecedens probatur. nam cognoscere rem per causam qualiter exigitur ad strictam scientiam exigit quod minus notum cognoscatur per magis notum; sed cognoscere quod est minus notum, per illud, quod est magis notum importat imperfectionem discursus formalis; ergo cognoscere rem per causam qualiter exigitur ad rationem strictae scientiae, importat imperfectionem discursus formalis.

80 Sed contra, et nego subsumptam; ad cuius probationem distinguo maiorem exigitur quod minus notum cognoscatur per magis notum si ly magis, et minus retinendo ex parte cognoscentis nego maiorem, si retinendo ex parte obiecti cogniti transeat maior; et similiter distinguo minorem sed cognoscere minus notum per magis notum importat imperfectionem discursus formalis, si ly magis, et minus se tenet ex parte cognoscentis transeat minor, si solum se tenet ex parte obiecti cogniti nego min. et consequentiam. quae solutio ex terminis liquet.

QUÆS.

QUÆSTIO. III.

VTRUM IN DEO SIT SCIENTIA RESPECTU SUORUM ATTRIBUTORUM.

§. I.
Præmittuntur nonnulla.

81

Scientia ex terminis dicitur, & est in ordine ad scibile, unde stabilito igitur quod in Deo reperitur scientia, in stricta, & rigorosa acceptione inquirendum restat, an talis scientia sit solum talis in ordine ad creaturas, vel an sit etiam respectu suorum attributorum.

82

Igitur quoad præsens duplex versatur sententia prima est negativa, hanc tenet Durandus, in 1. dist. 35. q. 1. & 4. &c. Ex thomistis tenent Ferrara 1. contra g. cap. 25. Nazarius. 1. p. q. 14. controv. 2. M. Ildefonsus Michael tract. de scient. Dei, dub. 3. n. 27.= Secunda sententia est affirmativa, hanc tenent SS. PP. Salmanticenses. 1. p. tract. 3. disp. 1. dub. 3. n. 47= M. Ioan. a Sanct. Thoma 1. p. q. 14. disp. 16. ar. 3. illustriss. Godoi 1. p. tract. 3. disp. 23. §. 3. Hæc sententia affirmativa communior est inter thomistas

§. II.
Statuitur R.º

83

Sit conclusio: Deus habet Scientiam strictam, & rigorosam suorum attributorum.= Hæc nostra conclusio videtur expressa in D. Thoma pluribus in locis. nam 1. p. q. 14. ar. 16 hæc habet verba in corp. *. Secundum hoc ergo dicendum est quod deus de seipso habet scientiam speculativam tantum, ipse enim operabilis non est * Similiter 1. ad Anib. dist. 35. ar 1. ad. 3. ait * quod divina cognitio. & Sapientia dicitur in quantum se ipsum Deus cognoscit, & Scientia, in quantum res temporales intuetur. * Nunc sic

Sed Sapientia est stricte, et rigorose Scientia; ergo Deus habet de ipso stricta, et rigorosa scientia. minor subsumpta constat ex eodem D. Thoma in 1. dist. 35. q. 1. ar. 1. ad. 5. ubi ait * Sapientia vero non ponit in numero cum scientia, et intellectu, quia omnis Sapientia Scientia est, sed non convertitur, quia illa sola Scientia Sapientia est, quae causas altissimas considerat. * Ex quibus locis ita manifeste videtur deduci nostra conclusio ut nullus appareat ambigendi locus.

84 Ratione autem probatur nostra Cl. 1°. quia ex terminis ad rationem scientiae in stricta, et rigorosa acceptione nihil aliud requiritur, nisi quod detur cognitio rei per causam; sed cognitio Dei qua attingit, et cognoscit divina attributa in sua Essentia est talis conditionis, ut sufficientissime verificetur quod sit cognitio rei per causam; modo exacto ad rationem strictae, et rigorosae scientiae; ergo datur in Deo scientia stricta respectu suorum attributorum. mai. est evidens, et ex quaest. antecedenti constat. Probatur ergo min. quia cognitio rei per causam modo exacto ad rationem strictae et rigorosae scientiae ut diximus quaestione antecedenti, non est cognitio rei per causam ex parte cognoscentis, sed ex parte obiecti cogniti, et insuper quando dicitur quod ex parte obiecti cogniti debet dari cognitio rei per causam, non est sensus, ut unum sit vera, et stricta causa, et aliud sit vere et stricte effectus causatus, sed sensus est quod detur cognitio rei per causam quae solum sit virtualiter talis, seu ratio a priori respectu illius de quo datur scientia. ut evidenter patet in Metafisica, quae vere et stricte est scientia in ordine ad verum et bonum, et unum, quae ut proprietates entis demonstrat, quin ad hoc ut metafisica, sit stricte scientia requiratur quod ens de quo ut de subiecto demonstrat praedictas passiones, sit stricta causa illarum, unde solum sufficit quod sit causa ipsarum virtualis, seu ut formatius loquar, solum requiritur quod sit ratio a priori respectu ipsorum quae de ente demonstrat.

85 Ex qua doctrina sic pergimus ad probationem minoris principalis, illa cognitio divina ut ad attributa in Essentia cognita terminatur est cognitio rei per causam virtualem seu rei

seu rei per causã quæ est ratio apriori attributorũ, cum Essentia Dei sit radix & ratio apriori attributorũ, & personalitatũ. Ergo Cognitio divina qua attingit, & cognoscit, divina attributa in sua Essentia est talis conditionis, ut sufficienter verificetur quod est cognitio rei per causã modo exacto ad rationẽ scientiæ strictæ, & rigorosæ. Antecedens præter quã quod inter ipsũ proponendũ manet probatũ suadetur sequenti discursu, quia esse divinæ Essentiæ causã virtualẽ, seu rationẽ apriori respectu suorũ attributorũ nihil aliud est, nisi quod taliter inter se Comparentur Essentia divina, & divina attributa, quod si inter ipsa daretur distinctio realis essentia esset causa realis, & ratio apriori attributorũ, & attributa essent vere & proprie effectus divinæ Essentiæ, & rationes posteriores illa, & ab illa dependentes, unde cũ in eo quod deus cognoscat attributa in Essentia, ita cognoscat quod Essentia est ratio apriori attributorũ nulla est imperfectio, neque aliqua appareat repugnantia infertur proinde quod cognitio divina ut ad attributa in essentia cognita terminatur est cognitio stricte & rigorose scientifica.

§. III.

Dilluuntur replicæ.

86

Sed dices quod aliud est loqui de cognitione quã habet Deus de seipso. aliud autẽ de cognitione qua nos Deũ cognoscimus; unde et si nos quando Deũ cognoscimus, propter nostrã limitationẽ plures conceptus construamus, quorũ unus sit prior, & posterior altero, pro inde quod unã formalitatẽ divinã seu unũ prædicatũ divinũ consideremus ut est causa virtualis alterius, seu quatenus est ratio apriori unius de alio, tamen Deus obsuã simplicitatẽ, & perfectionẽ in cognoscendo non sic cognoscit sua prædicata, sed omnia simul, & ut sunt unũ in re cognoscit unico, & simplicissimo intuitu, unde non solũ non multiplicat actus ad cognoscendũ sed neque ex parte obiecti apponit aliquã distinctionẽ, alias faceret ens rationis, quod in præsenti debemus supponere repugnare, cũ entis rationis efformatio inferat imperfectionẽ ex parte cognoscentis, ut communiter

tenent nostri thomistae hic. h. in logica, ubi nos de hoc late discussimus, igitur cognitio divina, qua Deus cognoscit attributa in Essentia non habet quidquid requiritur ut sit stricte, et rigorose scientia, respectu suorum attributorum.

87) Propter hanc replicam quidam contendunt Deum facere ens rationis praesertim aliqua quae ut asserunt isti Auctores non involvunt imperfectionem in sui efformatione, qua stabilita sententia non habebat vim argumentum dispositivo = Verum quia Nos probabilius in logica indicamus Deo repugnare efformationem cuiuslibet entis rationis, quia nullus est quod in sui fictione seu fact. non involvat imperfectionem ideo aliter propositio argumento respondere debemus.

88 Pro cuius solutione noto quod efformatio entis rationis non consistit in cognitione aliqua directa qua cognoscitur obiectum ut includens in se virtualiter et eminenter distinctionem; sed potius entis rationis efformatio exigit quod actu, et in re confingatur aliqua actualis distinctio quae revera non est in re, unde fit per actum reflexum quo ad modum entis cognoscitur, quod revera non est ens.

89 Igitur quando Deus cognoscit se ipsum et proinde cognoscit attributa in essentia, neque directe neque indirecte fingit ex parte obiecti distinctionem, sed solum cognoscit id quod est in re, nempe cognoscit virtualem distinctionem quam habet essentia ab attributis, nam revera cognoscit omnes eminentias et virtualitates quas habet in re essentia divina. = E contra autem accidit in intellectu creato, praesertim humano Deum cognoscente, quod iste propter suam limitationem re vera multiplicat conceptus unde et si directe, et in actu signato non attribuat aliquam distinctionem actualem immediatam, tamen dum Essentiam uno conceptu percipit, et alio attributum quodlibet quibus conceptibus proinde Essentia divina, et attributa obiciuntur exercite ut distincta ideo ex hac cognitione directa resultat alia qua reflexe Deo attribuitur aliqua actualis distinctio inter essentiam et attributa, unde ut dicitur in logica entis rationis efformatio exigit reflexam cognitionem.

90 Replicabis. et dices quod omnia quae sunt reipsa in Deo sunt reipsa una simplicissima et

& purissima essentia, nq re ipsa tota entitas divina est formalissime unicus, & purus actus; s.d Deus cognoscit se ipsu ut re ipsa est in re; ḡo non solu non cognoscit in se aliqu actualē distinctionē, veru neq virtualē.

91

Sed contra nq re ipsa, & si tota entitas divina sit una simplicissima entitas tamen hoc componitur cu eo quod re ipsa actu habeat virtualē distinctionē; ḡo Deus in se hanc virtualē distinctionē cognoscit; s.d hoc sufficit ut Deus habeat de se scientiā strictā quę simul obtinet rationē sapientiæ.

92

Rursus de Ente creato habet Deus strictā scientiā non solu quia in se ipso, ut in altissima causa, omnia creata cognoscit, & comprehendit, sed quia veritates creatas cognoscit ut deductas ex suis principijs, & si eas cognoscat etiā in suis causis, & principijs, ut pręcontenti in essentia divina, un. e ex parte obiecti cognoscit Deus quod datur illatio unius ex alio; S.d plura obiecta create nullā actualē distinctionē sortiuntur, ut patet in Ente, a quo non distinguuntur actu, veritas, bonitas, & unitas, ut verior tenet sententia, & patet in gradibus metafisicis qui inter se nullā actualē distinctionē sortiuntur ut docet verior thomistarū sententia; ḡo ut Deus habeat verā. & strictā scientiā respectu alicuius obiecti, non requiritur quod actu detur ex parte obiecti, inter principiū & veritatē deductā aliqua actualis distinctio, sed sufficit si virtualis distinctio intercedat.

93

Replicabis. Non minor distinctio requiritur ex parte obiecti ad constituendā scientiā strictā, prout contradistinguitur ab intelligentia simplici, quā illa quę exigitur ad verā electionē, prout est actus distinctus ab intentione; Sed distinctio virtualis, quę reperitur inter essentiā divinā & eius divina attributa sufficiens non est ut divina attributa terminent actū electionis, ḡo similiter eadē distinctio non sufficiet ut divina attributa terminent rigorosā, & strictā scientiā prout contradistincta a simplici intelligentia, quā terminat essentia divina secundū se, conseq.a infertur, & maior videtur evidēs cum in linea volitiva sic comparentur inter se intentio

& electio ac comparantur in linea intellectiva; Scientia, & intellectus principiorum. = Min. autem probatur nam si Essentia divina ut distincta virtualiter ab attributis terminaret actum intentionis, & attributa terminarent actum electionis, attributa haberent rationem medii; & neutiquam haberent rationem finis ultimi, unde attributa divina non essent a se, per exclusionem causae finalis, proindeque neque per exclusionem causae efficientis, cum omnia quae habent causam finalem habeant etiam causam efficientem, ac per consequens attributa divina non deberent amari primario charitate. cum charitas, virtus electiva non sit. unde charitas primario versatur circa finem ultimum.

94 Hanc replicam ita magnificat M. Ildef. Mich. ut fateatur se in gaudium speciale prorumpere. considerando thomistarum solutiones, quarum nulla ipsi placet, unde asserit quod propter hanc replicam debetur stare in sententia negante in Deo scientiam strictam suorum attributorum, quae est sententia huius Magistri, Ast non difficulter eadem, qua ipse nos urere intendit efficacia uritur, & premitur ipse, si hanc eandem replicam contra ipsum retorquedmus. = unde sic contra ipsum insurgo. Nam etsi iste SS. M. neget in Deo scientiam strictam suorum attributorum non tamen negat, nos habere de attributis scientiam strictam, ut patet in nostra theologia quae est stricta & rigorosa scientia, cuius obiectum est Deus, demonstrat quod proinde de Deo attributa seu proprietates. quo sic stabilito, sic efformo contra ipsum argumentum & ni fallor eadem vi.

95 Sic comparantur in linea volitiva intentio, & electio, ac comparantur in linea intellectiva intelligentia, & scientia, seu intellectus principiorum, & scientia stricta; Sed respectu nostri non possunt attributa divina terminare actum electionis, alias attributa essent media, & non haberent bonitatem propriam ultimi finis; ergo neque respectu nostri possunt terminare actum strictae scientificum. Praemissae sunt ipsae, quas ipse construit contra nostram conclusionem, videat ergo quid facit de consequenti; unde cum ipse consequentiam neget, infertur proinde praemissas non esse absolute veras. vel aliquam disparitatem habere.

96 Dupliciter ergo cum communi thomistarum sententia possumus occurrere praeiactae replicae. Primo negando paritatem, cuius disparitas consistit in eo quod attributa divina habent simpliciter sibi identificatam bonitatem exactam ad rationem

rationẽ ultimi finis, & cũ voluntas feratur ad obiectũ prout est in re inde oritur quod nequeat versari circa attributa divina ea diligendo ut sunt pure media, sed ea simpliciter amando per actũ intentionis, & propter ipsa; = Ast econtra accidit in linea intellectiva, nã ut aliquod obiectũ terminet actũ stricte scientificũ sufficit quod habeat causã virtualẽ sui seu rationẽ apriori, unde respectu nostri attributa divina terminant actũ stricte scientificũ & realiter distinctũ ab actu intellectus principiorũ, qui dicitur intelligentia. & respectu Dei terminant formalitatẽ intellectionis divinæ secundũ quod habet munus strictæ scientiæ.

97

Dices quod non minus intrinseca est veritas respectu attributorũ, ac bonitas; ergo si propterea bonitas attributorũ non est amabilis per modũ medij quia in re est infinita. similiter quia attributa habent veritatem infinitã, quo circa sunt veritates primæ, non erunt attingibilia stricta, & rigorosa scientia.

98

Sed contra nã etsi veritas, & bonitas sint intrinsecæ respectu attributorũ, tamen aliter, & aliter, nã bonitas attingitur a voluntate prout in re est, absq̃ eo quod ordinetur ad aliud; quia voluntas præcisiva non est, ast econtra cũ intellectus sit præcisivus, attingit veritatẽ attributorũ ut virtualiter distinctã a veritate essentiæ, acproinde modo scientifico.

99

Replicabis, quod voluntas etsi ex se, & ex meritis proprijs præcisiva non sit, tamen supponit actũ intellectus quo cognoscitur bonitas attributorũ ut ordinabilis ad bonitatẽ essentiæ; ergo poterit terminare actũ electionis si veritas attributorũ potest terminare actũ stricte scientificũ.

100

Sed contra, nã ad terminandũ actũ electionis requiritur quod intellectus percipiat aliquomodo distinctã bonitatẽ illius quod terminat actũ electionis, a bonitate terminante actum intentionis, & insuper requiritur quod cognoscat quod in re bonitas medij non est bonitas ipsissima finis, cũ autẽ bonitas attributorũ etsi cognoscatur cũ aliquali distinctione, nempe cũ distinctione virtuali a bonitate essentiæ, cognoscatur tamen quatenus in re est eadẽ seu identificata cũ bonitate essentiæ, quæ est

bonitas ultimi finis, inde oritur ut nequeat actus electionis terminare; ceterum ad rationem strictae scientiae non obstat identitas realis veritatis conclusionis cum veritate principiorum dummodo sit aliqua virtualis distinctio. ut patet in scientia, qua demonstratur de ente esse verum, et bonum, et unum.

101 Secundo potest responderi admissa aliqualiter paritate pro cuius solutione notandum est quod electio tripliciter potest accipi, primo propriissime quatenus est pure electio, et adequate distinguitur ab intentione = 2.º proprie quatenus est electio obiecti quod simul est finis intermedius, unde amabile est ab actu, vel qui simul sit adequate electio, et intentio, vel a duplici actu quorum unus sit intentio, et alter electio. = 3.º modo potest sumi electio lato modo quatenus est respectu obiecti quod ab ultimo fine non distinguitur adequate, sed inadequate, unde ab hoc obiecto, ad ultimum finem datur aliqualis transitus, saltim virtualis, et inadequatus quae doctrina constat ex dictis tract. de ultimo fine disp. 1. q. 3. § 1. n. 5. iuxta quam

102 Resp. replicae factae distinguendo minorem; Sed distinctio virtualis quae reperitur inter essentiam divinam, et eius attributa sufficiens non est ut divina attributa terminare possint actum electionis, propriissime, vel proprie concedo min. electionis lato modo sumptae nego min, et consequentiam. Unde ut attributa divina aliquomodo terminent electionem lato modo sumptam sufficit quod aliquomodo ordinetur ad essentiam divinam, saltim ordinatione virtuali. quod nullum est inconveniens cum ex hoc non convincatur attributa divina habere veram causam finalem, sed tantum virtualiter talem, et quatenus solum essentia est ratio a priori etiam in genere causae finalis. Sicut similiter absolute conceditur attributa divina habere causam efficientem, non quae talis sit vere et proprie sed solum virtualiter talis quatenus solum est ratio a priori* in quo nulla est repugnantia.

103 Ast ad rationem strictae et rigorosae scientiae sufficit distinctio virtualis inter obiectum de qua est scientia, et principium, quia talis distinctio sufficit ad strictam demonstrationem propter quid =

104 Consonat haec doctrina cum alia thomistarum communi assentientium

asserentium Essentiæ divinæ ut virtualiter distinctam ab attributis esse obiectum primarium Visionis beatificæ, & attributa pertinere ad modificationem obiecti = Similiter consonat cum alia asserente obiectum primarium habitus Charitatis, esse bonitatem Essentiæ divinæ, bonitatem vero attributorum pertinere ad modificationem obiecti primarij habitus Charitatis.

QVÆSTIO. IV.

An in Deo sit Scientia stricte et rigorose respectu creaturarum?

§. 1. Præmittuntur nonnulla.

105

Fide sancta supponimus quod in Deo datur scientia, saltim in lata acceptione respectu creaturarum, quatenus nempe scientia dicit saltim esse cognitionem certam, & evidentem, & absque dubietatis macula. dicitur enim Sapient. cap. 8 * Si multitudinem scientiæ desiderat quis, scit præterita, & de futuris æstimat, signa, & monstra scit antequam fiant, & eventus temporum, & seculorum. * quod ipsum expresse habetur in Psal. 93. ubi dicitur * Dominus scit cogitationes hominum * = Unde quod in dubium vertitur est an talis cognitio certa, & evidens quam Deus habet de creaturis sit stricte, & rigorose scientifica?

106

Pro cuius decisione supponendum est secundo quod Creaturæ neutiquam pertinent, ad obiectum primarium intellectus divini, proindeque neque valent esse obiectum primarium alicuius attributi

vel perfectionis pertinentis ad lineā intellectivā, sicut neq; pertinent ad obiectū ~~secundarium~~ primariū voluntatis divinæ, cū quo compatitur quod Deus habeat de creaturis strictā, & rigorosā scientiā si ex alio capite talis stricta scientia non repugnat. etenim scientia Dei sidatr in stricta acceptione respectu creaturarū utiq; erit, quatenū eas in se ipso ut in causa prius cognita cognoscit scientificè. Igitur

107) Prima sententia est negativa, quā tuentur Authores quos supra enumeravimus pro sententia negante in Deo scientiā in stricto sensu relate ad aliqua obiecta.= Secunda sententia Deū habere scientiā strictā de rebus creatis, dummodo non sint veræ veritate necessaria, & infalibili. hanc sententiā tenet Herbeus quodlib. 2 q. 2. & paucissimi eā amplectuntur.= Tertia sententia est aliorū quos sine nomine refert Illust. Godoi, & docet hæc sententia Deū non habere strictā scientiā circa veritates contingentes, quia fallibiles. Verū revera rationi huius tertiæ sententiæ sunt omnes assertores scientiæ mediæ quatenus ita Deo tribuunt notitiā consensus liberi, v.g. quod absolute deffectibilis est a Deo talis notitia, si creatura pro suo nutu, non ad consensū præviū in statu conditionato se determinet, in statu absoluto, sed potiū ad disensū. Unde asserunt quod voluntas creata, nunc in statu absoluto exitens, facere potest potentia etiā consequenti, ne extiterit in statu conditionato scientia media consensus, quæ scientia de facto existit in eodē statu conditionato, dū non est purificata conditio. sed de hoc ex professo postea instituetur sermo.= Quarta deniq; sententia asserit dari in Deo scientia stricta & rigorosa respectu creaturarū, sive tales creaturæ sint veræ veritate necessa. & infallibili, sive sint veræ veritate contingenti insc. quiq; dicitur sit.

§ II.

Statuitur Clo.

108) Sit Conclusio: Cognitio divina, qua Deus certo, & evidenter cognoscit creaturas est stricte & rigorose scientifica, seu est scientia in stricto & rigoroso sensu. = Probatur primo nostra Clo ex D. Thoma. qui lect. 5. super illa verba Pauli ad Romanos cap. 11. * O altitudo divitiarū sapientiæ, & scientiæ Dei * hæc habet

habet verba* Habet enim Sapientiā de divinis, & Scientiā de rebus creatis *= & lect. 1. super illa verba Pauli ad Colossenses 2... *in quo sunt omnes thesauri Sapientiæ, & Scientiæ absconditi* sic ait.* Sapientia enim est cognitio divinorū, Scientia vero est creaturarū cognitio.* quod & docet alibi pluries.

109

Ratione autē probatur 2.º quoad omnes suas partes: nā ut ex dictis constat, illa cognitio est stricte, & rigorose scientifica, quæ est cognitio rei per causā, & quod illius est causa, & quod aliter se habere non potest; sed cognitio divina qua Deus creaturas cognoscit est cognitio eaū per suas causas, & quæ aliter se habere non potest, ergo cognitio divina respectu creaturarū est stricte, & rigorose scientifica. minor in qua unice stat difficultas, cū ex pluribus partibus constet non aliter melius videtur posse suaderi, quā replicas contra ipsā efformatas diluendo, unde sit.

§. III.
Dilluuntur replicæ, circa veritates necessarias

110

Dices, Si Deus haberet scientiā strictā de omnibus veritatibus creatis haberet utiqꝫ scientiā de veritatibus necessarijs quæ pertinent ad primū modū dicendi perse, v.g. haberet scientiā strictā de illa veritate,* Homo est rationalis * Sed neqꝫ de hac veritate necess, neqꝫ de aliqua alia veritate creata infallibili habet Deus strictā & rigorosā scientiā; ergo Deus non habet scientiā in stricto, & rigoroso sensu de veritatibus necessarijs: cætera patent, & probatur minor quia ut haberet scientiā in stricto, & rigoroso sensu de prædicta veritate erat necessariū quod illā cognosceret per causā, & proinde quod cognosceret illud quod est causa illius, sed prædicta veritas non habet causā; ergo Deus nequit illā cognoscere per causā. probatur minor. nā cætera patent, nā si prædicta veritas haberet causā esset finalis, & efficiens; Sed nulliā habet; ergo prædicta veritas non habet aliquā causā. maior constat, cū omnis effectus habet causā finalē habeat efficientē. & e xtra, qui habet efficientē, habet & finalē. probatur

Ergo min. nam si haberet causam efficientem, utique esset veritas producta, Causa enim efficiens causat producendo, Sed implicat quod talis veritas sit veritas producta, cum productio sit singularium, et existentium, et aliunde praedicta veritas secundum se non est existens, alias Homo existeret ab aeterno, et alias existeret ab aeterno illa idea Platonica, et implicat quod talis veritas terminet actionem productivam; ac proinde illa veritas non habet causam efficientem, ac perconsequens neque finalem.

111 Rursus, talis propositio obiective sumpta est aeternae veritatis, ut communiter dicitur in lib. Periherm. ergo praedicta veritas est aeterna, ergo non habet causam, ergo non potest cognosci per causam.

112 Sed contra, et Respondeo negando minorem ad cuius probationem distinguo minorem Sed praedicta veritas non habet causam, exercite concedo minorem, signate nego minorem et consequentiam. quae solutionem non infringunt probationes adductae. unde explicatur solutio. Nam praedicta veritas, sicut et omnes essentiae rerum, et omnes creaturae possibiles, eo quia creaturae, sunt essentialiter ab alio, Abalietas enim est praedicatum essentiale et transcendens respectu creaturarum, sicut Aseitas per exclusionem causae est praedicatum transcendens omnes formalitates divinas. igitur Essentiae rerum dependent essentialiter a Deo, ut ab efficienti, et ut a finalizanti, et si non exercite, quia pro signo essentiae non habent aliquod esse actuale, et participiale, sed tantum nominaliter tale, Ceterum dependent signate ab ipso Deo, hoc est, taliter sunt, etiam prout possibiles, et prout nominaliter sunt entia quod nequeunt intelligi nisi ut subordinatae Deo, ipsique inferiores et ut ab ipso habendum est suum esse, quae dependentia sufficiens est ut revera Deus dicatur et sit causa possibilium, et si non exercite, signate tamen.

113 Ad Confirmationem, sunt qui asserunt praedictam propositionem esse aeternam, increatam, infinitam, et a Deo independentem cum Deus nequeat illam destruere. = Sed non video quo probabilitatis pacto praedicta, ita absolute possint affirmari. unde aliud est praedictam propositionem esse

aeternam

æternę veritatis; aliud esse æternū, primū enim est verū, & secundū falsū, quod sic explico, nā ut aliquā ppositio sit æternę veritatis sufficit quod ab æterno sit exemplarizata a Deo, idest quod Deus habeat de illa ideam necessario, non necessitate sumpta ex parte veritatis, ideatæ, sed ex parte ideæ quatenus essentialiter talis idea exigit imitari a creaturis,=
At ut prędicta veritas esset essentialiter æterna erat necessarius quod a se haberet æternitatē, unde similiter nequit dici veritas illa increata, cū esse increatū sit perfectio propria solius Dei, & quia esse increatū dicit aseitatē, quā non dicit illa veritas, sed potius dicit alieitatē cū ut vidimus alietas sit prędicatū essentiale, & transcendens respectu cuius libet quod non est Deus, & est aliquid.

114

Unde eadem ratione non potest dici independens a Deo, quia & si Deus nequeat illam destruere, hęc repugnantia non oritur, quasi primario, & formaliter ex prędicatis intrinsecis, & essentialibus rerū, sed ex summa, & infinita perfectione Essentię divinę, quę ex suis intrinsecis, & essentialibus, & infinitis prędicatis exigit necessario imitari a creaturis, unde tota perfectio excogitabilis quę invenitur in creaturis possibilibus oritur primordialiter a Deo, & proinde Essentię rerū nequeunt dici independenter a Deo, cū exercite ab ipso ut a causa exemplari dependeant, & signate, ab ipso ut ab efficienti, & finaliçanti.= & per hoc patet ad confirmationē, concesso enim antecedenti, negandę sunt consequentię subillatę.

115

Replicabis: Sed implicat quod Essentię rerū dicant respectū, seu ordinē dependentię relate ad Deū; ergo absolute est verū dicere quod creaturę possibiles, & quęlibet essentia rei, est independens a Deo. Subsumpta probatur. Essentia rei substantialis non potest importare ordinē dependentię ad aliquid extra se, etenim substantia quęlibet nullū ordinē transcendentalē dicit, neq. ad Deū. quo pacto thomistę, ad. q. 12. huius partis docent implicare substantiā supernaturalē creatā.

116

Sed contra nā: et si

Creaturis possibilibus, & essentijs rerum repugnet ordo prædicamentalis ad Deum, ut ad Causam efficientem exercite talem, tamen ipsis non repugnat ordo transcendentalis ad ipsum Deum ut ad Causam efficientem, & finalem signate talem, etenim omnibus creaturis est omnino essentialis dependentia à Deo, cum omnes creaturæ sint essentialiter entia ab alio. sunt etenim omnes creaturæ, entia secunda, relatæ ad Deum qui est primum in omni linea, & proinde & in linea entis.

117 Ad id quod in probatione dicitur de substantia, quatenus prædictæ solutioni videtur obstare. Resp.o quod etsi explicitum substantiæ non dicat constitutive pro expresso alietatem, & dependentiam a Deo, proindeque neque ordinem transcendentalem ad ipsum, tamen pro implicito, essentialiter et transcendentaliter dicit talem dependentiam, & alietatem, seu ordinem transcendentalem cum pro implicito dicat esse creatum, etenim substantia omnis quæ non est Deus, est ens creatum, vel creabile, & dicit essentialiter connexive & ex conceptu entis ab alio talem dependentiam & ordinem transcendentalem.

§. IV. Circa veritates necessarias, quæ sunt in 2° modo dicendi per se.

118 Replicabis 2°. contra nostram rationem. Nam veritates necessariæ, & creatæ quæ sunt in secundo modo dicendi per se, (scilicet quando passio prædicatur de subiecto v.g. in hac propositione: homo est risibilis,) non possunt cognosci scientifice à Deo, ergo ia ex hoc capite defficit nostra ratio. Assumptum probatur nam ut cognitio alicuius veritatis sit scientifica debet procedere per causas illius veritatis, scire enim est rem per causam cognoscere, & quod illius est causa. &c. Sed cognitio divina quæ prædictæ propositioni terminatur, non est cognitio rei per causam; ergo non est scientifica, probatur minor, Causa proxima & immediata prædictæ veritatis est rationale; etenim quia aliquid est rationale, est risibile, sed in rationalitate non potest Deus cognoscere prædictam veritatem ergo cognitio divina, quæ ad prædictam

predicto veritatis terminatur non est cognitio rei per causã. probatur minor, nã cetera patent, quia si Deus cognosceret hanc propositionẽ * Homo est risibilis * v.g. in rationalitate, Deus emendicaret scientiã et cognitionẽ ex creaturis: Sed hoc repugnat, cũ Deus adæquate in se ipso omnia cognoscat; ergo Deus nequit cognoscere veritatẽ illius propositionis in sua causa.

119

Aliqui hoc argumento convicti asserunt quod ut Deus habeat scientiã alicuius veritatis non est necessarium quod illã cognoscat per suã causã immediatã, sed sufficere quod Deus cognoscat quãlibet veritatẽ creatã (sive sit talis per se primo, sive per se secundo, vel alio modo,) in se ipso ut in causa universalissima totius entis.

120

Verũ aliter facilius, et verius responderi potest prædictæ replicæ distinguendo hanc propositionẽ: Deus non potest cognoscere hanc veritatẽ: homo est risibilis, v.g., in sua causa nempe in rationalitate, prout rationale continetur in Deo nego, Sumpto rationali secundũ se, ut distinctũ a Deo, transeat. = Itaque dicimus quod cũ aliquæ veritates creatæ dependeant necessario ab alijs veritatibus creatis inde oritur quod pro aliquo signo anteriori intelligitur quod veritas creata quæ aliã ase necessario facit dependere contineatur in Deo, quã passio seu veritas creata dependens, ac per conseq. cognitio, quã Deus habet de passionibus creatis est cognitio earũdẽ passionũ in sua propria essentia creata, sumpta ista non secundũ se, sed prout prius continetur in Deo.

§. V. circa veritates contingentes, et singulares.

121

Replicabis 3°. Implicat Deũ habere cognitionẽ scientificã de rebus singularibus, et contingentibus; ergo quoad hanc partẽ deficit nostra ratio. ans probatur, quia illud quod ex se non est scibile nequit terminare cognitionẽ scientificã; sed res singulares, et contingentes non sunt scibiles;

Ergo Deus non habet cognitionem scientificã de rebus singularibus, et contingentibus: mai. videtur evidens, et probatur min. 1º. ex Phylosofo asserente quod de singularibus non datur scientia, unde dictũ hoc venit iã in commune Phylosofoꝝ proloquiũ ac proinde dicitur communiter, quod scientia est de rebus universalibus perpetuis, et necessarijs, quo pacto demonstratio, quæ est propriissime actus scientificus deffinitur quod sit * syllogismus constans ex veris præmissis, immediatis, prioribus, notioribus, et causis conclusionis *

122 Secundo probatur eadẽ min. quia scire est semper causã cognoscere, et quod illius est causa, et quod aliter se habere non potest; Sed omnia singularia, et contingentia aliter se habere possunt, cũ possint transire de non esse ad esse, et econtra de esse, ad non esse, ergo implicat quod detur aliqua cognitio scientifica circa res singulares, et contingentes,

123 Sed contra nã etsi res singulares, et contingentes non sint scibilia respectu intellectus increati tamen respectu intellectus divini sunt stricte scibilia, nã ideo intellectus creatus nequit habere scientiã de singularibus, et contingentibus, quia non habet cognitionẽ certã de Causis ipsoꝝ, cũ et ipsæ causæ sint deffectibiles in operando, et hac ratione dicitur quod de singularibus non datr scientia; at vero relative ad intellectũ divinũ scibilia sunt, quia intellectus divinus scit perfecte, et comprehensive causã infallibilẽ, et immutabilẽ contingentiũ quæ est decretũ liberũ suæ voluntatis, unde cũ Deus sciat evidenter quidsit determinatũ per suũ decretũ circa singularia, et contingentia, inde oritr quod de illis habet cognitionẽ certã, et evidentẽ, per causã quæ aliter se habere non potest; ast intellectus creatus penetrare non potest decreta libera Dei ac proinde nequit habere certã scientiã respectu contingentiũ et singulariũ, sed solũ notitiã coniecturalẽ circa illa

124 Replicabis. Sed Dꝰ nequit habere scientiã strictã de suo decreto libero; ergo neque poterit habere cognitionẽ scientificã de re innixa huic decreto. Subsumpta probatr, nã ut Deus haberet scientiã strictã de suo decreto libero necessariũ erat quod illud decretũ cognosceretur in causa infallibiliter connexa, cũ tali decreto libero, si enim causa non est

est infalibiliter conexa cum decreto, tamen causa quae decretum poterunt efficere, hoc est causa poterit libere illud non causare, et decretum poterit proinde efficere, sed ex termini illud quod consideratur ut causa, sive ut ratio apriori respectu divini decreti non est infalibiliter conexum cum decreto, etenim Voluntas divina, quae est veluti causa et ratio apriori decretorum, potest non se determinare per hoc decretum: v. g. per decretum consensum cum quo decreto est essentialiter conexum hoc singulare, scilicet Consensus, et etiam quando voluntas divina est determinata per tale decretum est libera in illud conservando; ergo Deus nequit habere scientiam strictam de suo decreto libero, sed solum notitiam coniecturalem.

Sed contra, nam et si voluntas divina sit libera absolute, et simpliciter relate ad suum decretum, tamen quando exercite influit, (influxu utique virtuali) in suum decretum, iam pro illo signo est causa saltim virtualis, et si non necessaria respectu sui decreti, tamen est causa sub illa consideratione infalibiliter conexa cum decreto, quae infalibilis conexio est sufficiens ratio ut Deus habeat strictam, et rigorosam scientiam sui decreti, proinde et singularis contingentis infalibiliter conexi cum illo.

QVÆSTIO. V.

Detur in Divino Intellectu Scientia quae talis sit a posteriori?

§. 1. Præmittuntur aliqua.

126 Scientia a posteriori dicitur illa, quæ ex effectibus ducit in cognitionem causarum; igitur quando dubitatur an talis scientia a posteriori reperiatur in Deo supponitur ut certum quod ly ex effectibus, non debet sumi ita ut veram causalitatem arguat, vel inter actum qui ad effectus, et ad causam terminatur, seu ut alijs terminis loquar, non debet intelligi ly ex effectibus ita ut veram causalitatem arguat inter illud quod habet rationem præmissarum et inter illud quod habet rationem conclusionis deductæ; etenim in Deo, ut iam diximus, non datur multiplicitas actuum, quorum unus sit antecedens, et aliud consequens, sed unico et indivisibili actu omnia attingit.

127 Similiter ly ex effectibus in scientia a posteriori non denotat causalitatem obiectivam, inter antecedens, et consequens, quæ sit stricta causalitas, cum potius ex parte rei, antecedens sit illud, quod in re est effectus, et consequens scientifice deductum est illud, quod in re est causa. Unde in Scientia a posteriori illud quod se habet ex parte antecedentis, seu ex parte præmissarum solum dicitur causa improprie, et unice quo ad inferendum. Unde formalius loquendo, effectus est quædam ratio ducens in cognitionem causæ, quatenus ob dependentiam strictam, quam dicit effectus a causa, terminat causam prædictam dependentiam.

128 Notandum est secundo quod iuxta subiectam materiam idem est inquirere, An in Deo detur scientia a posteriori? quam inquirere, utrum detur in Deo notitia abstractiva sui ipsius? quatenus nempe ex cognitione creaturarum quæ sunt effectus ipsius Dei, veniat Deus ipse, in cognitionem sui, eo modo quo existentia, et quidditas Dei deducitur ex creaturis, nempe quo ad an est.

129 In hac re non concordes inveniuntur Thomistæ dum alij affirmativam, alij negativam conantur tueri sententiam, eamque quilibet ex Angelico Magistro stabilire contendit. = Igitur pro sententia negativa stat Illust. Godoi tract. 3. de Scient. Dei, disp. 23. §. 6. ubi asserit esse suam sententiam Thomistarum communem, etsi fateatur Thomistas quamplures potius supponere

Supponere hanc questionem que eo conentur rationibus fulcire. ¶ Pro 130 sententia affirmativa stat M. Yldef. Mich. ad hanc q. 14. ar. 2. dub. unic. num. 63. referens pro se aliquos thomistas, quos ibidem congerit et accumulat.

§. II.
Statuitur conclusio.

131 Sit nostra Clo: Datur in Deo scientia aposteriori sui ipsius que sit solum in adequate distincta a scientia apriori; non autem scientia aposteriori, que virtualiter adequate distinguatur a scientia apriori. = Hec nostra conclusio videtur utrumque thomistarum sententiam conciliare unde prius que eo authoritate, et ratione stabilire conemur ipsam explicare, et explanare congruit. ¶ Dicimus ergo quod licet Deo repugnet cognitio sui ipsius abstractiva que sit formaliter talis, et que non attingat ipsum Deum quo ad quid est, pro obiecto directo, et primario, tamen non repugnat Deo cognitio sui ipsius quo ad an est, que sit eminenter abstractiva, et simul formaliter, et adequate concepta intuitiva, et quidditativa sui ipsius. = Clo sic explicata videtur esse conformior Angelico Mag. et proinde veritati; unde si aliquando videatur D. Thomas negare in Deo scientiam aposteriori, et notitiam abstractivam sui ipsius, intelligendus est de scientia aposteriori, et notitia abstractiva, que sit adequate distincta a scientia apriori, et a notitia intuitiva sui ipsius.

132 ¶ Probatur ergo ex D. Thoma 1. ad Anib. dist. 3. q. 2. ar. 1. ubi hec habet verba *: Beati non cognoscunt Deum ex creaturis, quia vident Deum per essentiam, cognoscunt tamen eum in creatura, sicut et Deus seipsum videt in creaturis representatum et cognitio per creaturas est tantum hominum viatorum * Notate hec penultima verba Angelici Mag. - Deus seipsum iuxta Angelicum Mag. videt in creaturis representatum; sed Deus non continetur in creaturis quo ad quid est, sed solum quo ad an est, etenim creature non aliter Deum representant, ergo iuxta D. Thomam Deus videt se ipsum in creaturis quo ad an est, et non quo ad quid est. Nunc sic, sed predicta notitia et est scientia aposteriori, et est notitia abstractiva aliqualiter, sive est notitia que habetur, quasi per reflexionem et retrogresionem;

Ergo iuxta D. Thomam datur in Deo scientia a posteriori, et notitia abstractiva aliqualiter, idest modo explicato.

183 Ratione probatur. Primo quia praedicta notitia modo in ipsa conclusione explicato nullam dicit imperfectionem; ergo datur in Deo praedicta notitia. antecedens probatur quia praedicta scientia a posteriori, seu notitia abstractiva, solum arguit quod detur in Deo praeter cognitionem comprehensivam et intuitivam sui, qua se ipsum directe attingit, cognitio qua se ipsum in creaturis repraesentatum attingat; sed nulla est imperfectio quod Deus se ipsum cognoscat modo quo repraesentatur in creaturis, idest quo ad an est; ergo Deus non solum habet cognitionem quidditativam, et intuitivam sui sed simul habet notitiam sui abstractivam aliquomodo, et quo ad an est.

134 Rursus Deum cognoscere creaturas omni modo quo cognoscibiles sunt ex parte obiecti cogniti est perfectio debita Deo; sed creaturae ex parte obiecti cogniti, quatenus media dependentia, quae necessario important respectu Dei, sunt cognoscibiles quatenus Deum quoad an est repraesentant ergo creaturae sic cognoscuntur a Deo, ac per consequens Deus cognoscitur a se ipso quatenus repraesentatur a creaturis, idest quoad an est. haec ultima sequela ex prima patet, et prima ex praemissis, quae videntur notae; etenim cognoscere obiectum secundum omnes exigentias et formalitates in ipso repertas est ex terminis perfectio ex parte cognitionis; atqui creaturae quatenus sunt obiectum cognitum habent secum identificatum ordinem transcendentalem dependentiae ad Deum; ergo nequeunt perfecte cognosci quin iste ordo, et haec dependentia cognoscatur, sed ordo unius ad aliud cognosci nequit nisi cognoscatur terminus sub formalitate termini; ergo cum Deus sit terminus istius ordinis, necessario quasi per reflexionem, et retrogressionem in cognitione qua Deus in se ipso intuitive cognito cognoscit creaturas, cognoscit se ipsum aliqualiter abstractive et quo ad an est.

§. III. Proponitur fundamentum contrariae sententiae

135 Dices, sed cognitio abstractiva quocumque modo explicetur, etiam si sit et explicetur ut identificata adhuc virtualiter cum cognitione intuitiva dicit imperfectionem pro explicito; ergo non potest reperiri in

in Deo. Subsumpta probatur quia cognitio abstractiva reduplicative qua talis, dicit esse cognitionem unius formalitatis, et non alterius formalitatis repertae in obiecto cognito, sed cognitio quae ex terminis solum extenditur ad unam formalitatem repertam in obiecto, et non ad aliam dicit imperfectionem; ergo cognitio abstractiva quocumque modo explicetur dicit imperfectionem. maior videtur evidens, minor cognitio abstractiva qua talis, solum dicit cognitionem obiecti quo ad an est, et non quo ad quid est, sed quidditas obiecti, ut intuitive cognita est alia formalitas a formalitate ipsius obiecti, quo ad an est; ergo cognitio abstractiva, est cognitio unius formalitatis repertae in obiecto, et non alterius. 136

Rursus cognitio abstractiva, reduplicative qua talis, est cognitio rei absentis, ut absentis, sed cognitionem terminari ad Deum ut absentem dicit imperfectionem, cum omnis perfectio eveniat cognitioni, quia Deum sibi habet realiter, et praesentialiter unitum; ergo cognitio abstractiva dicit ex terminis imperfectionem. 137

Rursus cognitio abstractiva dicit repugnantiam, ut simul cum intuitiva reperiatur; ergo cum Deus necessario habeat cognitionem intuitivam sui, repugnat quod aliquo modo habeat abstractivam cognitionem sui. assumptum probatur, cognitio abstractiva dicit ex suo conceptu esse circa obiectum absens, cognitio intuitiva dicit similiter ex suo conceptu esse circa obiectum non absens, sed praesens; atqui absens, et non absens sunt praedicata repugnantia; ergo cognitio abstractiva dicit repugnantiam, ut simul cum notitia intuitiva reperiatur. 138

Nec valet dicere quod iuxta communem theologorum consensum, et iuxta locutionem PP. in Beatis datur cognitio matutina, et vespertina, unde cognoscunt creaturas in Verbo, et extra Verbum, seu in se ipsis: Nunc sic ergo quando cognoscunt creaturas in se ipsis, cum talis cognitio, cum talis cognitio sit comprehensiva plurium (ut pro nunc praescindamus a quaestione, utrum Angeli inferiores superiores comprehendant? vel non?) talis ergo cognitio creaturarum praesertim si est elicita ab Angelo superiorissimo omnium, est comprehensiva creaturarum unde attingit Deum in creaturis, proindeque abstractive, nam per talem cognitionem attingit creaturas quatenus ex illis devenitur in cognitionem

Dei tanquam Autoris naturalis, (si nempe cognoscuntur creaturæ secundum entitatem naturalem) tum ut autoris supernaturalis, (Si cognoscuntur mysteria gratiæ) ex tali enim cognitione creaturarum vespertina seu extra Verbum devenitur in cognitionem Dei quo ad an est, quæ utique est abstractiva, ex creaturis enim non habetur cognitio intuitiva Dei. ergo cum alias ipse Angelus Superior, sicut et omnes alij Beati, in quibus admittitur illud duplex genus cognitionis, scilicet, Matutinæ, et vespertinæ, videant Deum intuitive, et clare, infertur quod notitia intuitiva, et abstractiva eiusdem obiecti non dicunt repugnantiam in eodem intellectu.

139 Dices non valere prædictam instantiam nam est difficultatem solvere cum alia simili difficultate, unde potius est illusio, quam argumenti solutio. etenim qui Deo negant notitiam abstractivam sui ob repugnantiam prædictam consequenter negabunt in Beatis cognitionem intuitivam, et abstractivam eiusdem obiecti.

140 Rursus, quælibet cognitio scientifica, ex terminis dicit quod antecedens, seu præmissæ quo ad inferendam conclusionem et qua est scientia deserviunt, sint notiores conclusione. etenim antecedens est causa adminus virtualis, et ratio sub qua attingendi conclusionem, unde ut communiter docetur in libris Posteriorum, præmissæ sunt certiores conclusione: Sed implicat quod creaturæ sint notiores, et certiores Deo, præsertim in cognitione qua se ipsum Deus cognoscit; ergo implicat quod Deus habeat notitiam abstractivam sui ipsius in aliquo sensu.

§. IV. Diluitur præiactum fundamentum.

141 Fateor prædictas instantias in favorem sententiæ negativæ efformatas aliquid difficultatis præseferre, verum si attente, et sincere inspiciuntur nostræ conclusionis vim non enervant. unde ad primam instantiam negatur subsumpta, ad cuius probationem distinguo maiorem: Cognitio abstractiva qua talis dicit esse cognitionem unius formalitatis, et non alterius, Si sit cognitio abstractiva simpliciter talis et virtualiter adæquate distincta a cognitione intuitiva, Concedo mai. Si solum sit eminenter talis et virtualiter indistincta a cognitione intuitiva, seu cum illa identificata dicit esse cognitionem unius formalitatis, et non alterius; ~~[illegible]~~ subdistinguo mai. ly non præcisive sumpto concedo mai. ly non exclusive

exclusive sumptum, nego mai. et ex eadem distinctione minoris negatur conseq. vel distinguatur consequens eisdem terminis. 142

E per hoc patet ad secundam replicam. Resp. ergo dist. mai. cognitio abstractiva qua talis est cognitio rei absentis, si sit cognitio abstractiva solum formaliter talis concedo mai. si solum sit eminenter talis, subdistinguo est cognitio rei absentis, ut absentis, ly ut praecisive sumptum concedo mai. ly ut positive sumptum nego maiorem, et distinguo minorem, quod cognitionem terminari ad Deum ut absentem dicit imperfectionem, si solum terminetur ad Deum ut absentem positive concedo min. si solum terminetur ad Deum ut absentem ly ut praecisive sumptum, et quatenus alias dicit habere simul identificatam cognitionem intuitivam rei ut praesentis nego minorem, et conseq. 143

Ad tertium negatur assumptum ad cuius probationem dist. mai. cognitio abstractiva est circa obiectum absens, et intuitiva circa obiectum non absens, si utraque cognitio est formaliter talis, et una ab altera adaequate distinguitur concedo mai. si utraque non est formaliter talis, sed solum notitia intuitiva est formaliter talis, et abstractiva est solum eminenter talis, et inadequate distinguitur ab intuitiva, est circa obiectum non absens, subdist. ly non praecisive sumptum concedo mai. ly non absens. sumptum pro absentia positiva nego mai. et concessa minori, vel illam claritatis gratia dist. absens, et non absens sunt praedicata pugnantia, si absens, et non absens sumuntur positive, et in eodem sensu concedo min. si unum sumitur positive, et alterum praecisive, nego min, et conseq. 144

Ad illud de Cognitione Matutina, et Vespertina Beatorum Resp. quod cognitio Vespertina qua talis est aliquomodo abstractiva Dei cognitio, etsi inadequate distincta a cognitione matutina, et intuitiva, etenim illae duae cognitiones, Matutina quae est perfecte intuitiva Dei, et Vespertina quae aliqualiter est abstractiva ipsius Dei notitia, non sunt oppositae, cum vel non sint duae cognitiones, sed una cum duplici formalitate, vel si sunt duae una adiuvatur ex alia, cum solum distinguantur penes magis et minus in claritate, unde quae est abstractiva non est formaliter abstractiva, sed solum eminenter. 145

Replicabis: ergo similiter per diversa

media poterunt adunari in eodem intellectu Fides, et Scientia clara respectu eiusdem obiecti.

146 Sed nego consequentiam, cuius disparitas stat in eo quod quando Thomistae ad tractatum de Fide disputant de coexistentia Fidei, et Scientiae eiusdem obiecti. qui tenent partem negativam, ideo est quia fides, et scientia inferunt praedicata pugnantia, scilicet videre et non videre, quod non videre est de substantia actus Fidei, et videre de substantia actus scientiae; at notitia intuitiva, et abstractiva qualiter a nobis adstruitur in Deo non est notitia abstractiva formaliter talis, unde non exigit positive terminari ad non praesens, sive ad absens positive, sed ad non praesens praecisive, id est ad formalitatem quae quatenus habetur per notitiam illam qua per retrogressionem ex creaturis ad Deum, sit non praesens, id est non attingatur ut est in re, sed solum prout conectitur cum creaturis, etsi revera attingatur formalitas quae est in re. proindeque diximus in Deo quod illa notitia non est perfecte abstractiva, sed solum eminenter, quatenus nempe sortitur illud quod habet perfectionis notitia abstractiva

147 Pro cuius maiori intelligentia notandum est quod cognitio abstractiva, quae formaliter est talis, et habet attingere obiectum, et habet illud attingere reduplicative ut absens, hoc secundum dicit imperfectionem, secus autem primum igitur quando in Deo adstruitur scientia sui ipsius aposteriori, quae aliquomodo est notitia abstractiva sui, non adstruitur quatenus est adaequate scientia aposteriori distincta adaequate a scientia apriori, proindeque non adstruitur notitia abstractiva quatenus adaequate distinguitur a notitia intuitiva, sed adstruitur ut inadaequate distincta, unde solum adstruitur secundum quod dicit hoc quod est attingere obiectum praecindendo ab eo quod sit vel non sit in re, unde non dicit oppositionem cum alia notitia exigente attingere obiectum prout est existens in re; = at vero fides exigit positive non videre obiectum et non se potest habere praecisive ad hoc quod est attingere obiectum, sive sit sive non sit visum, quia ut diximus. lumen non visum est de substantia obiecti fidei.

148. Ad ultimum Respondeo quod quando dicitur

dicitur quod quælibet scientifica cognitio procedit ex notioribus intelligendus est quando talis cognitio est adæquate distincta a cognitione ipsius antecedentis, at vero quando cognitio scientifica, quæ talis est aposteriori est indistincta etiam virtualiter ab alia cognitione quæ talis est apriori, solum arguit quod antecedens ex quo habetur illa cognitio aposteriori sit aliqualiter ratio illius, et antecedens ipsum illius, quod nulla est imperfectio respectu Dei, unde et cum cognitio aposteriori et abstractiva, quam adstruimus in Deo respectu sui ipsius, sit identificata etiam virtualiter cum cognitione apriori, non infertur quod creaturæ sint notiores Deo, sed solum quod prout sic debent aliqualiter prius cognosci, idest quod quasi per reflexionem, et retro gressionem Deus transeat nostro modo intelligendi, ex eo quod prius per scientiam apriori cognoscit creaturas in se ipso, ad cognoscendum se ipsum, quatenus continetur in ipsis creaturis, neompe quo ad an est.

QUÆSTIO. VI.

Utrum Scientia Dei sit Attributum?

§. I Præmittuntur non nulla.

149 Notandum est 1º ex tractatu de Attributis quod attributum divinum est * ratio quædam absoluta necessario, et formaliter existens in Deo et virtualiter ad eius essentiam consequuta * cuius definitionis explicationem supponimus ex prædicto tractatu.

150 Notandum est 2º quod in præsenti non est animus examinare utrum scientia Dei sit constitutivum metafisicum naturæ divinæ? etenim pro nunc sup-

ponimus vel praescindimus, a praedicto constitutivo, sive sit intelligere radicale, sive actuale, sive aseitas, vel quodlibet aliud praedicatum divinum. unde quod indubie ventimus est an cognitio divina reduplicative ut scientifica, distinguatur virtualiter a cognitione divina secundum se, in qua cognitione fortasse consistit metafisicum constitutivum naturae divinae, unde inquirimus, utrum scientia Dei sit formalitas virtualiter consequuta ad illam cognitionem, seu ad illud praedicatum in quo consistit constitutivum naturae divinae.

§. II.
Statuitur Concl.°

151 Sit Concl.°: Scientia Dei est rigorose attributum ipsius. unde non pertinet ad lineam naturae = Haec Conclusio videtur expressa in D. Thoma, nam in procemio huius quaestionis asserit, quod * Post considerationem eorum, quae ad divinam substantiam pertinent restat considerandum de his, quae pertinent ad operationem ipsius. * ergo cum Ang. Mag. immediate instituat sermonem de Scientia Dei, videtur sentire scientiam Dei non pertinere ad substantiam seu ad naturam, quae explicatur nomine substantiae, sed ad operationem quae est rigorose attributum cum operatio necessaria qualis est Scientia Dei, sit quid consequutum ad naturam.

152 Similiter constat haec conclusio ex Damasceno lib. 1. de Fide cap. 4. ubi sic ait * Sive Bonum, sive Iustum, sive Sapientem sive quidcumque tandem aliud dicere libeat non Dei naturam, sed quae naturae insunt exponis *

153 Ratione autem probatur Concl.° quia Scientia Dei est perfectio quaedam absoluta, necessario existens in Deo, et virtualiter subsequitur ad divinam naturam; ergo scientia Dei est rigorose attributum ipsius. ans quo ad singulas partes constat, et inprimis est perfectio absoluta, cum pro priori ad personas intelligatur convenire huic Deo. quod autem necess.° existat in Deo, patet ex dictis, cum Deus habeat scientiam tam sui ipsius seu suorum attributorum, tam creaturarum; quod autem virtualiter consequatur ad naturam etiam constat. cum omnis operatio ex vi sui conceptus dicat ab, seu egressum a natura, unde supponit naturam constitutam. ergo scientia Dei est perfectio quaedam absoluta necess.° existens in Deo, et virtualiter ad eius naturam subsequuta.

§. III.

§. III. Soluitur quædam replica.

154

Sed dices quod scientia Dei non subsequitur virtualiter ad divinā naturā; sed potius est ipsa natura divina; ergo scientia Dei non est attributū, conseq. tenet, & assumptū probatur. & supponamus quod constitutivū naturæ divinæ consistit in intelligere actuali: ex qua suppositione sic efformatur argumentū: intelligere divinū formaliter ut constitutivū est naturæ divinæ est scientificū, ergo scientia Dei non est attributū, sed potius pertinet ad essentiā seu ad naturā divinā; antecedens probatur illud intelligere est scientificū quod attingit rē per causam, & quod illius est causa, & quod aliter se habere non potest, sed intelligere constitutivū naturæ divinæ attingit rem per causā, & quod illius est causa, & quod aliter se habere non potest. ergo intelligere divinū formaliter ut constitutivū est divinæ naturæ est scientificū. cetera patent, & probatur min. quia intelligere divinū quatenus constitutivū est divinæ naturæ est infinitū, & comprehensivū Dei, ergo attingit attributa divina in essentia, seu in natura divina ut in causa virtuali ipsorū; ergo intelligere divinū formaliter ut constitutivū est divinæ naturæ est scientificū.

155

Rursū eo ipso quod intelligere divinū sit comprehensivū, attingit attributa omnimodo quo cognoscibilia sunt, sed attributa divina sunt attingibilia in essentia ut in causa, pro inde scientifice, ergo intelligere divinū formaliter ut constitutivū est naturæ divinæ est scientificū. mai constat, etenim de ratione intellectionis comprehensivæ est attingere obiectū omni modo quo cognoscibile est, ergo si intelligere divinū ut constitutivū est naturæ divinæ ~~attingit~~ est comprehensivū, intelligere divinū constitutivū naturæ divinæ est scientificū.

156

Sed contra nā intelligere divinū quod ut supponimus, & in probabilissima sententia est constitutivū divinæ naturæ, & si sit infinitum & comprehensivū pro inde attingat omnes formalitates cognoscibiles reportas in Deo, tamen ex se & quatenus tale

non exigit ut rationẽ formalẽ terminandi cognoscere rẽ per causã, sed solũ attingit ut quod seu ut rationes quæ attactæ omnia attributa divina, quæ alias deducuntur ex natura, & per ipsã sunt cognoscibilia; ceterũ intelligere scientificũ; ex se & ex terminis exigit terminari ad formalitates divinas sub ratione formali sub qua continentur in causa, unde quando intelligere scientificũ cognoscit attributa cognoscit illa per causã, idest in Essentia ut in causa & quando terminatur ad Essentiã terminatur ad ipsa ut reduplicative est causa, seu sub ratione formali subqua est causas intelligere autẽ divinũ constitutivũ naturæ ex se solũ terminatur ad obiecta ut sunt intelligibilia, undè si per impossibile Essentia non esset causa virtualis attributorũ, neq; ista originarentur virtualiter ab Essentia, staret, & salvaretur intelligere divinũ, ut est constitutivũ naturæ, & non staret, neq; salvaretur intelligere scientificũ quatenus tale, cũ non attingeret rẽ per causã, undè defficeret tunc casus ratio formalis sub qua scientiæ. & non defficeret ratio fortis illius intelligere quod est constitutivũ naturæ divinæ.

QVÆSTIO VII.

Nrũ Divisio Scientiæ Dei, in Scientiam Simplicis Intelligentiæ, et Visionis, sit adæquata?

§. 1.

Præmittuntur certa, apud fere omnes.

1 5. Scientia Dei, cum sit, & dicatur in ordine ad scibile, ex diversitate scibiliũ necesse est aliquã diversitatẽ sortiri, undè tamquã

tamquã omnino certũ supponendũ est quod Scientia Dei secũdũ se considerata. in ordine ad se seu in ordine ad actũ scientificũ non dividitur in diversa attributa, sed omnino est unicũ & indivisibile attributũ, quo circa D. Thomas q. 9. de verit. ar. 2. ad 1. docuit divisionẽ Scientiæ Dei, in Scientiã Visionis, & in scientiã Simplicis Intelligentiæ, non se tenere ex parte Scientis, sed ex parte obiectorũ scitorũ: etenim Scientia Dei active sumpta ut sicdicamus, seu subiective, & ut est actus divini intellectus, est infinita, & simplicissima, unde ex se, & secundũ hanc considerationẽ nullã virtualem distinctionẽ sortitur.

158 Igitur in ordine ad scibilia seu obiective sumpta dividitur in Scientiã simplicis intelligentiæ, & in Scientiã visionis, sic docet D. Thomas in ar. 9 huius q. & 1. contra g. cap. 66. & in 1. dist. 35. q. 1. ar. 9. & alibi pluries. = igitur Scientia Dei dicitur scientia simplicis intelligentiæ quatenus versatur circa quidditates rerũ, & circa prædicata essentialia & quidditativa ipsarũ, quatenus intelliguntur pro signo anteriori ad Existentiã = unde hæc scientia versatur, circa possibilia. = Scientia autẽ visionis dicitur talis quatenus versatur circa res sub existentia constitutas in aliqua differentia temporis, proinde & ut præsentes in æternitate ut late diximus tract. de Exist. futurorũ in æternitate.

159 Rursus. Scientia visionis subdividitur 1º in Scientiã visionis quæ versatur circa increata, & in scientiã visionis quæ versatur circa creata, scientia visionis quæ versatur circa increata, unice se extendit ad prædicata divina quæ scientiã Dei terminant. = Scientia autẽ visionis quæ versatur circa creata subdividitur in Scientiã visionis communiter dictã, & in scientiã visionis specialiter dictã. Scientia visionis specialiter dicta versatur circa obiecta creata existentia in aliqua differentia temporis, quæ bona sunt, unde fundatur in decreto positivo, & absoluto de existentia ipsorũ. ut ex dicendis constabit. = Scientia autẽ visionis Communiter dicta, versatur circa mala existentia, in aliqua diffª temporis. unde fundatur in decreto permissivo. = Unde Scientia visionis specialiter dicta consuevit appellari Scientia approbationis, & scientia visionis communiter dicta dici consuevit scientia non approbationis, seu improbationis.

160 Secundo Scientia Dei secundum se, et ex parte scibilium dividitur in Scientiam liberam; et in scientiam necessariam, et naturalem. Scientia libera est quæ innititur in decreto libero Dei; Scientia autem necessaria, et naturalis non fundatur in libero Dei decreto, sed potius antevertit omne decretum, et omne exercitium liberum divinæ voluntatis. Scientia naturalis seu necessaria non extenditur ad attingendum res sub existentia, cum ista sit prædicatum contingens, dependens a libero Dei decreto. econtra autem scientia libera res omnes quæ cadunt sub existentia attingit.

161 Rursus Scientia Dei etiam relate ad scibilia creata dividitur in Speculativam, et Practicam. = hæc est scientia, quæ est factiva rerum unde ad res omnes quæ habent existentiam in aliqua differentia temporis extenditur, iuxta illud *dixit Deus et factum est.* Genes. 1.= illa autem est solum contemplativa, et non rerum factiva, unde solum circa possibilia versatur.

162 Rursus potest addi alia divisio Scientiæ Dei relate ad scibilia, nempe in Scientiam intuitivam, et abstractivam, intuitiva est illa quæ versatur circa obiecta ut existentia abstractiva autem est quæ attingit obiectum præscindendo ab eius existentia.

163 Rursus scientia Dei, alia est apriori, alia aposteriori; de hac ultima, scilicet, de scientia a posteriori, sicut et de abstractiva, diximus non reperiri in Deo, ut adæquate distincta a scientia apriori, sed solum eminenter, et ut inadæquate distincta ab ipsa scientia apriori. quæ omnia clariora sunt ut egeant explicatione.

§. II.

Referuntur sententiæ.

164 Quoad præsentem difficultatem prima sententia asserit divisionem scientiæ Dei, in Scientiam Simplicis intelligentiæ, et visionis, non esse adæquatam, sed addendum esse tertium membrum, scilicet, Scientiam Approbationis, ita Vincentius in Select. de Grat. Xpi. q. 6. dub. 1.

Verum hæc sententia probabilitate caret, cum ut infra proponendum vidimus, scientia Approbationis coincidat, cum scientia visionis, unde est membrum ipsius scientiæ visionis subdividens. cum omnis scientia approbationis sit scientia visionis, licet non econtra eveniat.

Secunda

Secunda sententia ponit dividium & discordiam inter assertores Scientiæ mediæ. etenim etsi omnes propugnatores huius Scientiæ asserant Scientiam Mediam esse mediam inter liberam, & necessariam; tamen non omnes asserunt esse mediam inter scientiam Visionis, & Scientiam Simplicis intelligentiæ. sed ad unum ex his membris eam pertinere contendunt. Hanc sententiam videtur tenere P. Abendaño, tom. 1. de scient. Dei, disp. 1. cap. 1. etenim ait, quod Scientia simplicis intelligentiæ optime definitur his verbis* est Scientia obiecti omnis, & solius, pro nullo tempore existentis* Nunc sic. Sed futura pure conditionata, idest illa quorum conditio numquam est verificanda, quæ, iuxta hunc Autorem, & iuxta omnes defensores Scientiæ mediæ, attinguntur per Scientiam mediam, sunt talis conditionis, ut numquam sint extitura, ut patet in conditionata pœnitentia Thyriorum, & Sydoniorum, ergo videtur quod iuxta hanc rem scientia media pertinet ad Scientiam Simplicis intelligentiæ. unde isti autores ut adequatam admittunt prædictam divisionem, 65

Alij, etiam assertores Scientiæ mediæ asserunt prædictam divisionem Scientiæ Dei, in Scientiam Simplicis intelligentiæ, & visionis, non esse adæquatam, sed necesse esse superaddendum aliud tertium membrum, scilicet, ipsam scientiam Mediam, qua Deus versetur circa futura conditionata, & ipsa cognoscat. hanc sententiam, quæ utique est tertia in ordine, tenent. Pater. Vazq. in hac. 1. p. disp. 67. cap. 9. n. 27. Granad. tract. de Scient. Dei disp. 5. n. 5. & alij ex Societate, 66

Et si ipsis opponas quod iuxta omnes antiquos theologos, prædicta divisio scientiæ Dei, in scientiam simplicis intelligentiæ, & visionis, est ut adequata recepta & admissa, = Respondet. P. Vazq. quod Antiqui theologi scientiæ mediæ non meminerunt unde non mirum debet esse quod prædictam divisionem ut adequatam susceperint. = ubi & si obiter, maxime notanda est novitas Scientiæ mediæ, a professoribus ipsius confessa. 67

Communissima, tum antiquorum theologorum, tum Recentiorum, thomistarum, & Scotistarum sententia, asserit prædictam divisionem esse adequatam. hanc absque discrimine tenent omnes thomistæ, quos in longum esset recensere. & insuper eam sequuntur plures ex PP. Societatis. 68

§. III.
Statuitur Concl.

26 Sit nostra Concl.º: Divisio qua Scientia Dei, ut respicit obiecta secundaria, & materialia, nempe in ordine ad scibilia creata, dividitur, in Scientiã simplicis intelligentiæ, & in Scientiã Visionis, est adæquata = Probatur Concl.º divisio quæ datur per extrema contradictoria, non potest non esse adequata; Sed prædicta divisio datur inter extrema contra dictorie opposita; ergo est adequata. cætera patent, & probatur min. obiectum scientiæ simplicis intelligentiæ, est res non existens exercitè extra causas; obiectum autem scientiæ Visionis, est res existens, exercitè, & extra causas, in aliqua differentia temporis, Sed obiectum exercitè existens extra causas, & obiectum non exercitè existens extra causas, inter quæ obiecta utriusque datur prædicta divisio, opponuntur contradictorie, (saltim virtualiter, ut pro nunc abstineamus a quidditate oppositionis contradictoriæ formalis, quæ debeat esse inter esse simpliciter, & non esse simpliciter) ergo prædicta divisio versatur inter extrema contradictorie opposita, proinde est adequata.

§. IV.
Diluuntur replicæ.

27 Replicabis, et dices, quod præter prædicta obiecta circa quæ versatur Scientia Dei, & in ordine ad quæ dividitur, est assignabile aliud obiectum; ergo constituenda exit in Deo alia scientia, ut eius scibilitatem percipiat, assumptum probatur. 1º in puris non entibus, seu in obiectis impossibilibus, v.g. in Chymera, etenim scientia quam Deus habet de non entibus seu de impossibilibus non est scientia simplicis intelligentiæ neque scientia visionis; ergo est assignabile aliud obiectum scibile, præter assignata, proinde ab alia scientia attingibile. antecedens quoad utrasque partes videtur evidens, & in primis quod non sit scientia visionis constat, quia ista versatur circa res ut exercitè existentes, in aliqua differentia temporis, Sed non entia, seu impossibilia, v.g. Chymera, non existunt exercitè extra causas, neque existere possunt; ergo Deus non cognoscit non entia seu impossibilia per scientiam visionis = quod autem non sit scientia simplicis intelligentiæ probatur, quia ista versatur circa obiecta etsi non existentia exercitè in aliqua differentia temporis, tamen sunt potentia existere; obiectum enim simplicis intelligentiæ est possibile ut possibile, unde eius existentia exercita non repugnat.

Secundo

Secundo probatur idq assumptum, in futuris pure conditionatis, idest in futuris, quæ dependent in sui existentia ab aliqua conditione quæ numquam est adimplenda: etenim futura ista sunt simpliciter scibilia, cognita proinde evidenter a Deo; Sed ista futura neque sunt mere possibilia, et proinde non sunt omnino intra causas; neque similiter prædicta futura sunt simpliciter futura, ac proinde revera numquam sunt habitura existentiam exercite in aliqua differentia temporis; ergo vel assignanda est Scientia Media ad cognitionem horum futurorum, vel si hæc nobis displicet assignanda est alia tertia scientia, quæ neque sit scientia simplicis intelligentiæ, neque sit scientia visionis. 712

Respondeo ad replicam negando assumptum ad cuius primam probationem de non entibus, seu de non entibus, seu de impossibilibus simpliciter, ut chymera, resp. quod vel arguens loquitur de non entibus, seu de impossibilibus secundum se sumptis, nullo ordine inspecto ad intellectum creatum fingentem, vel fingere potentem, ipsis que potentem tribuere esse fictum, vel loquitur de illis attento tali ordine? Si loquitur de non entibus, seu de impossibilibus in 1o sensu, nego suppositum, nam prout sic non sunt scibilia vel cognoscibilia a Deo, quia prout sic sunt omnino nihil, et nihil non est cognoscibile præsertim cum Deus non faciat entia rationis. unde non est insudandum neque humidum radicale consumendum in assignanda scientia per quam Deus cognoscat non entia seu impossibilia. 713

Si autem arguens loquitur in 2o sensu, tunc ulterius sic subsumo. nam vel loquitur de non entibus, seu de impossibilibus, prout formaliter sunt entia rationis actu conficta ab intellectu creato fingente, vel loquitur de illis fundamentaliter inspectis, quatenus nempe intellectus creatus potest illa fingere, si est sermo de ipsis formaliter, et actu confictis ab intellectu, sic cognoscuntur a Deo per scientiam visionis, quia cognoscuntur ut exercite existentia modo quo possunt existere, unde terminant notitiam intuitivam Dei, quæ utique est scientia visionis. 714

Si vero est sermo de ipsis fundamentaliter inspectis, quatenus nempe intellectus potest illa fingere, tunc sic ulterius rogo, nam vel datur decretum de eo quod intellectus creatus illa finget, in aliqua differentia temporis, proinde illa infallibiliter accipient suam fictitiam existentiam; vel tale decretum non datur sed potius datur decretum negativum

circa tale fictione? Si primu, cognoscuntur per scientia visionis, ut modo di- ximus de entibus rationis fictis. Si secundu, cognoscuntur per scientia simplicis intelligentie, quia prout sic sunt entia rationis possibiliter, unde aliquid magis habent, quam si considerentur nullo ordine inspecto ad intellectum omnino fingentem, vel posse fingere. hoc enim esse quid nobilius est quam nihil.

175

Replicabis, demus quod Deus posit facere, et faciat entia rationis, que sententia utique probabilis est etiam inter thomistas, illa ergo non entia seu impossibilia que Deus fingit per sua scientia cognoscit, sed non per aliqua ex assignatis scientiis, ergo datur alia tertia scientia, praeter dictas.

176

Respondeo in primis, quod nullus thomista admittit Deum posse facere quodlibet ens rationis, sed ad summum illa que aliqua conducentia habent, que utique asserunt non involvere imperfectione, ceterum ut abstineamus ab hac questione utique logica, Respondeo quod si Deus facit ens rationis, et de facto cognoscit non ens ad modum entis, et impossibile, ad modum possibilis, tunc cognoscit illa per scientia visionis, si autem illa de facto non facit, sed solum cognoscit de illis quod possunt fieri a se cognoscuntur per scientia simplicis intelligentie, ob rationes nuper assignatas.

177

Ad secunda probatione desumptam ex futuris pure conditionatis, Respondeo quod futura illa, cum revera non sint absolute futura, sed omnino sint relinquenda intra terminos possibilitatis, cognoscuntur a Deo unice abstractive, et per scientia simplicis intelligentie, unde non cogimur ad recurrendum ad scientia media, neque ad alia scientia, ut in Deo sit infallibilis illorum cognitio, cuius veritas amplius patefiet quando de scientia conditionatorum instituamus disputatione. = unde ad replica in forma Respondeo conc. mai. dist. min. futura illa non sunt mere possibilia, neque sunt omnino futura, sed revera sunt simpliciter non futura, fundata non eorum futuritione in decreto absoluto de eorum non futuritione, conc. min. alio modo sunt pure possibilia seu futura neg. min. et cons.

178

Replicabis, quod scientia simplicis intelligentie, est scientia necessariorum; at qui tale obiectum non est necessarium. ergo futura pure conditionata, quorum conditio numquam est verificanda non cognoscuntur per scientia simplicis intelligentie probatur min. illa non futuritio absoluta que revera convenit praedictis futuris pure conditionatis, dependet iuxta nos, et iuxta omnes thomistas a

a decreto absoluto de non verificanda conditione, et de eo quod relinquenda sit intra terminos possibilitatis; sed obiectum infallibiliter connexum cum decreto, et ab illo dependens, non est obiectum necessarium, sed potius fundat scientiam innixam decreto, proindeque liberam; ergo tale obiectum non pertinet ad scientiam simplicis intelligentiae.

179

Rursus scientia innixa decreto est scientia libera, sed scientia simplicis intelligentiae non est scientia libera. ergo Scientia per quam Deus cognoscit futura conditionata, non est scientia simplicis intelligentiae.

180

Respondeo ad hanc replicam iuxta doctrinam Illustrissimi Godoy. tract. 3. de scient. Dei, disp. 29. § 4. n. 38. et 45. quod scientia simplicis intelligentiae adequate sumpta, non est unice scientia necessariorum, sed solum est necessariorum inadequate, et attento suo principaliori obiecto, at adequate sumpta abstrahit a necessario, et libero unde haec scientia simplicis intelligentiae extenditur ad obiecta non futura, quorum non futuritio fundatur in decreto, unde nunquam sunt exercite habitura existentiam. Unde iuxta istam doctrinam utique thomistarum communem Scientia visionis non convertitur cum scientia libera, quia etsi omnis scientia visionis sit libera, non tamen omnis scientia libera est visionis, sicut neque omnis scientia necessaria est scientia simplicis intelligentiae, nam scientia qua Deus seipsum intuetur est necessaria et tamen non est scientia simplicis intelligentiae, sed est scientia visionis, et intuitiva.

Et per 181

hoc patet solutio ad replicam cum sua confirmatione. nego ergo dist. mai. Scientia simplicis intelligentiae, est scientia necessariorum, adequate sumpta neg. mai. inadequate accepta conc. mai et conc. min. et neg. cons. Ad confirmationem concessa mai. dist. min. scientia simplicis intelligentiae non est scientia libera adequate sumpta nego min. inadequate, et solum attento suo obiecto principaliori conc. min. et neg. conseq.

§ V. Proponitur quoddam argumentum difficile.

182

Replicabis ex alio capite. Si praedicta divisio esset adequata omnis veritas creata esset cognoscibilis, vel per scientiam visionis, vel per scientiam simplicis intelligentiae; sed datur aliqua veritas creata quae cognoscibilis non est per aliquam ex his scientijs, ergo praedicta divisio

non est adequata. min. prob. nq cetera patent. Nã hec veritas * Petrus qui existit est animal rationale * non cognoscitur per scientiam simplicis intelligentię, neq per scientię visionis; ergo datur aliqua veritas creata quę cognoscibilis non est per aliquã ex predictis scientijs. Ans, quoad 1ã partem prob. 1o. probandũ postea quoad secundam. Quia Scientia simplicis intelligentię versatur circa obiectũ exercite non existens; Sed predicta veritas exercite existit; ergo predicta veritas non cognoscitur per scientiã simplicis intelligentię.

183

Rursus 2o. Scientia simplicis intelligentię est notitia abstractiva rerũ; sed scientia quã habet Deus de illa veritate, est scientia, seu notitia intuitiva; ergo predicta veritas non cognoscitur per scientiã simplicis intelligentię. maior supponitur, cũ scientia simplicis intelligentię, sit circa obiectũ non existens, atqui notitia intuitiva, est circa obiectũ exercite existens, ergo scientia simplicis intelligentię, est notitia abstractiva rerũ. prob. ergo min. Scientia, quã habet Deus de illa veritate, contemplatur ipsã ut existentẽ in propria mensura, quatenus precontinetur in æternitate, ut in aliena mensura, sed scientia quę contemplatur res ut existentes in æternitate ut in aliena mensura est notitia intuitiva; ergo scientia quã habet Deus de illa veritate est scientia seu notitia intuitiva. mai constat in nostra sententia, cũ illa veritas absolute sit exercite existens in sua propria duratione ergo contemplatur a Deo ab ineternitate, ut in aliena mensura.

184

Rursus 3o. illa veritas non est exercite absens, neq non existens, ergo est exercite presens, et existens, ergo notitia quã habet Deus de illa veritate est intuitiva, ac proinde non est scientia simplicis intelligentię.

185

Rursus quarto, Si ob aliquã rationem scientia seu notitia illa quã habet Deus de illa veritate non esset notitia intuitiva, maxime quia pro aliquo signo anteriori ad existentiã illius veritatis, precederet divina cognitio circa predicata essentialia illius; sed vel hoc est falsũ, vel etiã si concedatur hęc prioritas in cognitione divina respectu existentię huius veritatis, hęc prioritas non obest ad hoc ut scientia ista quã Deus habet de illa veritate, sit intuitiva; ergo scientia seu notitia quã habet Deus de illa veritate est intuitiva. prima pars illius disiunctivę quę continetur in minori probr. quia cognitio per

per modū unius obiecti attingit omne illud quod continetur in prędicta veritate. scilicet * Petrus qui existit est animal rationale * sive contineatur ex parte subiecti, sive contineatur ex parte prędicati; ergo nulla prioritas consideranda est in divina cognitione prout terminatur ad prędicata essentialia illius veritatis, relate ad existentiā quę ibi importatur. 186

Secunda pars illius disiunctivę iā probatur. quia in communi thomistarū sententia, scientia visionis cū sit causa rerū, pręcedit existentiā rei a se causatę pro aliquo signo, et tamen est notitia intuitiva rerū; quia in eodē instanti intuetur existentiā rei; ergo etsi concedatur prędicta prioritas in cognitione divina relate ad existentiā exercitā illius veritatis, tamen scientia, seu notitia, quę Deus habet et illa est intuitiva, ac proinde de primo ad ultimū non est scientia simplicis intelligentię. 187

Deinde iā probatur secunda pars illius antecedentis primi, quatenus asserit quod scientia per quā Deus cognoscit illā veritatē non est scientia visionis = quia omnis scientia visionis, fundatur in decreto unde est scientia simpliciter Deo libera; at prędicta veritas pertinet ad scientiā necessariā; ergo prędicta veritas non cognoscitur a Deo per scientiā visionis. maior supponitur, et est communis thomistarū, cuius ratio brevissima est, quia scientia visionis versatur circa obiectū exercite existens; sed implicat obiectū creatū exercite existere quod non fundetur in aliquo libero divino decreto, vel approbativo, vel permissivo; ergo omnis scientia visionis fundatur in decreto, et est Deo libera = probatur ergo min. nā veritas necessaria nequit non pertinere ad scientiā necessariā, et naturalē Dei; sed prędicta veritas est omnino necessaria, ergo prędicta veritas pertinet ad scientiā necessariā Dei. mai. constat. cū scientia libera eo sit libera. quia constituit obiectū liberū, et quia fundatur in decreto libero, et productione ipsius veritatis liberę ipsi producenti. 188

Rursus, veritas necessaria independens est a divino decreto, etsi non sit independens a divina omnipotentia; sed omnis veritas attingibilis per scientiā visionis, est dependens immediate a divino decreto; ergo veritas necessaria nequit non pertinere ad scientiā necessariā, et naturalē, maior autē prę[ter] quę videtur evidēs probatur. quia verificativū propositionis necessarię independens est

a divino decreto, etiamsi sit non sit independens a divina omnipotentia. ergo veritas necessaria independens est a divino decreto. ant. constat, quia verificativum propositionis necessariae consistit in conexione praedicati cum subiecto, sed in veritate necessaria, conexio praedicati cum subiecto est independens a divino decreto, etiamsi non sit independens a divina omnipotentia; ergo verificativum propositionis necessariae independens est a divino decreto. Nunc sic, sed verificativum illius propositionis * Petrus qui existit est animal rationale, * est independens a divino decreto, ergo est veritas necessaria, ac per consequens inattingibilis per scientiam visionis.

189 Rursus Si ob aliquam rationem praedicta propositio seu praedicta veritas pertineret ad scientiam visionis, maxime quia in illa importatur existentia subiecti, sed haec ratio est nulla; ergo praedicta veritas non pertinet ad scientiam visionis. probatur min. quia existentia in praedicta propositione non importatur pro recto, sed in obliquo, et de connotato; sed eo ipso totum verificativum illius propositionis independens est ab existentia; ergo etsi in praedicta propositione continuatur ex parte subiecti existentia, non exinde convincitur quod praedicta veritas pertineat ad scientiam visionis.= Explicatur mai. probanda postea min. quia praedicta propositio equivalet huic:* Petrus qui habet existentiam est animal rationale,* sed in ista importatur existentia de obliquo, et de connotato, ergo et in praedicta propositione. iam ergo probatur min. quia si existentia solum importatur de obliquo. et de connotato materiali, stat omne verificativum formale illius propositionis independenter ab existentia, unde est illa veritas similis huic * Petrus est animal rationale * quae propositio praescindit ab existentia, et a tempore ergo verificativum illius propositionis est independens ab existentia.

190 Rursus

Haec veritas * Petrus qui existit est animal rationale,* equivalet huic * Si Petrus existit, Petrus est animal rationale * sed ista conditionalis est omnino necessaria; ergo et illa, ergo neutra pertinet ad scientiam visionis, ergo de primo ad ultimum praedicta veritas neque pertinet ad scientiam visionis, neque ad scientiam simplicis intelligentiae, ac proinde praedicta divisio non est adequata.

§. VI.
Solvitur praeiactum argumentum difficile

191 Resp. ad hoc argumentum concessa maiori negando minorem quoad

Et ad probationem negatur ans, quoad primam partem. unde asserimus veritatem huius propositionis *Petrus qui existit est animal rationale* attingi a Deo per scientiam simplicis intelligentiae, ac proinde praedicta divisio est adaequata. hoc nostrum assumptum convincunt efficaciter rationes quibus supra connabatur ma[illegible] quod praedicta veritas non attingitur per scientiam visionis. Solum ergo restat diluere instantias quae assumuntur ad probandum non pertinere ad scientiam simplicis intelligentiae. = Et ad primam probationem dist. mai. scientia simplicis intellig. versatur circa obiectum exercite non existens, sumptum non praecisive sumptum conc. mai. sumptum non exclusive sumptum ~~nego mai.~~ ~~et~~ subdist. exclusione retenente ex parte recti, ut attacti, conc. mai. exclusione se tenente ex parte obliqui materialiter attacti, et per accidens, nego. mai. et dist. min. Sed praedicta veritas exercite existit existentia ingrediente et formali et pro recto, ad verificationem propositionis, nego min; existentia et materiali se habente, et nullo modo ingrediente ad verificativum illius conc. min. Et nego cons. Solutio patet ex dictis, etenim verificativum illius propositionis cum consistat in conexione praedicati cum subiecto, stat pro omni signo anteriori ad divinum decretum, pro quo signo praescinditur perfecte ab existentia. 192

Ad 2am probationem Resp. concessa mai, quatenus asserit quod scientia simplicis intelligentiae est notitia abstractiva. Et nego min. Et ad probationem dist. mai. Scientia quam habet Deus de illa veritate contemplatur ipsam, ut existentem, sumptum ut reduplicative, et formaliter inspectum ad verificationem illius nego mai. sumptum ut specificative sumptum et materiali, et per accidens, et nullo modo ingrediente ad verificativum illius conc. mai. Et dist. min. Sed scientia quae contemplatur res ut existentes in propria mensura, ut praecontenta in aeternitate est notitia intuitiva, sumptum ut existentes sumptum reduplicative et formali ad verificativum conc. min. sumptum ut specificative, et materiali, et nullo modo exactum ad verificativum propositionis. ~~[illegible]~~ nego min. et consequentiam. Et ad probationem quatenus huic obstare praetendit, dist. ans, illa veritas est absolute exercite existens, existentia et formali exacta ad verificativum illius nego ans, = non exacta sed materiali se habente conc. ans, et nego cons. 193

Ad 3am probationem ~~[illegible]~~. dist. ans. illa veritas non est exercite ~~ex~~ sens, neque exercite non existens pro toto instanti in quo, et ut pro toto ins-

tanti in quo continetur in aeternitate, ut in aliena mensura transeat ans, pro signo a quo subdist. ans, non est exercite absens, neque exercite non existens, hoc non praecisive sumptum ita ut verificativum propositionis non exigat pro illo signo non absentiam, seu existentiam conc. ans, ita ut hoc non, se habeat positive exclusive, non autem praecisive, pro illo signo, sed potius non absentia, seu existentia exigatur pro illo signo ad verificativum propositionis nego ans. distinguo conseq. quod est exercite existens, pro toto instanti in quo transeat conseq. pro signo a quo subdist. est exercite existens, existentia ingrediente pro recto, et de formali, ad verificativum propositionis nego conseq. existentia praecisive se habente, et nullo modo exacta ad verificativum illius conc. conseq. et de inde negatur utraque subillata doa.

194 Ad 4.am probationem, concessa mai. neg. min. quoad utramque partem, et ad probationem primae partis illius disiunctivae dist. ans. cognitio divina attingit per modum unius obiecti omne illud quod continetur in illa veritate, * Petrus qui existit, est animal rationale * si sermo sit de unitate incomplexa obiecti, nego ans; si de complexa subdist. ita ut pro aliquo priori terminetur ad partem illius obiecti, quae importat praedicata essentialia illius, conc. ans. ita ut pro omni priori intelligatur divina cognitio terminata ad existentiam ibi de materiali importatam neg. ans. = etenim si illa veritas sumatur secundum omnia, quae includit, sive de formali, exactum ad verificativum illius, sive de materiali, et per accidens. cum in hoc complexo; et reperiantur praedicata essentialia circumstantia independentia a decreto, et reperiatur existentia dependens necessario a decreto, inde oritur quod pro signo anteriori ad decretum attingit divina cognitio illam veritatem secundum praedicata essentialia quae importat, et pro hoc signo omnino praescindit ab existentia ibi de materiali, et pro toto instanti importata, unde adest locus ut illa veritas pertineat ad scientiam simplicis intelligentiae.

195 Ad probationem secundae partis illius disiunctivae, conc. anti, quatenus asserit quod scientia visionis, etiam si praecedat existentiam sui obiecti, pro signo a quo est intuitiva, negatur doa. cuius disparitas stat in eo quod scientia visionis cum pro recto respiciat res ut existentes, hoc ut reduplicative sumptum, et ex alia parte sit causa rerum infertur a priori

apriori, et ex terminis quod etiã si admittatr illa prioritas a quo, in Scientia visionis relate ad existentiã quã causat, quia tamen pro toto illo instanti in quo reperitur existentia, quæ simul formaliter inspicitur, inde oritur ut sit notitia intuitiva. = Cæterũ cũ existentia, quæ importatur in prædicta veritate non sit de constitutivo essentiali aliorũ prædicatorũ, quæ ibi reperiuntur, stat proinde quod pro signo anteriori ad decretũ de communicanda existentia, non intelligatur existentia, et aliunde necessario intelligunti pro illo signo anteriori alia prædicata essentialia, unde infertur quod prædicta veritas, secundũ omnia, quæ de formali importat ad sui verificationẽ, terminat scientiã simplicis intelligentiæ, et non aliã. maneat ergo stabilitũ, quod illa veritas * Petrus, qui existit, est animal rationale * pertinet ad Scientiã simplicis intelligentiæ.

§. VII.
Corollariũ quoddã notabile.

196

Inferes contra Thomistas nobis cũ in præsenti sentientes, qui proinde asserunt quod hæc veritas * Petrus qui existit est animal rationale * pertinet ad scientiã abstractivã, scilicet ad Scientiã simplicis intelligentiæ, et aliunde asserunt, quod in Deo non datur scientia a posteriori, et abstractiva sui ipsius, semperq. et inconsequenter hoc secundũ negare, affirmando primũ, quod sic ostendo. Nã iuxta ipsos existentia quæ de materiali, et in obliquo reperitur ex parte obiecti non obest ad notitiã abstractivã, ut patet in prædicta propositione, quia tunc casus existentia non importatur reduplicative ex parte obiecti, sed omnino per accidens, et de materiali, unde præcisive se habet ad notitiã, ut videre est in scientia abstractiva per quam iuxta ipsos, et per veritatẽ Deũ cognoscit hanc veritatẽ * Petrus, qui existit est animal rationale; * ergo similiter quando Deus, quasi per regressionẽ cognoscit se ipsũ cognoscendo comprehensive creaturas, ac proinde cognoscit se deduci ex creaturis, quoad an est sui ipsius, poterit habere proinde cognitionẽ aliquomodo abstractivã, et a posteriori sui. patet cõa. quia si aliquid obstaret maxime existentia, sed per prædictã cognitionẽ quã de se habet Deus quoad an est ex creaturis, non attingit seipsũ quidditative, et quo ad omnia, sed

solus unice quoad an est. quomodo unice conectitur cum creaturis, unde alia praedicata quae simul habet identificata, non exigunt cognosci, ex vi huius cognitionis; et inconsequenter negatur in Deo scientia a posteriori, et aliquomodo abstractiva respectu sui quoad an est, attendendo, at revera debet affirmari quod praedicta veritas * Petrus qui existit est animal rationale pertinet ad scientiam abstractivam et simplicis intelligentiae.

§. VIII. Notamenta ex dictis

197 Ex dictis inferes quod omnis Scientia Simplicis Intelligentiae est abstractiva, et econtra omnis Scientia abstractiva, est scientia simplicis intelligentiae.

198 Inferes 2º, quod omnis scientia Visionis est intuitiva, et econtra omnis scientia intuitiva, est Visionis.

199 Inferes 3º quod licet omnis scientia Visionis (eorum scilicet quae sunt extra Deum) sit libera, non tamen omnis scientia libera (etiam eorum quae sunt extra Deum) est Visionis, nam etiam scientia simplicis intelligentiae quatenus se extendit ad possibilia quae sunt positive non futura, et quorum non existentia habet Deum decretum positivum, seu nolitionem absolutam, est scientia libera, et non est scientia visionis, cum non sit intuitiva, sed abstractiva.

200 Inferes 4º quod omnis scientia necessariorum (si necessaria sunt extra Deum, seu creata) est scientia simplicis intelligentiae, caeterum non econtra, nam omnis scientia simplicis intelligentiae non est scientia necessariorum. nam etiam circa ea quae sunt liberae non futura positive, datur scientia simplicis intelligentiae.

201 Inferes 5º quod omnis scientia simplicis intelligentiae est speculativa, et econtra omnis scientia speculativa est scientia simplicis intelligentiae.

202 Ultimo inferes quod omnis scientia visionis est practica, et econtra omnis scientia practica est visionis. quae omnia magis patefient ex dicendis in hac materia.

§. VIII.

QUÆSTIO VIII.

POSSIBILIA CIRCA QUÆ VERSATUR DEUS PER NOLITIONEM, QUÆ SUNT NON FUTURA POSITIVÆ COGNOSCANTUR A DEO PER SCIENTIAM SIMPLICIS INTELLIGENTIÆ?

§. I.

Præmittuntur nonnulla.

203

Licet ex dictis quæstione præcedenti videatur discusa, et decisa præsens quæstio, quia tamen non desunt aliqui gravissimi thomistæ, et quorum numero est illust. Godoi tract. 3. de Scient. Dei, disp. 31. §. 1. n. 5. et deinceps. qui affirmant quod prædicta possibilia non futura, circa quæ versatur Deus per nolitionem positivam cognoscuntur a Deo scientia visionis, et non scientia simplicis intelligentiæ: ideo aliquantulum oportet in ipsa immorari.

204

Et ut circa præsentem quæstionem nostrum possimus proferre iudicium supponendum est 1º quod quæstio præsens non procedit absolute de quibuscumque possibilibus, quæ revera numquam erunt futura; sed procedit de possibilibus, quæ neque conditionate erunt futura, idest de possibilibus circa quæ habuit Deus unice positivam nolitionem, etenim de futuris conditionatis, quorum existentia exercita dependet, ex divina voluntate, ab aliqua conditione quæ aliunde numquam est verificanda quia revera adest in Deo decretum de non adimplenda conditione, quod decretum est quædam nolitio ab-

soluta quę versatur circa existentiã conditionis ut non ponendã, quo pacto dicitur futura pœnitentia Tyriorũ, & Sidoniorũ iuxta illud Math. 11. * Væ tibi Corozain, Væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro, & Sidone factę fuissent virtutes, quę factę sunt in vobis, olim in cinere, & cilicio pœnitentiã egissent! * = Albis inquã futuris conditionatis, quę absolute intra terminos possibilitatis remanserunt, supponit dubiũ quoad præsens, quod cognoscuntur a Deo per scientiã simplicis intelligentię quod ipsum docet Illust. Godoy ubi supra, disp. 29. §. 4. n. 45. = igitur procedit quæstio de non futuris absolute, quę, etsi pro signo anteriori ad decretũ, & eorum futuritioni, vel non futuritione absoluta, essent pure possibilia, tamen in signo decreti positivi & nolitione absoluta futuritionis ipsorũ, transitum fecerunt ad non futuritionẽ absolutã, quo pacto dicitur non futurus alter mundus, v.g. vel incarnatio alterius personę SS Trinitatis.

205 Pro cuius decisione recolenda est communis doctrina thomistarũ, quã ipse Illust. Godoy, & SS PP. Salm. per eleganter explicant, locis citatis, circa naturã scientię simplicis intelligentię, prout contra distinguitur a Scientia Visionis; etenim quidditas scientię simplicis intelligentię, non consistit in eo quod sit necessaria, vel non necessaria, seu libera, sicut neque scientię visionis quidditas, discriminantur ergo unice istę duę scientię, in eo quod Scientia Visionis, est essentialiter intuitiva, et versatur proinde circa res ut exercite existentes; econtra autẽ Scientia Simplicis Intelligentię est essentialiter abstractiva, et versatur circa res non exercite existentes, hoc non exclusive, vel præcisive sumptis.

206 Rursus deniq. supponendũ est quod iuxta communẽ sententiã thomistarũ, scientia per quã Deus cognoscit negationem realem futuritionis alterius mundi, v.g. vel negationẽ realẽ incarnationis alterius personę SS Trinitatis, est libera, & innixa decreto positivo, & nolitione circa prædicta obiecta, unde difficultas resolvitur ad dignoscendũ, utrũ talis scientia libera, sit scientia Visionis, vel an sit scientia simplicis intelligentię? secundũ quod ista extenditur, etsi minus principaliter ad obiecta aliqua innixa in decreto, ut ex illust. Godoy vidimus loco nuper citato disp. 29. §. 4. n. 45.

207 Prima sententia asserit quod prædicta non futura cognoscuntur a Deo per scientiã Visionis. ita Illust. Godoy ubi supra. disp. 31 §. 1. n. 5. proqua citat M. Gonzalez disp. 39 sect. 2. n. 13.

Secunda

Secunda sententia asserit quod prædicta nonfutura cognoscuntur à Deo per scientiã simplicis Intelligentiæ. ita Caiet. in hac 1. p. q. 14. ad ar. 9. §. ad hoc breviter dicitur. SS. PP. Salm. tract. 3 de scient. Dei, disp. 9. dub. 4. §. 3. a num. 50. adusq 53. & disp. 10. dub. 1. §. 1. n. 1. & nisi fallor est communis thomistarũ. 208

§. II. Statuitur Dclo. 209

Sit Dclo. Possibilia de quibus procedit quæstio, idest. possibilia, quæ absolute, & infalibiliter sunt non futura, & neq subconditione sunt futura, cognoscuntur à Deo per scientiã simplicis Intelligentiæ. = Hæc nostra Dclo probr. Obiectũ quod non potest terminare notitiã intuitivã non potest esse obiectũ scientiæ visionis, sed unice attingibile est per scientiã simplicis intelligentiæ, S. nonfutura positivè talia, de quibus procedit q. non possunt terminare notitiã intuitivã; ergo non cognoscuntur à Deo per scientiã visionis sed per scientiã simplicis intelligentiæ. probr min. Ut aliquod obiectũ possit terminare notitiã intuitivã debet esse exercite existens; sed prædicta non futura, non sunt exercite existentia; ergo prædicta nonfutura, non possunt terminare notitiã intuitivã. probr. min. nã cætera patent, illud quod revera nihil est non potest esse exercite existens; sed prædicta non futura revera nihil sunt, ergo prædicta non futura non sunt exercite existentia. 210

Rursus suadetur Dclo. obiectũ quod unice potest terminare notitiã abstractivã unice est attingibile per scientiã simplicis intelligentiæ; sed non futurũ positive tale unice potest terminare notitiã abstractivã, ergo illud potest pertinere ad scientiã simplicis intelligentiæ.

§. III. Proponitur fundamentũ cõtrariũ 211

Replicabis cũ Illust. Godoy, & dices, quod licet tale nonfuturum sit nihil, prout sic nihil opponitur enti reali positivo, non tamen est nihil prout opponitur enti reali negativo, cũ potius tale nonfuturũ sit quid reale negativũ, unde sic nonfuturũ etsi quatenus intelligitur pro signo possibilitatis, anteriori ad decretũ terminet notitiã abstractivã, tamen quatenus intelligitur pro signo decreti de negatione futuritionis ipsius, terminare potest notitiã intuitivã. 212

Rursus confirmat

assumptus iste SS. M. ng hy non futurus positive, est obiectus exercite existens, existentia sibi possibili, nempe, existentia negative accepta, seu remotive sumpta; sed obiectus exercite existens existentia sibi possibili terminat necessario notitiam intuitivam; ergo non futurus positive est obiectus scientiae visionis.

213 Rursus quamvis ens rationis sit purum nihil prout hy nihil opponitur enti reali positivo, tamen quatenus existit per existentiam sibi possibilem, scilicet, per existentiam fictam, terminat scientiam visionis; ergo similiter quamvis pura negatio sit purum nihil prout hy nihil opponitur enti reali positivo terminare poterit notitiam intuitivam potiori titulo quam ens rationis, consequentia patet, cum non futurum positive seu pura negatio habeat realiter existentiam sibi possibilem, scilicet remotive seu negative.

§. IV.

Retorquetur in Adversarium.

214 Hoc est praecipuum fundamentum cui innititur Illust. Godoy ad asserendum quod non futura positive cognoscuntur a Deo per scientiam visionis, et non per scientiam simplicis intelligentiae: sed ante quam hoc fundamentum cum suis roborationibus diluamus placet ad hominem retorquere ipsum Illustrissimum, quatenus in disp. 29 docuit quod futura pure conditionata, quorum conditio numquam est adimplenda, pertinent ad scientiam simplicis intelligentiae, quo sic stabilito sic insurgo: Nam futura conditionata quorum conditio numquam est ponenda in re, absolute, et simpliciter sunt non futura, unde similiter Deus habet decretum subiective absolutum, etsi obiective conditionatum de non futuritione, tum ipsorum futurorum, tum conditionis, sub cuius existentia essent positive absolute futura; ergo ista futura conditionata, etsi sint nihil prout hy nihil opponitur enti reali positivo, erunt aliquid, saltem negative, seu non erunt nihil prout hy nihil opponitur enti reali negativo. Ideo videtur evidens si vera est doctrina huius SS. M. ergo si sufficit esse aliquid negativum ut sit obiectum scientiae visionis, futura conditionata quorum conditio numquam est verificanda erunt obiectum scientiae visionis. vel si hoc non sufficit ut ista futura conditionata sint obiectum scientiae visionis, similiter non sufficiet in non futuris positive illa nihileitas negativa ut sint obiectum scientiae visionis.

215 Rursus retorqueo argumentum ng si non futurum

futurum positive, est obiectum exercite existens, existentia sibi possibili, nempe existentia negativa seu remotiva; similiter futura conditionata, quorum conditio numquam est adimplenda, erunt obiectum exercite existens, existentia sibi possibili, scilicet existentia negativa, seu remotiva; ergo si in non futuris positive sufficit praedicta existentia ipsis possibilis, ut sint obiectum scientiae visionis, eadem similis existentia sufficiet in futuris conditionatis, ut sint obiectum scientiae visionis; vel si in istis praedicta existentia non sufficit, ut revera non sufficit, unde remanent intra limites obiecti scientiae simplicis intelligentiae, eodem modo in non futuris positive non sufficiet praedicta existentia, ut sint obiectum scientiae visionis. 216

Rursus retorqueo paritatem, quam affert de ente rationis, quia si ex eo quod existentia actualis ficta, quam habet ens rationis sufficit ut sit obiectum scientiae visionis, et ex inde arguitur ad probandum quod existentia negativa seu remotiva quam habent non futura positive, sufficit ut sint obiectum scientiae visionis, eadem paritate potiori titulo convincetur quod eadem existentia negativa seu remotiva quam habent futura conditionata, quorum conditio numquam est adimplenda erit sufficiens ad terminandum scientiam visionis, vel si in istis ex illa paritate non convincitur intentum, similiter neque in illis convincet intentum.

§. V. Traditur vera solutio.

217

Resp. ergo ad primam replicam quam pro se affert Illust. Godoy, quod si semel sit verum quod non futurum positive est nihil, prout sic nihil opponitur enti reali positivo, et si non sit nihil prout opponitur enti reali negativo, non sufficit illa realitas negativa, seu remotiva ut sit obiectum scientiae visionis: ergo fundamentum nihil est. assumptum probo, nam realitas negativa est magis intra terminos nihileitatis, quam illud quod simpliciter est pure possibile; ergo si realitas possibilis non est sufficiens, ut sit obiectum scientiae visionis potiori titulo realitas negativa non erit sufficiens ad essendum obiectum eiusdem scientiae visionis. explicatur antecedens. nam realitas pure possibilis coniungibilis est cum realitate existentiae, et econtra realitas negativa, seu remotiva inconiungibilis est cum eadem realitate existentiae, ergo evidens est quod realitas negativa est magis intra terminos nihileitatis,

quæ realitas possibilis = Deinde probr 2da quia obiectum unicum scientiæ visionis est existentia realis exercita, sed relate ad existentiam realem exercitam remotior est realitas negativa, quæ realitas pure possibilis, ergo si realitas possibilis non est sufficiens obiectum scientiæ visionis potiori titulo realitas negativa non erit sufficiens obiectum eiusdem scientiæ visionis.

118 Rursus, contradictorium strictum, et rigorosum realitatis negativæ terminat scientiam visionis, ergo implicat quod ipsa realitas negativa, seu remotiva, terminet scientiam visionis, probatur et explicatur antecedens, probanda postea 2da na contradictorium realitatis negativæ est non realitas negativa, sed non realitas negativa terminat scientiam visionis, ergo contradictorium realitatis negativæ terminat scientiam visionis. probr min. non realitas negativa est realitas positiva, etenim cum ibi reperiantur duæ negationes, prima destruit secundam, et reddit oppositum sensum, sed realitas positiva terminat scientiam visionis, ergo non realitas negativa terminat scientiam visionis.

219 Rursus suadetur idem antecedens. Realitas negativa verificatur de altero mundo, ut non futura, sed contradictorium strictum alterius mundi non futuri, est ipse alter mundus futurus, qui re vera si existeret terminaret scientiam visionis: ergo contradictorium strictum et rigorosum realitatis negativæ terminat scientiam visionis.

220 Iam ergo probatur illa consequentia quam probandam reliqui. quia eo ipso quod contradictorium realitatis negativæ terminet scientiam visionis, si ipsa realitas negativa terminaret etiam scientiam visionis, sequeretur quod de duobus extremis contradictorijs, pro signo proquo sunt contradictoria verificaretur idem prædicatum positivum; sed implicat quod de duplici extremo contradictorio verificetur idem prædicatum positivum. ergo implicat quod realitas negativa terminet scientiam visionis, et quod eius contradictorium terminet eandem scientiam; min. constat, quia sicut implicat quod de eodem secundum idem verificentur duo prædicata contradictoria, ita repugnat, quod de duobus extremis contradictorijs, verificetur idem prædicatum positivum alioquin si hoc secundum non repugnaret, per conversionem simpliciter illa duo extrema contradictoria verificarentur de eodem unico prædicato positivo, quod de ipsis extremis verificatur.

221 Probr ergo et explicatur Mai.

mai. nã mundus, et non mundus pro signo possibilitatis, et anteriori ad decretũ, non sunt contradictoria, unde solũ sunt contradictoria pro signo decreti, quod terminat unũ extremũ et alterũ transfert ad purã nihileitatẽ; 2.d pro signo decreti medio quo ponitur non futuritio mundi si non mundus terminaret scientiã visionis, pro eodẽ signo decreti, si daretur decretũ de mundi alterius futuritione, alter mundus etiã terminaret scientiã visionis; ergo hoc prædicatũ positivum nempe terminare scientiã visionis, verificaretur de duobus extremis contradictorijs, scilicet de mundo altero, et de non altero mundo.

222

Et per hoc patet ad secundã confirmationẽ, nã non futurũ positive improprie dicitur quod existit, existentia libe possibili, hoc enim secundũ, scilicet prædicatũ sonat quid positivũ quod repugnat subiecto; unde ut diximus hæc existentia possibilis respective nonfuturi, quã vocat existentiam negativã seu remotivã, revera est nihil, et revera relinquit ipsũ non futurũ positive, intra terminos nihileitatis positivẽ, unde non sufficit ad terminandã scientiã visionis.

223

Nec iuvat additũ de esse negativum, supra nihil, prout opponitur enti reali positivo, et prout non opponitur enti reali negativo, revera est nihil magis intra terminos nihileitatis, quã pure possibile; quod potest dici nihil prout opponitur enti reali positivo, ergo si ut vidimus realitas possibilis non sufficit ad terminandã scientiã visionis, potiori titulo non sufficiet illa realitas negativa.

224

Ad paritatẽ de Ente rationis, dico concedendo quod ens rationis actu existens, sua existentia ficta, terminat scientiã visionis, et nego cons., disparitas ergo stat in eo quod ens rationis revera habet existentiã exercitã, et si fictã, cuius esse fictũ non sit dictio ita diminuens, quod relinquat ens rationis intra terminos puræ nihileitatis, et si non transferat illud ad realitatẽ simpliciter, unde absolute potest terminare scientiã visionis. = Cæterũ non futurũ revera manet intra terminos nihileitatis simpliciter talis, et illud additũ nempe remotive, vel negative

quod additur supra existentia huius non futuri tam longe
abest ut illud aliquo modo transferat ad
aliquod esse quod possit terminare
scientia visionis, quod potius
illud magis intra ter-
minos nihileitatis
relinquit, ut videre
et sic compare-
tur cum mi-
xis possibi-
libus



DISPVTATIO SECVNDA DE STIENTIA POSSIBILIVM

QVÆSTIO. I.

Vtrũ DEVS. COGNOSCAT CREATVRAS POSSIBILES IN SE IPSO, VT IN CAVSA?

§. 1.

Quid sit Possibilitas Creaturarũ

1 Pro hac, et pro sequentibus questionibus, que in hac disputatione sunt nobis discutiende, operæ pretium duximus quidditatem possibilium explanare, ut exinde facilius dignoscatur quomodo cognoscantur a Deo, an in se ipso, vel an in se ipsis, et an Deus conectatur cum illis,

2 Pro cuius intelligentia supponendum est ut omnino certum quod possibilia, sive explicetur uno, sive altero modo quidditas ipsa possibilium, intelliguntur constituta secundum sua essentia pro omni signo anteriori ad exercicium liberum divine voluntatis, quo pacto propositiones essentiales, que ex predicatis que sunt propria possibilium conficiuntur sunt æterne veritatis, si sunt inter se conexa, et e contra si nullam conexionem habent sed potius sunt inter pugnantia, sunt necessario false, seu æterne falsitatis, unde divinum decretum quando versatur circa possibilia, vel est ea transferendo ad statum existentie pro aliqua differentia temporis habende, vel est ipsis negando existentiam pro omni differentia temporis. = Ceterum et si possibilia in suo esse quidditativo, sint independentia a divinis decretis, tamen non sunt simpliciter omnino independentia a Deo, etenim recte, et apriori infertur quod si per impossibile defficeret Omnipotentia divina, defficerent ipsa possibilia, et redderentur repugnantia. his igitur stabilitis

3 Prima sententia asserit quod possibilitas est aliquod esse verum, et reale, ab æterno actu extra Deum, et si hoc esse non existat ab æterno. tribuitur hæc sententia Henricho. quodl. 8. q. 1. et 9. = Verum hæc sententia merito displicet communi theologorum agmini, et ea ut dirons principiis fidei, respuunt, etenim implicat aliquod esse reale, fisicum, et verum ab æterno independens, a voluntate Dei.

4 Secunda sententia, que tribuitur Scoto, in 1. dist. 35. et 36. et 43. et in 2. dist. 1. q. 2. et qua amplectuntur fere omnes Scotistæ, docet, quod possibilia si secundum se considerantur, habent quoddam esse cognitum quod vocant esse diminutum, et si non sit fisicum, tamen est esse cognitum. unde asserit hæc sententia quod etsi creature possibiles non producantur a Deo ab æterno secundum aliquod esse verum, et reale, fisicum, producuntur tamen ab æterno secundum illud esse diminutum quod vocant esse cognitum.

displicet

Displicet hęc sententia alijs Thologis a sua Schola, nqs vel illud esse cognitum est aliquid omnino intrinsecum possibilibus, vel est aliquid extrinsecum; neutrum potest dici; ergo possibilitas creaturarum non consistit in illo esse cognito. probr. min. quoad 1am partem, deinde probanda quo ad 2am. nam illud esse cognitum si est quid extrinsecum, et pura denominatio extrinseca non potest constituere possibilia quia ista sunt quid intrinsecum, et habent suum essentiam intrinsecam, ergo per aliquid omnino extrinsecum nequeunt constitui. = 1a ergo probr. min. quoad 2am partem, quia si illud esse cognitum est quid intrinsecum, vel prestatur in genere causę formalis a divina cognitione, vel in genere causę efficientis, neutro modo potest prestari; ergo illud esse cognitum non est quid intrinsecum respectu possibilium. probr 1a pars min. deinde probanda 2a. nam in primis nullum predicatum divinum potest esse causa formalis alicuius creaturę. = Secundo creaturę possibiles per suum esse essentiale sunt obiectum divinę cognitionis; ergo si alias divina cognitio ut denominans est formale constitutivum creaturarum possibilium divina cognitio ut denominans, et ut prestans denominationem obiecti cogniti supponitur ad se ipsum ut denominantem, quod est chymera. probr. 1a 2a pars quia si illud esse cognitum prestatur efficienter a divino intellectu erit necessario aliquid creatum, tum quia nullum predicatum divinum habet verę, et realem causam efficientem, tum quia illud esse debet verificari de creaturis ergo est quid creatum. Atqui sic, sed ab ęterno, iuxta Fidem non est aliquid creatum, iux illud Gen. 1. * in principio creavit Deus, cęlum, et terram etc. * ergo de primo ad ultimum sequitur quod creaturę possibiles nequeunt consistere in illo esse cognito quod fingunt Scotistę cum suo M.

6

Tertia sententia asserit quod creaturę possibiles in se, non sunt actu neque actualitate essentię, neque actualitate existentię, sed in se tantum sunt in potentia, seu possibiliter. ita Zumel 1. p. q. 10. ar. 3. Sonzinas lib. 9. Met. q. 4. Bañez. 1. p. q. 10. ar. 3. Suarez. tom. 2. Met. disp. 31. sect. 2. = Sed hęc sententia displicet, quia et si bene explicet quid non sint creaturę possibiles, tamen revera non explicat quid sint, dicere enim quod tantum sunt entia in potentia seu possibiliter, est dicere idem per idem, nam de hoc est presens dubitatio quid enim sit ee entia in potentia quęrimus,

§. II.

Explicatur vera Thomistarum sententia

7 Sententia Thomistarum ut explicet quidditatem possibilium distinguit creaturas possibiles in duplici consideratione, nam vel possunt considerari secundum se, et prout sunt extra Deum, vel prout sunt intra Deum, hoc 2º modo, non differunt ab ipsa Essentia divina et omnipotentia creatrice, primo ergo modo inspectas asserit quidam dicendi modus inter Thomistas, quod sunt entia realia, non realitate propria, et physica, sed realitate, etsi vera, tamen impropria et Methaphysica, ita M. Prado in Met. 1. p. contr. 7. ar. 1. §. 2.

8 Alij Thomistæ asserunt quod creaturæ possibiles secundum se sunt entia nominaliter sumpta, non autem participialiter. quem modum dicendi, (qui revera non differt a primo relato nisi in modo explicandi,) ut explicent asserunt quod ens sumi potest dupliciter scilicet nominaliter, et participialiter, pro cuius explicatione notant quod in propositionibus, quæ constant ex terminis essentialibus, in quibus proinde prædicatum est de essentia subiecti, verbum est quod unit prædicta extrema et potest sumi stricte, et per modum verbi, quatenus nempe includit differentiam temporis importatam per copulam, et potest sumi ut absolutum a tempore qua ratione non exigit ut extrema existant pro differentia temporis importata per copulam = igitur ens participialiter sumptum dicit existentiam, et est, ens reale, physicum; at vero ens nominaliter sumptum neque dicit existentiam, neque est ens reale physicum, est tamen ens reale prout contra ponitur nihillo simpliciter, et enti rationis ficto, unde est ens reale actuale metaphysicum. sic Illust. Godoy. tract. 3. de Scient. Dei. disp. 26. §. 3. et §. 4. per totum.

9 Verum contra hunc dicendi modum potest quis insurgere in hac forma. ergo creaturæ possibiles sunt simpliciter nobiliores, et perfectiores quam creaturæ existentes, probatio Consequentia. nam in probabilissima sententia, essentia est nobilior existentia, ergo et actualitas essentiæ nobilior est actualitate existentiæ.

10 Sed contra nam vel creaturæ possibiles et existentes sumuntur secundum illud quod utraque in concreto importat, vel præcisive; si sumuntur in concreto sic creaturæ existentes abs dubio sunt nobiliores possibilibus; siquidem creatura existens includit

includit omne illud quod includit creatura possibilis, & aliquid amplius, nempe existentia, etenim existentia est ratio formalis existendi. si autem sumuntur precisive, sic potest dici transeat consequentia, nam excessus quem habet existentia pre possibilibus est modalis, seu in modo habendi esse, at essentie vero excedunt existentias penes predicata intrinseca & essentialia. 11

Iste modus explicandi quidditates possibiles videtur omnibus clarior, quia creature possibiles secundum se, & ut contradistincte a nihilo simpliciter tali & ab ente rationis, & ab ente reali physico, sunt obiectum, secundarium utique intellectus divini; ergo habent aliquod esse non reale physicum, & participialiter tale, sed reale metaphysicum, & nominaliter tale, unde non consistunt in denominatione extrinseca sumpta ab Omnipotentia, alias Omnipotentia diffiniretur quod sit quae potest omnia quae potest, qui modus includit manifestam circulationem, & est contra D. Thomam presertim in 1. dist. 25 q. 1. ar. 3. ubi asserit quod omnipotentia nequit definir predicto modo. 12

Rursus ens quod dividitur per decem predicamenta, non est determinate ens reale physicum, nam istud est simpliciter contingens, unde non posset definiri substantia, nisi existeret; similiter divisum non est determinate ens rationis, nam istud fundatur supra quidditates ut in predicamento collocatas; ergo divisum est ens reale metaphysicum, alias si istud non esset, esset purum nihil, unde D. Thomas quodlib. 2. ar. 3. ait * Ens secundum quod significat essentiam rei dividitur per decem genera *

M. Ioan. 13 a S. Tom. explicat quidditates possibiles penes hoc quod sint, non purum nihil, neque entia realia in actu, sed in potentia, & non in potentia physica, nam ista dicit esse subiectum receptivum, sed sunt entia in potentia logica, quatenus dicit ista possibilitas esse obiectum alicuius potentie, quod esse obiectivum explicatur per non repugnantiam terminorum. 14

Verum ut explicet iste M. M. quid sit ista non repugnantia terminorum, asserit esse, quod predicatum conveniat subiecto, ac proinde cum ista convenientia sit actualis, & non ficta, restat explicandum, quae actualitas est ista non ficta; unde absolute

censeo tenenda esse sententia communem thomistarum, qui explicant illa de actualitate nominali, et metaphysica, unde creaturae possibiles physice inspectae sunt nihil, et si metaphysice sint aliquid.

15 Sed adhuc adest scrupulus contra hoc, quia videtur stare iuxta dicta, in rerum natura aliqua actualitas independens a Deo = ad quod resp. negando sequelam absolute prolatam. nam creaturae possibiles et si actu exercite non dependeant a divina voluntate, dependent tamen ab illa actu signate, et insuper connexio praedicatorum essentialium est derivata ut rivulus a fonte, a connexione quam simpliciter et absque ulla dependentia habent praedicata divina inter se, unde creaturae possibiles secundum se, et pro illo signo possibilitatis anteriori ad decreta libera dependent a Deo in genere causae exemplaris. nam ad instar connexionis praedicatorum divinorum connectuntur creaturae possibiles inter se.

§. III.

Circa principale quaesitum praenotantur alia

16 Rursus pro quaestionis intelligentia supponendum est, Deum cognoscere creaturas possibiles, non solum secundum esse eminentiale quod habent in ipso Deo, sed insuper secundum suum esse proprium, et particulare quod habent, consistat enim in quocumque volueris, haec suppositio communis est inter theologos, Aureolo excepto, verum deducitur ex sacra pagina, etenim ad Heb. 4. dicitur * non est ulla creatura invisibilis in conspectu eius, omnia autem nuda, et aperta sunt oculis eius.* unde dum creatura possibilis, revera sit creatura, comprehenditur sub illa universali.

17 Quod et ratione suadetur, nam omne illud quod secundum se habet aliquam cognoscibilitatem necessario cognoscitur a Deo; sed creaturae possibiles habent secundum se, et prout considerantur extra Deum, ut sic dicamus, aliquam intelligibilitatem, seu cognoscibilitatem etenim eo modo quo aliquid est ens est cognoscibile, cum cognoscibilitas sit passio entis, ergo creaturae possibiles cognoscuntur a Deo non solum secundum esse eminentiale quod habent in ipso Deo, sed etiam secundum esse proprium et speciale quod habent in seipsis.

18 Rursus decretum de productione creaturarum supponit cognitionem ipsarum, nihil enim volitum quin praecognitum; sed pro signo anteriori ad decretum non

non potest intelligi cognitio creaturarum nisi secundum quod sunt possibiles, ergo Deus cognoscit creaturas possibiles. Probr. min. nam pro signo anteriori ad decretum, creaturae non sunt, neque existentes, neque futurae, alias cum pro illo signo sit possibilis existentia mundi, et eius carentia, existerent simul existentia mundi, et eius carentia; ergo pro signo anteriori ad decretum solum intelliguntur creaturae, ut possibiles.

Rursus 19

supponendum est quod obiectum primarium divini intellectus non est ens in communi, prout analogice abstrahit a Creato, et increato, etenim cum obiectum cuiuscumque potentiae, tribuat speciem potentiae, quae est circa ipsum, sequeretur proinde quod divina intellectio haberet aliquomodo dependentiam ab aliquo creato, etenim quaelibet potentia dependet a suo obiecto primario, et specificativo, quandoquidem non esset absque illo.= Imo obiectum formale primarium tam motivum, quam terminativum divini intellectus est sola essentia divina, ut ab attributis, et relationibus distincta, ut communiter docetur a nostris Thomistis, tum ad q. 12. tum ad q. 14. huius 1. partis. et ad minus, loquendo de obiecto primorio motivo divini intellectus, fere omnes Thomistae tenent esse essentiam divinam, ut ab alijs praedicatis divinis distinctam. unde infertur quod etsi creaturae possibiles cognoscantur a Deo, tamen non pertinent ad obiectum primarium, neque motivum, neque terminativum divini intellectus. Controversia ergo praesens, reducitur ad dignoscendum utrum cognoscantur in essentia divina, non solum ut in obiecto prius cognito, sed etiam in ipsa, ut in causa.

20

Prima sententia circa praesens dubium asserit quod licet Deus cognoscat creaturas possibiles in se ipso ut in obiecto prius cognito, non tamen illas cognoscit in se ipso ut in Causa; haec prima sententia communiter defenditur ab Scotistis, et et ab aliquibus ex Societate.

21

Secunda sententia affirmat Deum cognoscere creaturas possibiles secundum suum esse speciale quod habent, in se ipso non solum ut in obiecto prius cognito, sed etiam in se ipso ut in causa. haec sententia communis est Thomistarum, unde in longum esset eos recensere: [ex alijs] sequuntur ex nostris SS. et RR. P.M. Raphael de Aversa. 1. p. q. 14. sect. 11. 12. 13. Suarez. lib. 3. de attrib. cap. 2. Granados tract. 2. de scient. Dei. disp. 3. et alij ex eadem familia Societatis.

Statuitur Conclusio, et suadetur ex P.P. §. IV.

22 Sit conclusio. Deus cognoscit creaturas possibiles in se ipso ut in obiecto, et ut in Causa prius cognita. = est nostra Conclusio expressa Angelici M: tum hic. ar. 5. et 6. tum 1. contrag. cap. 49. tum q. 2. de Verit. ar. 4. quae verba esset prolixum recensere, ibi enim possunt videri. in his locis adducit D. Thomas, D. Dionysium cap. 7. de divinis nominibus: ubi Sanctus Doctor probat, quod ex eo quod Deus intuetur essentiam suam quae est causa rerum, et possibilium, infert omnia cognoscere in se ipso. unde evidens est D. Thomam expresse stare pro nostra sententia igitur ad nostram Conclusionem stabiliendam communiter nostri thomistae adducunt verba D. Dionysij ex loco citato de divinis nominibus, quae verba adeo clara sunt, ut non nisi violenter possint tergiversari. accipite ergo verba huius Sancti Doctoris ex loco citato, sic enim ait: * Neque enim ea quae sunt, ex his quae sunt, discens, novit divina mens, sed ex se, et in se, per causam rerum omnium cognitionem, scientiam, sapientiam que anticipatam, et ante comprehensam habet, non quod per species singula consideret, sed quod uno causae complexu omnia sciat. Seipsum ergo cognoscens divina sapientia novit omnia * in quibus verbis expresse continetur nostra Conclusio.

23 Constat etiam nostra Conclusio ex D. Aug. lib. 4. de Genesi ad litteram cap. 23. et 24. ubi loquendo Sanctus Parens de cognitione Angelorum in mente divina ait: * Procul dubio universam creaturam in qua ipsi sunt principaliter conditi, in ipso Verbo Dei prius noverunt, in quo sunt etiam omnium quae temporaliter facta sunt aeternae rationes tamquam in eo per quod facta sunt, ac deinde in ipsa creatura. * in quibus verbis Sanctus Doctor distinguit cognitionem matutinam in Verbo, ut in causa creaturarum et vespertinam in seipsis, seu extra Verbum, unde cognitio vespertina decolorior est [illegible] matutina. quod et docet D. Thomas in hac 1. p. q. 58. ar. 2.

24 Nec valet communis solutio quam tribuit Vazquez verbis Dionysij, scilicet quod quando Sanctus doctor asserit quod Deus uno causae complexu omnia noscit, solum significatur quod Deus unico actu cognoscit seipsum, qui est causa, et cognoscit creaturas.

25 Non valet inquam haec solutio nam ex illa nihil dignitatis vel excellentiae deducitur in cognitione ~~divina~~ passiva divinae essentiae quam

quam in cognitione passiva creaturarum etenim etiam esset vera hæc locutio, Deus seipsum cognoscit uno creaturarum complexu, sed hoc derogat authoritati Dionysij, et veritati cum evidenter constet quod excelentius obiectum divinæ cognitionis est ipsa essentia divina ergo prædicta solutio sustineri nequit.

26

Rursus si Deus solum cognosceret in se ipso, ut in obiecto, et non ut in causa creaturas possibiles, ad quid introducit Dionisyus illa locutione uno causæ complexu, esse enim causæ divinæ essentiæ, et materiali se habet ad cognitionem iuxta solutionem P. Vazquez. unde etiam posset dici, imo et formalius diceretur Deus seipsum noscens uno obiecti complexu omnia noscit, ergo cum dicat uno causæ complexu signum est quod divina essentia formaliter ut causa creaturarum cognoscitur ut in ipsa videantur creaturæ. unde si domestica lingua loqui licet asseramus cum Eximo Suarez Patrem Vazquez Sanctos Patres ad arbitrium suum magis quam ad illorum mentem interpretari.

§. V. Ratione suadetur Conclusio.

27

Probatur ergo nostra Conclusio ratione apriori deducta ex D. Thoma ar. 6. huius quæst. quia implicat quod aliqua causa cognoscatur comprehensive quin in illa cognoscantur omnes effectus, qui in ipsa continentur; sed Deus est causa continens eminenter creaturas, et alias se ipsum comprehendit; ergo cognoscit in se ipso ut in causa omnes creaturas possibiles. min. est evidens et 2da patet, unde solum mai. indiget explicatione. nam extermi-nis inintelligibile est quod aliqua causa comprehendatur quin cognoscatur omni modo quo cognoscibilis est; sed causa eminenter continens creaturas, cognoscibilis est prout sic continens ipsas, in qua cognitione ut evidenter patet attin-guntur creaturæ ut terminus illius continentiæ; ergo implicat quod aliqua causa comprehensive cognoscatur quin in ipsa cognoscantur omnes effectus qui in ipsa continentur.

Rursus 28

co perfectius cognoscitur aliquod primum principium, quo in ipso plures cognoscuntur conclusiones, quæ ex natura rei sive mediate

sive immediate in ipso continentur; et cognitio comprehensiva illius primi principii exigit necessario attingere omnes conclusiones quae in ipso continentur; et cum Deus sit causa praecontentiva creaturarum non poterit comprehensive cognosci, quin in ipsa ut in causa cognoscantur omnes creaturae possibiles.

§. VI. Infringuntur tella.

29 Hanc rationem, quae utique est potissimum fundamentum nostrae sententiae, solidum utique et inexpugnabile, conantur + evertere oppositi autores, inter quos videtur portare vexillum Pater Vazquez, qui nullis immotis relictis lapidibus respondet distinguendo maiorem illam quod concedit de causa relata ad suos effectus, secus autem asserit esse de causa omnino absoluta et non relata.

(+ evertere)

30 Sed revera istae solutiones quae veluti sagittae contra nostram praeiactam rationem obijciuntur, plumbeae et debiles sunt, unde demoliri nequeunt ipsam, neque aliqualiter ferire adamantinum scutum nostrae rationis. quod sic ostendo. Nam repraesentatio obiectiva non fundatur in eo quod imperfectionis est in causa, sed potius in eo quod est perfectionis et excellentiae; sed causam referri ad effectum, quos continet, provenit ex imperfectione causae; ergo quod effectus cognoscantur in causa non provenit ex eo quod ista ad suos effectus referatur.

31 Rursum: Ex terminis quilibet effectus est cognoscibilis in sua causa unde pluviam futuram vel Ecclipsim cognoscit Astrologus in sua causa. Nunc sic, ergo causa obiective repraesentat suum effectum, nunc sic ultérius, ergo vel haec obiectiva repraesentatio effectus in causa est ratione similitudinis causae ad effectum, vel est ratione dependentiae unius ab alio, vel ratione continentiae absolutae, immunis ab omni dependentia, et ordine: Sed obiectiva repraesentatio creaturarum possibilium in causa increata nequit esse ratione similitudinis, cum Deus sit valde disimilis creaturis, neque est ratione dependentiae ipsius Dei a creaturis, cum potius istae necessario dependeant a Deo, ergo unice fundatur illa repraesentatio obiectiva in continentia absoluta et eminentiali quam habet Deus

Deus respectu creaturarum, ergo ut creaturae possibiles cognoscantur in Deo, ut in causa non est necesse quod Deus ut causa referatur ad creaturas. 32

Replicabis iterum. Si Deus cognosceret in seipso ut in causa prius cognita creaturas, cognosceret illas in sua Omnipotentia; sed hoc dici nequit; ergo Deus non cognoscit creaturas in seipso ut in causa. Mai. videtur certa, cum Deus sit causa creaturarum ratione omnipotentiae, si enim non esset omnipotens, non esset causa creaturarum. min. autem probatur. 1º quia si cognosceret creaturas in sua omnipotentia ut in causa, sequeretur quod si per impossibile non esset omnipotens; non cognosceret creaturas; sed adhuc admisso hoc impossibili, quod non esset omnipotens, cognosceret creaturas; ergo Deus non cognoscit creaturas in sua omnipotentia ut in causa, mai. constat, nam ablato medio, in quo cognoscitur aliquid nequit illud aliquid cognosci, probatur min. nam Scientia Dei, est Attributum distinctum ab Omnipotentia, ergo subsisteret scientia ex terminis, etiamsi Deus non esset Omnipotens, ergo cum Scientia Dei extendatur ad omne cognoscibile, extenderetur ad possibilia. 33

Probatur 2º principalis min. Nam Omnipotentia non distinguitur virtualiter a Scientia Dei, cum Omnipotentia non distinguatur ab intellectu, et voluntate; sed impropriè dicitur quod obiectum cognoscitur in Scientia, cum illa particula in denotet medium in quo, et scientia non sit tale medium sed potius actio videns in tali medio, ergo non potest dici quod Deus cognoscit creaturas in sua omnipotentia. 34

Rursum, Scientia Dei, est Causa rerum, non solum directiva, sed effectiva, ergo si Deus cognoscit creaturas in se ipso ut in causa cognoscit utique ipsas in sua Scientia; sed ut nuper dicebamus, haec est impropria locutio, ergo Deus non cognoscit creaturas in seipso ut in causa. 35

Ad hanc replicam respondet Illustr. God concessa mai. negando min. et ut solutionem praebeat probationi distinguit in Deo duas cognitiones quarum una est veluti cognitio principiorum, alia autem

versatur circa 2tes, et est scientifica, quae solutio ut percipiatur notandum venit, quod in Deo, et est intelligere quidditativum, et non scientificum constitutivum naturae in pluriu[m] thomistarum sententia, et est aliud intelligere attributale, seu scientificum; igitur intelligere quidditativum respicit ut obiectum primarium essentiam divinam, et attributa ut obiecta, secundaria, seu ut modificationes obiecti primarii. intelligere autem scientificum respicit attributa ut obiecta primaria, nam in Deo unice datur scientia de attributis, ac proinde illud intelligere attributale immediatius terminatur ad possibilia, quam aliud intelligere quidditativum et essentiale. = Ait ergo iste S. M. quod si in Deo tolleretur omnipotentia apriori, et per locum ab intrinseco tolleretur scientia possibilium, seu illud intelligere scientificum quia ablata omnipotentia redderentur possibilia repugnantia, at vero intelligere quidditativum non auferetur immediate, sed mediate et aposteriori, unde haberet suum obiectum primarium, etiam si defficeret obiectum secundarium, et extensivum.

36 Verum haec solutio et si sit metafisica non videtur plane satisfacere argumento, procuius explicatione Noto quod in Deo omnipotentia est causa proxima possibilium, et essentia divina est causa radicalis, unde similiter ex parte possibilium, et distinguibilis est possibilitas radicalis, quae constituitur per ordinem ad essentiam divinam et distinguibilis est possibilitas proxima quae mensuratur, et constituitur relate ad omnipotentiam; igitur si tolleretur omnipotentia scientia Dei non cognosceret in aliquo praedicato divino possibilitatem proximam creaturarum, quia haec esset apriori repugnans, verum cognosceret possibilitatem radicalem in essentia, ut in causa radicali, unde semper verificatur quod si Deus cognoscit possibilia ea cognoscit in seipso ut in causa.

37 Ad 2am minoris probationem respondeo quod scientia Dei habet triplicem inadaequatam virtualitatem, scilicet, et esse speculativam, et esse directivam, et esse factivam seu executivam. haec ergo ultima virtualitas est illa in qua consistit omnipotentia, unde salvatur quod scientia videat possibilia in omnipotentia, quin videat ipsa possibilia in ipsa scientia adaequate sumpta.

38 Et per hoc patet ad ultimam probationem et si enim scientia Dei sit causa rerum non tamen sequitur quod cognoscat creaturas in sua scientia adaequate

sumpta

sumpta, sed in ipsa inadaequate, quo pacto revera non est scientia sed omnipotentia. 39

Replicabis denique: Plura cognoscit Deus quorum non est causa, nempe peccata, ergo ista non cognoscuntur in Deo ut in causa; ergo absolute non est verum dicere quod Deus cognoscit omnes creaturas possibiles in se ipso ut in causa. = Secundo Deus cognoscit impossibilia, sed impossibilium Deus non est causa, ergo idem. 40

Resp. quod Deus cognoscit formale peccati in entitate materiali ipsius peccati, seu in decreto approbativo circa entitatem peccati, et in decreto permissivo circa formale. Unde cum omne illud quod in peccato habet rationem effectus sit causatum a Deo, ideo absolute omnia cognoscit in se ipso ut in causa, non quia sit causa mali, hoc enim implicat, sed quia est causa illius ad quod sequitur malum. = Ad 2um resp. quod etiam impossibilia cognoscuntur a Deo ex cognitione sui ut in causa, non quia sit causa impossibilium, sed quia causa est extremorum ex quibus conflatur impossibile. Unde Deus cognoscit Chymeram cognoscendo extrema ipsius chymerae, idest cognoscendo talia extrema dicere intorte repugnantiam. ac proinde Deus omnia cognoscit in se ipso ut in causa.

QUAESTIO. II.

Utrum ex destructione alicuius possibilis inferatur destructio omnipotentiae?

I.

Praemittuntur nonnulla et statuitur Xlo.

41 Decisio præsentis difficultatis maxime ex his quæ supra diximus circa quidditatem possibilium dependet, igitur valde notandum est quod creaturæ possibiles ex terminis et ex natura sua habent dependentiam a Deo, et si non ab ipso ut libere volente, tamen dependent ab ideis divinis, et conexio prædicatorum essentialium possibilium, est participatio, et imitatio quædam prædicatorum essentialium, vel attributalium Dei, unde sicut inter prædicata divina datur infallibilis, et necessaria conexio, quæ est quid increatum; ita in possibilibus datur intrinseca, et infallibilis conexio, inter sua prædicata essentialia, unde hæc infallibilis conexio possibilium derivatur ab illa primordialissima conexione ut rivulus ex fonte, hoc ut certo stabilito, sit Conclusio.

42 Nostra Conclusio est affirmativa.

Unde dicimus. Quod Omnipotentia conectitur intrinsece cum creaturis possibilibus, ac proinde ex destructione unius saltim creaturæ possibilis, recte, et si aposteriori infertur destructio Omnipotentiæ.= Est contra plures ex Scotistis, et ex Societate, verum est communis Thomistarum, et probatur 1. ex D. Thoma q. 2. de verit. ar. 3. ad. 11. ubi hæc habet verba * dicendum quod quamvis a linea si diminuatur punctus in actu nihil depereat de lineæ quantitate, si tamen diminuatur a linea quod non sit ad punctum terminabilis peribit a lineæ substantia, similiter etiam est de Deo non enim aliquid Deo deperit, si eius creatura ponatur non esse, deperit tamen perfectioni ipsius si auferatur a Deo potestas producendi creaturam, non autem cognoscit res solum secundum quod sunt in actu, sed etiam secundum quod sunt in potentia eius * hæc D. Thomas in quibus verbis clare continetur nostræ Conclusionis ratio.

43 Probatur 2º nostra

Conclusio apriori quia si redderetur Deo impossibile aliquod prædicatum sibi intrinsecum sine quo non posset subsistere Omnipotentia absdubio deficeret Omnipotentia; sed si aliqua creatura possibilis, redderetur impossibilis, redderetur Deo impossibile aliquod prædicatum sibi intrinsecum, sine quo non posset subsistere Omnipotentia; ergo si aliqua creatura redderetur impossibilis, redderetur impossibilis Omnipotentia. cætera patent, et probatur min. quia Omnipotentiam facere dependentem a se quamlibet creaturam, est prædicatum intrinsecum et essentiale omnipotentiæ, etenim aliquam creaturam non dependere ab Omnipotentia imperfectio esset Omnipotentiæ; sed si aliqua creatura possibilis redderetur impossibilis auferretur ab omnipotentia facere

facere dependentes illas creaturas, cum ita esset extra sphaeram Omnipotentiae; ergo si aliqua creatura possibilis redderetur impossibilis redderetur Deo impossibile aliquod praedicatum sibi intrinsecum, sine quo non posset subsistere omnipotentia.

§. II.

Dilluuntur replicae.

94

Dices 1° quod hoc quod est facere a se dependentem quamlibet creaturam non est absolute praedicatum essentiale respectu omnipotentiae divinae, sed sub conditione, scilicet sub conditione quod creatura non repugnet; sed in praedicta hypotesi, illa creatura alias possibilis, esset repugnans; ergo non est praedicatum essentiale Omnipotentiae, reddere a se dependentem absolute quamlibet creaturam. Sed contra.

95

1°. nam hic dicendi modus destruit quaestionem praecedentem quatenus asserit quod Deus non cognoscit creaturas possibiles in sua omnipotentia, seu ut formalius loquar quatenus supponit Deum non cognoscere creaturas possibiles in sua omnipotentia: ergo cum ita supra sit pro viribus probatum Deum cognoscere creaturas possibiles in sua Omnipotentia infertur proinde quod praedictus dicendi modus sustineri nequit. assumptum probatur, quia si solum est praedicatum essentiale Omnipotentiae reddere a se dependentem creaturam sub conditione quod ipsa non repugnet, prius erit Deum cognoscere quod conditio est purificata, quam cognoscere suae omnipotentiae facere a se dependentem illam creaturam, et cum ex terminis, idem sit purificari conditionem ac creaturam esse possibilem, infertur proinde quod ante quam Deus cognoscat Omnipotentiam suam facere a se dependentes creaturas, quod utique est cognoscere ipsas in sua Omnipotentia, ipsae creaturae possibiles sunt, et possibiles, et cognitae.

46

2° Rursus, aliquod futurum, sub conditione tale, non potest cognosci ut futurum nisi ut purificata conditione; ergo similiter si Omnipotentiae facere a se dependentem hominem v.g. non est praedicatum absolutum sed conditionatum, scilicet sub conditione quod ipsae non repugnent, prius cognoscetur conditio ut purificata, quam cognoscatur homo ut possibilis, et cum homini non repugnare sit idem omnino ac hominem esse possibilem prius cognoscetur homo ut possibilis, quam quod cognoscatur in omnipotentia, quod ex quaestione praecedenti constat esse falsum.

47 Contra 2°. Nã prædictus modus dicendi, et est manifesta petitio principij, et insuper committit circulũ vitiosũ, et intollerabilẽ: ergo sustineri nequit. Assumptũ suadetur, nã explicat possibilitatẽ creaturarũ penes hoc quod sit: id quod non repugnat; sed non esse aliquã creaturã repugnantẽ est idem ac esse possibilẽ, seu non esse impossibilẽ; ergo explicat possibilitatẽ creaturarũ per ipsã possibilitatẽ, unde et est petitio principij, et committitur circulus intollerabilis.

48 Dices 2°, seu oppones aliud argumentũ. Si ex destructione alicuius creaturæ possibilis sequeretur destructio Omnipotentiæ, magis necessariũ conecteretur cũ minus necessario, sed hoc repugnat, ergo et id ex quo sequitur. probatur min. Implicat quod magis necessariũ conectatur intrinsece cũ minus necessario, et quod magis necessariũ non dependeat a minus necessario, sed magis necessariũ uti est Deus non potest dependere a minus necessario, ergo neque potest cũ illo conecti.

49 Resp. negando esse idẽ unũ connecti cũ alio, et dependere ab illo, nã etsi hoc verificetur cũ rebus, quæ conectuntur cũ alio ut cũ priori, non tamen e contra accidit in extremo, quod solũ conectitur cũ alio, ut cũ posteriori, nã etsi posterius dependeat a priori, non tamen e contra prius a posteriori dependere debet.

50 Rursus magis necessariũ potest conecti cũ minus necessario, quin illud ab illo dependeat, ut patet in primis principijs, quæ conectuntur cũ conclusionibus, ita ut si in bona Doctrina, staret quod consequens verũ redderetur falsũ, non posset non deficere et antecedens, seu principiũ ex quo illa veritas deducta, reddita impossibili, et falsa, deducitur et tamen primũ principiũ est magis necessariũ conclusione, iuxta illud *propter quod unũ quodque tale, et illud magis* ergo stat quod magis necessariũ conectatur cũ minus necessario, quin illud ab illo dependeat;

51 Rursus unũ relativũ conectitur cũ alio, ita ut deficiente uno necesse est, deficere aliud, et tamen unũ relativũ non dependet ab alio, cũ dependentia arguat prioritatem, et relativa sint simul natura, et cognitione. ergo si in rebus creatis stare potest quod unũ conectatur cũ alio quin ab illo dependeat, potiori titulo poterit stare quod unũ prædicatũ divinũ conectatur cũ alio creato, quin divinũ a creato dependeat.

QUÆSTIO. III.

Utrum Deus cognoscat etiam creaturas immediate in se ipsis?

§. I. Statuitur Resolutio et P. P. autoritate fulcitur.

52

Viam parant assertores Scientiæ Mediæ, ad ipsam stabiliendam ex decisione huius quæstionis, vident enim quod si Deus unice cognoscit creaturas in se ipso, et in causa, quo pacto illas cognoscere probatum relinquimus, non adest locus ad scientiam mediam constituendam, etenim cum Deus non sit causa rerum nisi ut determinatus per decretum, unice poterit cognoscere [nam omnia quæcumque voluit fecit] existentiam creaturarum in suo æterno decreto, unde scientia media corruit cum sit notitia creaturarum in seipsis, seu in sua veritate obiectiva, iuxta diversos modos explicandi scientiam mediam, de quibus postea. igitur essi obiter efficaciter tamen stabiliendum est nobis implicare Deum cognoscere creaturas possibiles ~~[illegible]~~ in seipsis immediate ~~[illegible]~~. 53

Sit ergo nostra Resolutio, quæ ut sic est negativa. unde dicimus: implicare Deum cognoscere creaturas possibiles immediate in se ipsis, sed unice illas cognoscere in se ipso ut in causa prius cognita. = Probatur 1.º ex D. Dionysio ubi supra, idest cap. 7 de div. nom. § 2 ut 1 vidimus ait * Non secundum visionem singulis se immittit, sed secundum causæ continentiam omnia scit, unico causæ complexu * qui sensus cum sit exclusivus solum statuit Deum cognoscere creaturas in se ipso, ut in causa, et non alibi. unde, et ibidem ait * divina sapientia se ipsam noscens scit alia * quæ verba et si expresse non explicent sensum exclusivum, sed solum positivum. tamen

cū debeant conciliari tū cū verbis supra relatis, tū cū istis, quæ itidē sunt eiusdē Dionysij ibidē * Dō ea quæ sunt noscit, non rerū notitia sed suis * debent proinde explicari in sensu exclusivo, ita ut illū in se ipso omnia sciat.

54 Probr. 2º ex D. Ambr. super symbolū. cap. 1. ubi ait * licet omnia cœlestia, et terrestria, ac minima quæq percipiat Dō, nihil tamen extra intelligit, sed singula in se intueri dicitur. * at qui si Dō cognosceret creaturas possibiles immediate in se ipsis, intueretur utiq ipsas extra se ipsū, scilicet in se ipsis, quæ extra Deū utiq sunt, ergo contradicere nostræ Coni, est D. Ambrosio adversari.

55 Probr. 3º ex D. Augustino in libro 83 quæstionū quæstione 46. ubi ait * sacrilegum est asserere quod Dō exeat extra se ad aliquid cognoscendū * Sed si cognosceret creaturas immediate in se ipsis absdubio extra se ad illas cognoscendas exiret; ergo sacrilegū est iuxta Augustinū asserere Deū cognoscere creaturas possibiles immediate in se ipsis.

56 Probr. 4º ex D. Thoma. in hac q. 14. ar. 5. in corp. ubi ait: * Sic igitur sciendū est quod Deū se ipsū videt in se ipso, quia se ipsū videt per essentiā suā alia autē a se videt non in ipsis, sed in se ipso inquantū essentia sua continet similitudinē aliorum ab ipso. * in quibus verbis manifeste includitur et sensus affirmativus quatenus asserit Deū cognoscere creaturas in se ipso, et exclusivus quatenus negat Deū cognoscere creaturas in se ipsis.

57 Vident adversarij quæ expressa sint horū SS. PP. testimonia, unde illa conantur explicare de sensu præcisivo, et absoluto, non autē de sensu exclusivo. proindeq asserunt quod etsi ex Patribus convincatur quod Deū cognoscit creaturas in se ipso, non tamen convincitur quod non cognoscat ipsas etiā in se ipsis = Verū ex supra a nobis dictis manet præcautus hic evadendi modū.

§. II.
Ratione suadetur XIº.

58 Implicat Deū non cognoscere creaturas possibiles in se ipso, ut in causa prius cognita; sed eo ipso implicat Deū cognoscere creaturas immediate in se ipsis; ergo implicat Deū cognoscere creaturas possibiles immediate in se ipsis. maiorē non negant aliqui ex adversarijs, et præterquā

quę quod ex quęstione præcedenti constat, insuper sua detur. nã implicat Deus non esse causã præcontentivã creaturarum, & insuper implicat Deum non se cognoscere comprehensive, & ut causa est; ergo etiã implicat aliquã causã comprehensive cognosci, quin in ipsa comprehensive cognoscantur effectus, qui in ipsa continentur, ergo implicat Deum non cognoscere creaturas possibiles in se ipso ut in causa prius cognita = iã min. principalis suadetur. quia implicat quod intellectio, seu cognitio perfectissima, associetur cũ cognitione quę necessario ex suo conceptu dicit imperfectionẽ; sed si cognoscendo Deus creaturas in se ipso ut in causa prius cognita, simul cognosceret creaturas possibiles immediate in se ipsis, cognitio perfectissima associaretur cũ cognitione dicente necessario imperfectionẽ; ergo implicat quod cognoscendo Deus creaturas possibiles in se ipso, ut in causa prius cognita, simul cognoscat ipsas immediate in se ipsis. probr. min. quia cognitio, qua Ds cognoscit immediate in se ipso ut in causa, creaturas; est cognitio utiq perfectissima, quia infinita, & comprehensiva est; sed si etiã Deus cognosceret creaturas immediate in se ipsis, cognitio hęc perfectissima associaretur cognitioni imperfectę; ergo si cognoscendo Deus creaturas in se ipso ut in causa simul cognosceret illas immediate in se ipsis, cognitio perfectissima associaretur cum cognitione dicente necess. imperfectionẽ; probatur min. quia illę duę cognitiones cũ terminentur ad diversa obiecta primaria & immediata nequeunt non esse duę cognitiones inter se distinctę, sed aliunde cognitio attingens creaturas immediate in se ipsis est necess. cognitio dicens imperfectionẽ; ergo si etiã Deus cognoscit creaturas possibiles immediate in se ipsis cognitio perfectissima necessario associaretur cognitioni imperfectę. mai. const. tũ ex terminis, tũ paritate omnium obiectorum immediatorum cuiuslibet potentię vel habitus, quę utiq sunt necess. obiecta primaria, proinde specificantia & distinguentia tũ habitus tũ potentias. probatur ergo min. cognitio quęlibet attingens aliquod obiectum immediate & primario specificatur ab illo, sed cognitio quę specificatur ab obiecto creato, dicit necessario imperfectionẽ repugnantẽ cognitioni divinę, ergo cognitio attingens creaturas immediate in se ipsis est necess. cognitio dicens imperfectionẽ. ergo a primo ad ultimum si Deus cognosceret creaturas immediate in se ipso, & simul eas cognoscit immediate in se ipsis, cognitio perfectissima associaretur cognitioni dicenti necessario imperfectionẽ.

59 ## §. III. Diluitur adversariorum asillum.

Replicabis. Cognitio attingens creaturas omnimodo quo exigunt cognosci, et sunt cognoscibiles, non est cognitio dicens in suo conceptu imperfectionem, sed potius est perfectissima: sed creaturæ possibiles cognoscibiles sunt, tum in Deo ut in causa, tum immediate in se ipsis, ergo cognitio attingens creaturas tum in Deo ut in causa, tum immediate in se ipsis non dicit imperfectionem. mai videtur certa, et min. etiam constat cum creaturæ possibiles sint cognoscibiles tum prout continentur in causa, tum prout sunt in se ipsis, et extra causam creantem.

60 Hoc est potissimum fundamentum et asillum contrariorum, unde Resp. dist. mai. cognitio attingens creaturas omnimodo quo cognoscibiles sunt et exigunt cognosci, non est cognitio dicens imperfectionem, si talis modus sit sine imperfectione conc. mai. alias neg. mai. et dist. min sed creaturæ possibiles sunt cognoscibiles, tum in Deo ut in causa, tum in se ipsis. et hæc cognoscibilitas quæ in se ipsis habent importat necess. imperfectionem conc. min. et non importat imperfect. neg. min et neg. = Explicatur solutio dicimus ergo quod cognoscibilitas passiva creaturarum mensuratur penes ordinem ad principia activa in linea cognoscitiva, et cum principium activum intelligens sit in duplici differentia, aliud scilicet increatum creatum aliud, inde oritur ut ex parte creaturarum respondeat duplex intelligibilitas passiva, verum aliter et aliter, nam relate ad principium intelligens increatum solum sunt cognoscibiles ut in ipso Deo ut in causa alioquin intellectio increata specificaretur a creaturis ut ab obiecto primario et immediato, et si esset partiale, in ordine autem ad principium intelligens creatum sunt cognoscibiles immediate in se ipsis, cum intellectio creata non implicet quod specificetur a creaturis, sed potius hoc sit necess.

§. IV. Corollaria ex dictis

61 Inferes 1° Deum cognoscere impossibilia, in se ipso ut in causa, non quia sit causa impossibilium, sed quia causa est extremorum possibilium ex quibus conflatur impossibile. = Procurius luce nota nullum impossibile esse quid simpliciter incomplexum, sed omne impossibile est complexum coalescens necessario ex extremis possibilibus repugnanter unitis. v.g. Chymera ex homine, et leone. v.g. vel ex aliis similibus repugnanter unitis. unde impossibilitas consurgit ex coniunctione extremorum possibilium, quorum quodlibet seorsim sumptum est possibile, coniunctio autem est implicatoria.

Inferes


Inferes 2°. Deus cognoscere privationes et negationes in se ipso ut in causa, non similiter quia sit causa harum, sed quia est causa formarum positivarum quibus privant. 62

63

Inferes 3°. Deum cognoscere in se ipso ut in causa omnia entia rationis ab intellectu facta, quatenus Deus cognoscit in se ipso ut in causa intellectum creatum qui format entia rationis. 64

Inferes 4°. Deum cognoscere peccata pro formali in se ipso similiter ut in causa, non quia sit causa peccati, sed quia causa est gratiae santificantis, quae privat peccatum pro formali, si peccatum consistit in privativo, vel quia causa est entitatis positivae ut connotantis carentiae gratiae, si peccatum consistit in positivo. 65

Inferes denique Deum cognoscere veritatem propositionis negativae, quae constat ex extremis impossibilibus, v.g. istius * Hircocervus non est Hypocentaurus in se ipso ut in causa, quatenus nempe causa est extremorum possibilium ex quibus mediate constat illa propositio.



DISPUTATIO TERTIA DE SCIENTIA FUTURORUM UBI DE EIUS CONSTITUTIVO.

QUÆSTIO UNICA.

QUÆNAM SIT RATIO FORMALIS ADÆQUATA CONSTITUTIVA FUTURI?

§. I

Premittuntur nonnulla

questionis

Quaestionis titulus, iam praefert difficultatem, etenim etsi evidenter 1
dignoscatur dari in rerum natura futuritionem rerum; in quo tamen haec fu-
turitio consistat, valde torquet hominum ingenia, unde ipsos in varios dicendi
modos discecavit: verum ut cum claritate, in re ita dificili procedamus, 2
quae sunt certa in hac parte opportet praenotare.

Igitur 1o, ut exterminis notum debet esse, quod futurum aliquid addit supra rem possibi-
lem quandoquidem illud ita indifferens est ut intra sphaeram et metas
possibilitatis relinquatur, vel ut ad statum futuritionis percurrat, ut
exinde ad praesentialitatem deveniat: res ergo de possibili ad futurum transit,
rationem ergo formalem huius transitus quaerimus, etenim formalitas
illa, vel illud praedicatum, ratione cuius res de possibili, ad esse fu-
turum transit, erit proinde ratio formalis constitutiva futuri in esse talis. 3

Rursus supponendum est quod futurum est in duplici differentia, nam aliud est absolutum,
aliud conditionatum, futurum absolutum est illud quod aliquando habebit existen-
tiam in aliqua determinata differentia temporis, independenter ab aliqua condi-
tione; futurum vero conditionatum est illud quod erit si ponatur aliqua con-
ditio, et hoc modo fuit futura poenitentia tyriorum, et sydoniorum. 4

Rursus Futurum absolutum adhuc bifarie potest considerari; nam aliud est absolute
et simpliciter seu omnibus modis tale, qualiter nunc in hac differentia
temporis est futurus Antichristus, v.g. vel dies ultimus iudicii. unde illud fu-
turum aliquando et infallibiliter habebit unum de inesse verum, ita nempe
ut de subiecto de quo nunc verificatur futuritio verificetur infallibiliter
in aliqua differentia temporis ista propositio. *Nunc est* v.g. Antichristus est.*=
aliud autem est futurum absolutum, non absolute, et simpliciter tale, sed solum
attento ordine naturali rerum; quo pacto Mors Regis Ezechiae erat
futura. unde illud futurum attenta inclinatione naturali rerum habebit
unum de in esse verum, caeterum cum causae inferiores, et si ex se sint inclinatae ad
effectus productionem, quia tamen impediuntur a causa universaliori, et poten-
tiori, ideo effectus absolute, et simpliciter non erit, in rerum unde hoc futurum
improprie, et abusive dicitur absolutum.= 5

Respectu autem praeteritionis non
est distinguibilis haec diversitas: nam praeterita absoluta nequeunt non esse
nisi simpliciter et absolute aliquando habuerint existentiam, et quod

semel est preteritum non potest non esse preteritum, cum nulla sit potestas ad faciendum ne res que fuit nonfuerit. precipua ergo difficultas tam circa futura absoluta, que infalibiliter talia sunt, quam circa futura conditionata versatur, non autem circa futura absoluta que absolute numquam habebunt existentiam, de istis enim constabit facile si semel dignoscitur forma constitutiva futuri quod est tale simpliciter.

6 Igitur in futuro simpliciter tali, quatuor possumus considerare nempe, rem seu subiectum quod dicitur futurum, differentiam temporis presentis in qua dicitur futurum, et in qua revera existit carentia existentie subiecti, et denique possumus considerare tempus ipsum futurum in quo verificabitur ut de presenti existentia subiecti. verum etsi recentiores Iesuitae in his tribus nobiscum conveniant, tamen insuper est consideranda inclinatio cause ad ponendum illud subiectum sub existentia in aliqua differentia temporis. tota ergo lis devolvitur in assignando quodnam ex his sit forma constitutiva futuri in esse talis.

7 Licet ergo multiplex videatur sententiarum diversitas, tamen ad tria vel ad quatuor capita possunt reduci. Prima asserit quod futurum formalissime in esse talis constituitur per carentiam existentie que in tempore anteveniente ipsam existentiam rei antecedit; et simul per ipsam existentiam que erit, unde hec sententia in duplici inadequato conceptu constituit formam constitutivam futuri in esse talis. hanc sententiam tenent communiter Iesuitae, et plures ex Scotistis.

8 Aliae sententiae conveniunt in eo quod praeter carentiam existentie nunc, et existentiam postea, datur aliud predicatum se tenens ex parte cause, quod predicatum exigitur ad constituendum futurum, et tale predicatum est infalibiliter connexum cum existentia postea habenda. Verum autores huiusmodi dicendi discriminantur valde inter se, nam quidam Recentiores Iesuitae asserunt quod illud predicatum se tenens ex parte cause, et connexum cum existentia postea, est in futuris conditionatis scientia Media, ipsius futuri conditionati, et pro futuris absolutis, est scientia visionis ipsorum, qui modus dicendi constituit secundam sententiam.

9 Thomistae autem communiter asserunt illud predicatum se tenens ex parte cause, et infalibiliter connexum cum existentia postea esse determinationem causarum, et quod talis determinatio

determinatio causæ, est formale constitutivum futuri, unde exigunt Thomistæ aliquod prædicatum positivum ex parte causæ, quod prædicatum est decretum divinum infallibiliter connexum cum existentia subiecti quod denominatur futurum, ut infallibiliter ponenda existentia in re, hic modus dicendi est communis Thomistarum uno vel altero dempto, et est tertia quoad præsens sententia. = Dividitur hæc tertia sententia a secunda relata in eo quod etsi utraque exigat ex parte Dei aliquod prædicatum infallibiliter connexum cum re futura, tamen Iesuitæ asserunt illud prædicatum esse actum intellectus divini, independenter omnino ab actu libero Dei, = e contra autem Thomistæ asserunt illud prædicatum sic infallibiliter connexum cum subiecto ut ponendum in re sub existentia esse actum liberum divinæ voluntatis, seu eius decretum, unde etsi pro posteriori ad actum liberum, seu ad decretum voluntatis divinæ intelligatur in Deo scientia affirmativa futuritionis, tamen talis scientia non constituit futurum in esse talis sed ipsum constitutum supponit per decretum illud absolutum, in quo ut in medio contemplatur Deus rem ut futuram unde et habet in illo medium infallibile ad fundandam scientiam de illo futuro etc. 10

Quarta sententia est Magistri Ferre, qui etsi ex parte Dei exigat decretum ut Deus certo sciat rem esse futuram, tamen asserit quod decretum non est forma constitutiva futuri, sed solum efficienter concurrit ad ipsius rei futuritionem.

§. II. Statuitur Conclusio

11 Sit nostra Conclusio tertia relata sententia: unde dicimus: Quod forma constitutiva futuri in esse talis est determinatio, et præparatio causæ ad dandam existentiam rei quæ denominatur futura, quæ præparatio respectu futuri absoluti, simpliciter talis, est decretum Dei omnino absolutum ab intrinseco efficax, et infallibiliter, et ab intrinseco connexum cum re ut extra causas ponenda; respectu vero futuri conditionati est decretum subiective absolutum, et obiective conditionatum. 12

Probatur 1º ex D. Aug. qui tract. 68 in Ioan. ad illa verba * perfecte fecit quæ futura sunt * sic ait * ut faceret futura illa prædestinando, et facturus sit illa operando * et lib. 6. de Genesi, ad litteram cap. 16. et 17 docet Sanctus Parens quod * Deum futura facere nihil aliud est quam eorum causas præparare.

13 Probr. 2° ex D. Thoma 1. p. q. 16. ar. 7 ubi sic proponit tertium argumentum * Præterea id quod est verum in præsenti, semper fuit verum esse futurum, sed sicut veritas propositionis de præsenti est veritas creata, ita veritas propositionis de futuro; ergo aliqua veritas creata est æterna. * = Cui argumento sic respondet * Ad 3um dicendum quod illud quod nunc est ex eo futurum fuit antequam esset, quia in causa sua erat ut fieret, unde sublata causa non esset futurum illud fieri, sola autem causa 1a est æterna, unde ex hoc non sequitur quod ea quæ sunt semper fuerit verum ea esse futura, quæ quidem causa solus Deus est. * = in quibus verbis Ang. M. recurrit ad hoc ut aliquid sit futurum ad causam sempiternam, ex cuius determinatione stat, quod illud sit futurum unde D. Thomas non constituit futurum per carentiam existentiæ nunc, et existentiam postea.

14 Rursus idem Angelicus Mag. q. 2. de verit. ar. 12 in corp. sic ait * Cum dicitur hoc est futurum designatur ordo qui est in causis illius rei, ad productionem eius. * quam doctrinam, alibi pluries tradit, præsertim in eadem q. 2 de verit. ar. 12. ad. 7. et ad. 9. et q. 12. ar. 10. ad 2. et in 1. dist. 38. q. 1. ar. 5. et 1. Contra gent. cap. 67. et 2a 2æ q. 171. ar. 6. ad 2. et alibi.

15 Ratione autem suadetur de 1o. quia rem esse futuram est aliqua denominatio vera, et realis, existens proinde toto tempore futuritionis, ergo præstatur ab aliqua forma reali, quæ proinde existit toto tempore futuritionis. consequentia videtur certa, alias existeret in rerum natura aliquis effectus formalis realis, sine forma reali, quod est chymera. antecedens etiam videtur certum, nam rem esse futuram, non est aliquid fictum neque aliquid omnino dependens ab intellectu, sed res est futura independenter ab intellectu fingente, quo pacto hæc propositio * Antichristus est futurus * est vera de præsenti, independenter ab omni fictione intellectus, non minus quam ista * Archangelus Michael existit, * Nunc sic subsumo sed talis denominatio realis nequit præstari ab alia forma, nisi a determinatione, et præparatione infallibili causæ; ergo hæc præparatio, et determinatio infallibilis causæ ad communicandam existentiam rei quæ denominatur futura, pro sua differentia temporis, est forma constitutiva futuri. Subsumpta probr. quia tempore futuritionis

futuritionis non datur aliquid de presenti quod possit prestare illa denominationem nisi illa determinatio, et preparatio causae; ergo talis denominatio realis nequit prestari nisi a determinatione, et prepa-ratione infalibili causae. 46

Rursus forma constituens futurum in esse talis debet distinguere futurum a pure possibili, et ab existenti; sed per nihil aliud potest distingui ab illis, nisi per illam prepa-rationem, et determinationem infalibilem causae ad dandum illi existen-tiam pro determinata duratione temporis; ergo forma constituens futurum in esse talis est illa determinatio, et preparatio infalibilis causae. caetera patent, et probatur min. nam si prescinditur illa preparatio, et determinatio infalibilis causae, solum restat caren-tia existentiae nunc; sed haec non distinguit futurum a pure possi-bili; ergo ut distinguatur futurum a pure possibili necessario debet constitui per illam preparationem, et determinationem infalibilem causae. min. videtur certa nam carentia existentiae est pre-dicatum conveniens ipsi possibili; sed predicatum duobus commune non distinguit unum ab alio; ergo solum intellecta carentia existen-tiae nunc non intelligitur futurum, ut distinctum a pure possibili. maior autem probatur, nam si prescinditur illa preparatio, et determinatio infalibilis causae, non intelligitur existentia postea ut determinate habenda, quia res non habent a se fu-turitionem; ergo si non intelligitur illa preparatio, et determinatio infalibilis causae, non intelligitur forma constituens futurum in esse talis.

§. III.

Diluuntur replicae.

Replicabis in favorem primae sententiae, quia futuritio 47 formalis ex terminis nihil aliud est, quam id quod affirmatur per propositionem de futuro, etenim futuritio formalis est unice ipsummet rem esse futuram; sed per propositionem de futu-ro, sive absoluto, sive conditionato, nihil affirmatur de presenti, sed unice carentia existentiae nunc, et existentia postea; ergo in hac carentia existentiae nunc, et existentia postea consistit formalis futuritio, maior videtur nota, etenim obiectum expres-sum per propositionem est forma constitutiva veritatis, vel falsitatis importatae in propositione. prob. ergo min. et in primis probr. de

futuro absoluto, quod est simpliciter tale. nã hæc propositio *Antixps existet,* sive illa *Antixpus exit* est propositio de futuro ut constat; sed per hanc propositioné unice affirmatur existentia Antixpi, ut nunc non est, et erit postea, ergo per propositioné de futuro absoluto, solú affirmatur obiectú ut correspondens durationi extituré, et modo non existenti, quod idé est ac affirmari carentiá existentié nunc, et existentiá postea.[18] De futuro autẽ conditionato

18 similiter probr. eadẽ min. Nã hæc propositio *Consensus Petri v.g. existet, si existat auxilium a.* est propositio de futuro conditionato; sed per hanc propositioné non affirmatur aliquid de præsenti, sed solú affirmatur extituré fore existentiá Consensus Petri, si auxiliú a existat, quod est idé ac affirmare carentiá existentié consensus Petri pro nunc, et ipsá existentiá Consensus Petri pro duratione sequenti dummodo in illa existat auxiliú a. ergo per prædictá propositioné nihil affirmatur de præsenti.

19 Rursus 1o. Extiturú esse consensú sive absolute sive conditionate, extermininis est futuritio consensus sive absoluti, sive conditionati, sed extiturú esse consensú nihil importat de præsenti, ut existens; ergo futuritio non est existere aliquid de præsenti; syllogismus videtur evidens, unde probatur min. in qua stat difficultas; nã Extiturú esse consensú est præcise consensú extiturú esse; sed præcise extiturú esse aliquid, non est aliquid existere de præsenti, sed extiturú fore, ergo extiturú esse consensú nihil importat de præsenti ut existens.

20 Rursus 2o ea ratione, et non alia qua datur constitutú debet dari, et verificari ratio formalis constitutiva illius, sed futurú non datur de præsenti, sed de futuro, non enim datur, sed dabitur; ergo similiter futuritio quæ est ratio formalis constitutiva futuri non datur sed dabitur.

21 Resp. ad hanc replicá, quæ utiqué Achyles est pro contraria sententia, quod in quolibet futuro sive absoluto, sive conditionato aliud importatur de materiali, aliud de formali, seu quod idé est in hoc Complexo *Antixpus est futurus* seu *Antixpus exit* et datur subiectú de quo affirmatur futuritio scilicet

scilicet Antixpus ipse, & datur ipsa futuritio affirmata de hoc subiecto. igitur subiectum huius complexi, verum est quod non est sed erit, unde non datur neque existit in re, sed dabitur, seu existet; at vero futuritio ipsa de presenti datur, nam nunc de presenti, est verum dicere *hoc futurum, est futurum* unde male insinuatur in argumento quod esse futurum non datur. sed dabitur, esse enim futurum unice potest dari produratione pro qua de subiecto futuritionis verificatur, quod non est sed erit. unde in omni futuro datur aliquid de presenti, scilicet ipsa futuritio formalis, ac proinde cum iuxta formam Arguentis. ea ratione, & non alia qua datur constitutum debeat dari ratio formalis constitutiva sed de presenti datur futurum in esse futuri, alias numquam daretur futurum si de presenti non datur, quando non verificatur de subiecto futuritionis existentia, ergo de presenti debet dari forma futuri constitutiva. 22

Et per hanc doctrinam que verissima est patet solutio ad replicam in forma cum suis confirmationibus. Resp. ergo ad replicam concessa mai., nego min. & ad probationem pro 1a parte que est de futuro absoluto resp. conc. mai. & dist. min. S. per hanc propositionem *Antixpus existet. i. per istam, Antixpus exist.* unice affirmatur existentia Antixpi ut nunc non est, s. [illegible] erit, affirmatur ut subiectum materiale, de quo verificatur de presenti futuritio conc. min. unice affirmatur predicta existentia, & non ut subiectum futuritionis que de presenti datur nego min. & conseq. 23

Ad 2am probationem que est de futuro conditionato resp. conc. mai. & dist. min. sed per hanc propositionem * Consensus Petri existet, si existat auxilium A.* solum affirmatur existitura fore existentia Consensus Petri, si existat auxilium A. ita ut existentia consensus affirmetur de materiali respectu futuritionis que de facto datur conc. min. ita ut unice affirmetur de formali existentia, vel etsi de materiali, non ut subiectum futuritionis que de facto datur nego min & conseq. 24

Ad 1am Confirmationem que ut evidentem decantat arguens pro sua sententia Resp. conc. mai. dist. min. Sed existiturum esse consensum nihil importat de presenti ut existens, de materiali conc. min. nihil importat de presenti ut existens de formali, neg.

etenim consensus extiturus importat futuritionem, quae de praesenti affirmatur de consensu qui materialiter et subiective sumptus non existit, sed existet, et ad probationem quatenus huic solutioni obstare potest, resp. explicando maiorem, Extiturum esse consensum praecise est consensum extiturum esse, ita ut in utraque propositione importetur de materiali, et subiective consensus, ut non existens, sed extiturus, et de formali importetur futuritio ut existens, quatenus nempe de consensu extituro, de praesenti verificatur futuritio conc. mai. alio modo nego mai. et similiter dist. min. praecise extiturum esse aliquid non est aliquid existere de praesenti, aliquid quod se habeat de materiali et subiective, conc. min. non est aliquid existere de formali, neg. min. etenim futuritio, ut saepe diximus, de praesentive rificatur. unde neg. cons. l. dist. eisdem terminis.

25 Ad 2am probationem resp. conc. mai dist. min. Sed futurum non datur de praesenti, secundum illud quod de materiali et subiective importat futurum conc. min. secundum illud quod de formali importat neg. min. et conseq. dicere enim quod futurum non datur sed dabitur, est falsa locutio, si attenditur ad formale significatum illius, futurum enim, de praesenti est futurum unde de facto datur futuritio, alias numquam esset futurum ut aliquantulum meditanti patebit.

26 Sed adhuc replicabis. Sed per hanc propositionem *Consensus est futurus* nihil affirmatur de praesenti, nec de formali, ergo solutio nulla est. ans probr. Neque idem significatur per istam propositionem * Consensus est futurus * ac per istam * Consensus erit *, sed per istam nihil affirmatur de praesenti; ergo neque per illam. mai. videtur evidens, cum utraque habeat idem obiectum, nempe consensum, ut extiturum; probr ergo min. quia ista propositio *consensus erit* neque ex parte rei significatae, neque ex parte modi significandi significat aliquid de praesenti, ergo neque ista *consensus est futurus* significat aliquid de praesenti. ans quoad 1am partem patet, cum ex parte rei significatae solum correspondeat consensus qui non est, sed erit, quoad 2am autem partem etiam videtur constans, nam modus significandi mensuratur penes copulam, sed copula ut evidens est, non est de praesenti, sed de futuro, ergo neque ex modo significandi importat aliquid de praesenti.

27 Rursus dices. vel haec propositio *consensus erit* ultra futuritionem

futurition̄ de presenti affirmat ipsū consensū et futurū; vel solū affirmat futurition̄ de presenti; sed neutrū potest dici; ergo predicta propositio nihil affirmat de presenti, mai. videtur certa iuxta thomistas probatur ergo min. quoad 1am partem; quia si predicta propositio solū affirmat futurition̄ de presenti, nihil affirmaret de Consensu, unde scientia sive creata, sive increata, quæ predictā propositionē affirmaret esset necess. falsa. cū illa propositio tunc casū solū significaret existentiam alicuius rei omnino distinctæ a Consensu. nempe existentiā futuritionis, quæ adæquatè distinguitur a consensu = quoad 2am autem partem probatur. quia affirmatio alicuius solū est affirmatio rationis formalis illius, sed ratio formalis futuri est futuritio; ergo implicat quod si predicta propositio affirmat futuritionē, affirmet etiā ultra futuritionē consensū de futuro. 28

Resp. ad hanc replicā neg. ans.

ad Cuius probationē dist. mai. idē significat utraque propositio, ex parte rei significatæ, transeat mai. ex parte modi, neg. mai. et dist. min. Sed *consensus erit* nihil significat de presenti, neque quoad rectū, neque quoad obliquū neg. min. quoad obliquū saltim neg. min. et dist. conseq. ergo neque ista *consensus est futurus* significat aliquid de presenti, aliquid quoad rectū et quoad obliquū conc. conseq. quoad rectū saltim, nego conseq. = Itaque dicimus quod istæ duæ propositiones ex parte rei significatæ conveniunt, unde utraque aliquid significat de presenti, et aliquid de futuro, utraque enim significat de presenti futuritionē, et utraque significat consensū de futuro. at vero ex parte modi significandi discriminantur, nam ista * Consensus est futurus,* significat futuritionē de presenti in recto, et consensū de futuro in obliquo. = e contra autem ista * Consensus erit * significat futuritionē de presenti in obliquo; et consensū de futuro in recto. unde quantū ad presens conducit, utraque significat aliquid de presenti, etsi ex modo illud significandi penes rectū, vel obliquū discriminentur, unde necesse est quod detur de presenti forma constitutiva huius effectus formalis qui de presenti reperitur. qui effectus formalis est esse futurū, unde forma constitutiva de presenti, est determinatio et preparatio infallibilis causæ, quæ determinatio est ipsa futuritio de formali. = et per hoc patet ad probationē in contrariū, dicimus ergo, quod ista *consensus erit* 29

tam ex parte rei significatę, quę ex parte modi significat aliquid de pręsenti, scilicet futuritionę, & si futuritio significetur in obliquo, & ad probationę in contrariũ quatenus huic solutioni obstare potest. Dist. explicando mai. Obiectũ huius propositionis * Consensus exit * est consensus, qui non est, sed erit. ly consensus est consensus ut stat sub futuritione de pręsenti conc. mai. est consensus quomodocunque & absque ordine ad futuritionę de pręsenti, neg. mai.

30 — 3.º & ad probationę in contrariũ conc. mai, & dist. min. Sed copula non est de pręsenti sed de futuro, non est de pręsenti formaliter & expresse conc. min. virtualiter & implicite seu ęquivalenter neg. min. ista enim propositio * Consensus exit * etsi expresse fiat per copulę de futuro, ęquivalet huic * consensus est futurus * in qua copula de pręsenti importatur,

31 — 3.º. Itẽ ulterius quia ista * consensus exit * est ęquivalenter subiectũ alterius propositionis cathegoricę quę virtualiter continetur in illa, scilicet est subiectũ huius * Consensus exit est propositio vera * in qua necessario importatur expresse copula de pręsenti.

32 — Rursus quia ut dicitur in Dialectica Copula de futuro ampliat subiectũ ad id quod est, vel erit, quod nequit esse nisi quia subiectũ connotat ex parte prędicati formę de pręsenti, quę proinde exigit subiectũ quod est, vel erit.

33 — Ad confirmationę resp.º quod hęc propositio * consensus exit * ultra futuritionę de pręsenti, significat consensũ qui erit, seu de futuro, & ad probationę in contrariũ resp.º dist. mai. affirmatio alicuius solũ est affirmatio rationis formalis illius, si fiat per terminos abstractos trans. mai. si per terminos concretos subdist. solũ est affirmatio rationis formalis, ut connotat subiectũ cui convenit, conc. mai. absque tali ordine neg. mai. & conc. min. dist. conseq. Si prędicta propositio affirmat futuritionę de pręsenti implicat quod affirmet consensũ de futuro, ly consensũ de formali conc. conseq. ly consensũ de materiali connotato, & ut subiectũ cui convenit, seu de quo verificatur futuritio neg. conseq.

34 — Sed adhuc replicabis. implicat quod quęlibet ex prędictis duabus propositionibus significet futuritionę de pręsenti, & consensũ de futuro; ergo solutio nulla est. Ans suadetur implicat quod forma de pręsenti convenire

convenire posit subiecto quod non est de præsenti, sed erit de futuro; ergo ex terminis implicat quod futuritio de præsenti conveniat subiecto de futuro. 35

Resp. negando ans, et ad probationem dist. mai. implicat quod forma de præsenti convenire possit subiecto de futuro si sermo sit de forma intrinseca, transeat mai. si de extrinseca, subdist. et si alias subiectum non ampliatur ad id quod est vel erit, conc. mai, si ampliatur nego mai. et dist. consequens ergo ex terminis implicat quod futuritio de præsenti conveniat subiecto de futuro, et aliasfuturitio quæ est formale significatum prædictarum propositionum et est de præsenti convenit subiecto de futuro, idest consensui, qui quidem consensus supponit pro consensu qui est vel erit, neg. dog., alio modo nego conseq. quando ergo copula vel prædicatum ampliant subiectum ad plures differentias temporis, ultra illam quæ formaliter explicatur per copulam non est necessarium quod subiectum habeat existentiam in illa differentia temporis formaliter explicata per copulam ut ipsi possit convenire prædicatum, ut expresse traditur in Dialectica, et patet in hac propositione * Petrus est cognitus * quia cum hoc cognitus ampliet subiectum ad id quod est, vel fuit, vel erit, vel est possibile, et si formale significatum prædicati, scilicet cognitio debeat existere de præsenti, tamen Petrus non requiritur quod existat de præsenti, ut sit vera propositio. 36

Sed ulterius replicabis. sed prædicta propositio; nempe * consensus erit * vel consensus est futurus * non importat de præsenti futuritionem, ergo dicta ouisque ruunt. ans probr. quia si importaret de præsenti futuritionem maxime quia futuritio pro formali, esset aliquis actus divinæ voluntatis, scilicet decretum de consensu futuro: sed implicat quod prædicta propositio importet de præsenti prædictum decretum divinum; ergo prædicta propositio non importat futuritionem de præsenti; probr. min. quia si futuritio importaret illud decretum divinum, vel tale decretum est intrinsece conexum cum existentia futura consensus, vel non; neutrum potest dici; ergo implicat quod importet futuritio seu prædicta propositio divinum decretum. min. quo ad 2am partem patet. alias si tale decretum non conectitur intrinsece cum consensu futuro, consensus non erit infallibiliter futurus, nec erit infallibilis futuritio. quo ad 1am ergo partem probr. quia si decretum est intrinsece conexum cum consensu futuro, vel conectitur cum consensu entitative accepto, vel cum consensu exercite existenti;

Si lū consensus erit intrinsece futurus quod x°. thomistas est falsū, et lū ex se implicat, g° implicat quod decretū sit intrinsece conexū cū consensu.

3) Resp.° dis-

gendo hanc partē scilicet decretū conecti intrinsece cū consensu verum cū distinctione admittitur, etenim conectitur intrinsece cū consensu, non exercite sumpto, sed signate accepto, unde adest ratio ut conexio sit intrinseca, et futuritio sit extrinseca consensui entitative accepto. unde non conectitur decretū cū consensu ut exercite existenti, imo neq cū ipso entitative accepto ut exercite futuro, sed conectitur cū ipso ut signate futuro.

§. IV.
Proponitur argumentum desumptū Ex paritate præteriti.

38 Dices. Præteritū ut præteritū constituitur formaliter in esse talis per carentiā existentiæ nunc, et per existentiā quæ fuit; g° similiter futurū constitui debet per carentiā existentiæ nunc, et existā quæ erit. ans supponitur a contrarijs, et conseq.a probr 1° quia sic comparatur duratio præsens ad præteritā, relate ad rē præteritā, ac comparatur duratio præsens ad futurā, relate ad rem futurā, s. hoc non obstante præteritū constituir per carentiā existentiæ nunc, et existentiā habitā; g° futurū constitui debet per carentiā existentiæ nunc, et existentiā habendā.

39 Secundo probr eadē conseq.a quia esse aliquid præteritū, ut consensus, non minus dicit de præsenti, verā, et nonfictitiam denominationē præteriti, quā esse futurū dicit de præsenti veram et nonfictitiā denominationē futuri; sed ad verificandū de præsenti, illā verā, et nonfictitiā denominationē præteriti, non requiritur forma positiva quæ de præsenti sit, sed sufficit carentia existentiæ nunc, et existentia quæ fuit; g° similiter ad verificandū de præsenti illā verā, et nonfictitiā denominationē futuri, non erit necess. forma positiva quæ sit, sed sufficit carentia existentiæ nunc, et existentia postea. conseq.a licet constet, suadetur hoc discursu. ideo ad præstandā illā denominationē verā præteriti sufficit dictū, quia esse præteritū est quid extrinsecū rei præteritæ, s. etiā esse futurū est quid extrinsecū rei futuræ. g° ad præstandā illā denominationē futuri, sufficiet dictū.

§. V.
Traditur 1.a solutio

duplici

90

Duplici via occurre possumus huic argumento primo admissa paritate Doctrina de praeterito, neg. conseq. cuius disparitas stat in eo quod aliter comparatur carentia existentiae nunc, respectu praeteriti, v.g. respectu Adami, ac respectu futuri, v.g. respectu Antixpi, etenim carentia existentiae quae de praesenti datur respectu praeteriti, determinate conectitur cum existentia vera, et reali, quam aliquando habuit praeteritum v.g. Adamus, unde potest constituere praeteritum formaliter in esse talis; at e contra carentia existentiae quae nunc datur respectu Antixpi, v.g. secundum se considerata talis carentia, est aeque indifferens ad existentiam habendam, et ad ipsam existentiam ut numquam in reponendam, unde sufficiens non est ad constituendum determinate futurum.

91

Et iuxta hanc doctrinam quae probabilitate non caret, resp. ad 1am consequentiae probationem, dist. mai. sic comparatur duratio praesens ad praeteritum, ac ad futurum sicut, et eodem modo nego mai non cum omnimoda similitudine conc. mai. et min. et neg. cons. diversitas quae stat in doctrina tradita, quia nempe carentia quae nunc datur respectu praeteriti conectitur determinate cum re praeterita, ceterum carentia existentiae quae nunc datur respectu futuri indifferens est secundum se ad existentiam ut in reponendam, et ad ipsam ut intra causas relinquendam.

92

Sed replicabis. Sed Carentia existentiae nunc eodem modo comparatur, ad existentiam veram quae defacto fuit, ac comparatur ad existentiam quae erit; ergo nulla est solutio. ant. probatur, quia carentia existentiae nunc solum conectitur cum existentia vera quae fuit, v.g. cum existentia Adami, ex suppositione, quod Adamus fuisset, Si enim Adamus non fuisset non conectenetur cum eius existentia praeterita; Sed etiam carentia existentiae futuri, v.g. Antixpi, determinate conectitur cum existentia vera quae erit, ex suppositione Antixpi exiturum fore, et in hac suppositione non conectitur cum eius non existentia; ergo si respectu praeteriti conexio ex suppositione est sufficiens praedicatum ad constituendum praeteritum in esse talis; eadem conexio respectu futuri erit sufficiens praedicatum ad constituendum futurum in esse talis.

93

Sed Contra, et nego primum ant., ad cuius probationem resp. quod etsi carentia existentiae Adami v.g. conectatur ex suppositione cum existentia vera Adami qui fuit, cum

tamen hæc suppositio supponatur verificata, inde est quod datur in prædicta carentia existentiæ respectu præteriti sufficiens conexio ut sit prædicatum differentiale, et constitutivum respectu illius; at vero respectu futuri non supponitur conditio verificata, sed potius ex se est indifferens ut verificetur, vel non, unde non potest constituere futurum determinate in esse talis, et cum de præsenti non detur aliquid in quo intelligatur suppositio ut infallibiliter verificanda, nisi illa determinatio, et præparatio infallibilis causæ, inde oritur quod respectu futuri unice potest esse eius constitutivum decretum conexum infallibiliter cum existentia quæ erit.

44 Per quod etiam patet solutio ad 2am probationem eiusdem primæ sequelæ. resp. ergo admissa maiori dist. min. Sed ad verificandum de præsenti veram, realem, et non fictam denominationem præteriti non requiritur forma positiva quæ sit de præsenti, si per illum formam positivam intelligatur forma positiva, vel formaliter vel conexive nego min. si determinate intelligatur forma positiva formaliter præcise conc. min. et nego conseq. dicimus ergo quod ad verificandum de præsenti hanc propositionem *Adamus fuit* non requiritur forma unde quaque positiva, verum requiritur de præsenti unum prædicatum, et si negativum formaliter, conexum tamen cum aliquo positivo quod determinate fuit, scilicet cum vera existentia quam realiter habuit Adamus.

45 Sed dices, Sed etiam respectu futuri datur unum prædicatum et si negativum formaliter, tamen connexum cum aliquo positivo, de futuro, scilicet cum existentia quæ erit, ergo paritas adæquate currit.

46 Sed contra et dist. subsumptum, Sed respectu futuri datur unum prædicatum conexum determinate cum prædicato positivo quod erit, neg. conexum indeterminate, vel cum illo prædicato positivo, vel cum eius contradictorio, quod utique est quid negativum, conc. min. et neg. sequelam. solutio constat ex dictis.

§. VI. Traditur Alia Solutio

47 Prædicta solutio probabilitate non caret, verum quia semper est molestum hoc argumentum, et vero similiter instatur, ideo aliam solutionem placet adhibere, negando nempe cum pluribus Thomistis primum ans. quod non probant contrarii. unde dicimus quod præteritum non constituitur formaliter in esse talis, per carentiam existentiæ nunc et existentiam quæ fuit, sed per decretum divinum infallibiliter conexum cum carentia existentiæ nunc, et cum existentia quæ fuit. explicatur solutio.

Dicimus

Dicimus ergo quod quando Deus decrevit existentiam Adami v.g. decrevit sic * Volo Adamum vivere per nongentos et triginta annos; * in hoc ergo decreto reperiuntur plures virtualitates, quarum praecipue tres considerantur, prima correspondens durationi quae transegit per illos quinque primos dies creationis qui transierunt in la mundigenesi. in qua duratione intelligebatur Adamus infallibiliter futurus, per determinationem scilicet infallibilem decreti decernentis existentiam Adami pro duratione sequenti. = 2a autem virtualitas est correspondens durationi quae transegit a die sexto inclusive, adusque diem ultimum suae vitae, quae transmeavit per ~~[illegible]~~ nongentos et triginta annos. in qua duratione erat Adamus praesens, et existens per existentiam positivam a Deo ipsi collatam medio decreto. = 3a autem virtualitas est correspondens durationi quae a die ultimo suae vitae adusque nunc, et deinceps, transit. in qua duratione est Adamus praeteritus, per determinationem infallibilem causae, seu decreti nolentis Adamum conservare per omnes durationes sequentes. quae tres virtualitates continentur in uno et eodem decreto, nisi velis dari tria decreta virtualiter distincta determinantia praedictas rationes, de quo quo ad praesens non erit specialis controversia, cum utroque modo verificetur quod praeteritum et futurum, ~~[illegible]~~ constituuntur formaliter per determinationem infallibilem causae, et non per solam carentiam existentiae nunc, et per existentiam quae fuit vel erit. unde iuxta hanc solutionem quae verissima est, assignatur forma positiva et praesenti, constitutiva tam futuri tam praeteriti. 49

Haec 2a solutio, quae utique mihi verior est, conformior videtur D. Aug. qui lib. 11. confes. cap. 15. per totum. et deincepi ad usque cap. 20 inclusive, eodem modo loquitur de futuris ac de praeteritis, unde cap. 18. haec sunt verba * Si enim sunt futura, et praeterita, Volo scire, ubi sunt? quod si non dum video, scio tamen, ubicumque sunt non ibi futura esse, aut praeterita, sed praesentia, nam si ibi futura sunt, non dum ibi sunt; et si praeterita sunt, iam non ibi sunt, ubicumque ergo sunt quaecumque sunt, non sunt, nisi praesentia. * in quibus verbis Sanctus Doct. eodem modo affirmat de futuris, esse praesentialiter futura, ac de praeteritis esse praesentialiter praeterita. ergo iuxta Augustinum eodem modo discurrendum est de forma constitutiva utrorumque.

§. VII.

Proponitur fundamentum 2ae sententiae.

50 Replicabis cum P. Antº. Perez, et cum alijs. quod etsi verum sit quod futurum ut intelligatur constitutum in esse talis exigat ex parte Dei aliquod praedicatum de facto existens, tempore futuritionis, tamen hoc praedicatum nequit esse aliquis actus divinae voluntatis; sed pro futuris absolutis scientia Visionis, et pro futuris conditionatis scientia Media, unde cum absoluta sint talia debeant prius cognosci in statu conditionali inde oritur quod omnia futura exigant ex parte Dei scientiam mediam, ut sint futura. Motivum huius sententiae consurgit ex duplici existimatione, quarum 1a est, quia exigitur de praesenti aliquod praedicatum quod sit forma constitutiva futuri, quod de praesenti est futurum, 2a est. ex repugnantia decreti infallibiliter conexi cum futuro, ob laesionem libertatis. quae ipsis videtur insuperabilis, unde confugiunt ad scientiam Visionis, et ad scientiam Mediam modo dicto etc.

51. Verum iste modus dicendi displicet. et imprimis pro futuris absolutis impugnatur. quia in Schola Societatis omnis scientia visionis est pure speculativa, unde solum contemplatur et intuetur obiectum modo quo est in se; ergo pro signo anteriori ad scientiam visionis iam intelligitur futurum in esse talis. sequela patet, cum scientia speculativa non sit factiva obiecti, sed contemplativa alias esset practica. ergo vel pro aliquo signo supponit suum obiectum, vel ad minus pro eodem signo scientiae illud commitatur. ergo praedicta scientia non facit rem esse futuram sed illam ex alio capite futuram supponit. igitur illud caput in nostra sententia est decretum Dei, adiunctum cum scientia visionis quae in nostra sententia est practica. et in eodem signo facit et intuetur obiectum etc.

52 Similiter pro futuris conditionatis impugnatur, nam scientia Media impotens est ad constituendum futurum in esse talis, vel consensum in esse futuri. quia scientia scientia media, (praescindendo etiam pronunc ab eius possibilitate, vel impossibilitate,) est praedicatum Deo contingens, et ex se non est magis conexa, cum consensu, quam cum eius carentia, alias si pro illo signo statum conditionati, et scientiae mediae esset determinata cum uno extremo, destrueret libertatem, ob eandem rationem ob quam autores scientiae mediae respuunt decretum efficax thomisticum infallibiliter conexum cum uno extremo. ergo scientia media impotens est ad constituendum futurum conditionatum in esse talis. 2º Rursum Scientia Media iuxta eius autores est pure speculativa, ergo solum contemplatur obiectum quod ipsi proponitur, ergo si obiectum ex se, vel ex alio capite non habet esse futurum ~~...~~ scientia media non constituet illud futurum.

§. VIII.
Proponitur fundamentum 4ae. sententiae.

53 Nam etsi verum sit, quod ut aliqua res intelligatur futura, sit

sit necess. decretum divinum, infallibiliter connexum cum re futura tamen ex inde non convincitur, quod decretum sit forma constitutiva futuri in esse talis, ergo propriacta sententia est falsa. ant. suadetur. nam etsi sit necess. decretum solum convincitur quod decretum comparetur respectu futuri ut causa efficiens, sed causa efficiens non est forma respectu sui effectus ut patet; ergo etsi sit necess. decretum infallibiliter connexum cum re futura, non tamen convincitur quod decretum sit forma. probatur mai. quia decretum efficax qualiter ponitur a thomistis, per prius respicit rem ut praesentem, et ex consequenti infertur quod pro duratione anteriori ad praesentialitatem sit futura. sed respectu rei praesentis comparatur unice ut causa efficiens, ergo et respectu futuri. mai. constat. nam Deus sic decernit * Volo Antichristum v.g. existere pro tali duratione * ex quo infallibiliter sequitur quod in duratione anteriori Antichristus sit futurus, sicut et quod in sequenti sit praeteritus; ergo ex terminis decretum ex suis intrinsecis per prius ordinatur ad rem ut praesentem, et ex consequenti ad ipsam ut futuram, et ut praeteritam. min. autem etiam est certa, et reliqua infertur. nam eo modo quo aliquod praedicatum comparatur ad illud quod immediate respicit, comparatur ad illud quod subsequitur; sed ad rem ut praesentem comparatur decretum ut pure efficiens, ergo et ad futurum &c. 54

Sed contra nam vel haec sententia solum differt verbis a nostra, et communi thomistarum &c. vel si aliquid aliud asserit est omnino falsa. et eisdem rationibus impugnatur ac impugnatur prima sententia, et insuper si solum differt verbis a nostra &c. est insufficiens in modo explicandi futuritionem. et ab hoc ultimo incipiendo si solum differt verbis a nostra sententia nam assignat formam constitutivam in esse talis, imo quomodo cumque intelligatur iste modus dicendi non assignat formam constitutivam futuri in esse talis; sed ex terminis repugnat quod intelligatur aliquid constitutum absque forma constitutiva; ergo insufficienter explicat veram sententiam, etiam si solum verbis differat a nostra. quod autem si a nostra in differt in substantia sit omnino falsa, constat meditando rationes pro nostra sententia efformatas, cum veritas de praesenti nequeat non habere formam de praesenti quae sit constitutiva illius ut late diximus. 55

Rursum

praesuposita communi difficultate ss. M. Ferre asserit inter respondendum quod inter decretum, et rem futuram intelligitur quaedam infallibilis conexio ratione cuius res intelligitur futura =. Nunc sic. sed haec conexio non est conexio in abstracto. ergo necess. datur de praesenti

aliquid in quo hec conexio fundetur, quod se habeat ut forma futuri, unde cum hoc nequeat aliud esse nisi decretum infertur quod decretum conexum cum re futura, sit forma constitutiva futuritionis.

56 Ad argumentum

Resp. conceso anti. negatur mai. quae in probatione apponitur. Et ad probationem concesis praemissis neg. dispar. cuius disparitas stat in eo quod cum res praesens, sit intrinsece praesens. unde est quod constituitur formaliter praesens per suam existentiam quae est quid intrinsecum respectu sui, at vero futuritio est quid extrinsecum rei futurae, unde bene potest consistere in aliquo extrinseco sicut decretum. Et ad probationem quatenus huic solutioni obstare potest dist. mai. eodem modo quo aliquod praedicatum comparatur ad illud quod immediate respicit comparatur ad illud quod subsequitur, si utrumque habeat eundem modum essendi conc. mai. alias nego mai. Et conc. min. neg. cons. cum autem praesens, et futurum, non habeant eundem modum essendi, sed praesens, quod est terminus immediate inspectus a decreto sit quid intrinsecum in se, et futuritio sit quid extrinsecum rei futurae, quae futuritio est terminus mediate inspectus in decreto, ut decretum possit esse forma respectu futuri secus autem respectu praesentis.

§. IX.

Quomodo sit peccatum futurum

57 Peccatum secundum formalem malitiam inspectum, quod in tempore existit, fuit ab aeterno futurum infallibiliter; sed illud futurum intelligitur constitutum formaliter per carentiam existentiae nunc, et existentiam postea, omni alio secluso, ergo praedicta carentia est formale constitutivum cuiuslibet futuri. Prob. min. si aliquid aliud intelligeretur quo constitueretur futurum maxime aliqua determinatio vel praeparatio infallibilis causae, sed ab aeterno nulla datur infallibilis praeparatio causae. ergo peccatum intelligitur formaliter futurum per carentiam existentiae nunc, et existentiam postea, omni alio secluso. mai. const. et min. videtur evidens cum illa determinatio infallibilis causae non possit esse ab aeterno, causae, vel creatae, vel increatae cum in nostra thomistarum sententia Deus non decernat positive formalem malitiam peccati.

58 Resp. dist. mai, peccatum secundum formalem malitiam inspectum, quod in tempore existit fuit ab aeterno futurum, physice neg. mai. logice conc. mai. et neg. min. et ad probat. dist. mai. si aliquid aliud intelligeretur maxime aliqua praeparatio infallibilis causae, quae sit positiva, respectu entitatis materialis peccati et respectu negationis gratiae sanctificantis incompossibilis cum peccato et simul sit permissiva respectu formalis malitiae conc. mai. alio modo neg. mai, et similiter dist. min. neg. cons.

Explicatur

Explicatur solutio. quia Deus titulo primæ causæ, et supremi dominij 59
solus habet influere positive in omne illud quod est creatura Dei, et habet rationem effectus, unde cum formalis malitia, non sit creatura Dei neque effectus, sed solum habeat rationem defectus, inde oritur quod Deus nequeat versari erga peccatum pro formali decreto positivo approbativo utique, sed solum decreto permissivo. quatenus habet decretum approbativum ad entitatem materialem peccati, quæ est vere ens. verum, et bonum bonitate saltim transcendentali, et proinde cadit sub sphæra causalitatis divinæ, et insuper habet Deus decretum positivum quæ est nolitio, circa non conferendum gratiam efficacem in hoc instanti, unde ad prædicta positiva decreta sequitur sequella logica, et infalibili formalis malitia. cum sit optima consequentia ex positione prædictorum decretorum ad ~~positionem~~ illationem formalis malitiæ. cæterum talis malitia non sequitur sequella physica, quia neutrum decretum influit physice in illam. proinde eo modo quo datur peccatum abæterno scilicet futurum logice, datur abæterno illatio scilicet illatio logica. et per hoc dignoscitur discrimen inter futuritionem peccati, et aliarum rerum, quia cum alia omnia futura sint creaturæ, et effectus Dei sunt fisice futura unde exigunt decretum influxivum fisice: peccatum autem non est pro formali creatura Dei neque effectus, sed solum defectus, unde non exigit decretum influxivum.

Replicabis 60
et dices quod peccatum est futurum fisice, ergo nulla est solutio. ant. suadetur quia peccatum quando existit tempore præsentialitatis existit phisice; ergo necessario, in tempore futuritionis, est fisice futurum. præsens enim et futurum 61
sunt correlativa. 61 Rursus abæterno est verum dicere *nunc non est fisice malitia peccati, et in sua duratione erit* ergo est quia peccatum 62
est fisice futurum.

Sed contra. nego ant. et ad probationem nego consequentiam. et ad probationem ibi inclusam respondeo, quod præsens, et futurum non sunt correlativa æquiparantiæ, sed disquiparantiæ, nam præsentia peccati etiam quo ad formale malitiæ habet veram ~~[illegible]~~ causam, scilicet voluntatem creatam quatenus est ex nihillo unde potest existere fisice, at vero tempore futuritionis nullam habet causam nisi permissivam, quæ vera causa non est, sed tantum est quoddam antecedens connexum logice cum formali malitia peccati. 63 Ad con- 63
firmationem respondeo distinguo ant. quoad [illegible] et in sua duratione erit fisice, [illegible] fisice cadente supra verbum sm illud quod connotat de formali, scilicet futuritionem, nego ant. cadente supra verbum secundum illud quod dicit prædicatum de materiali, scilicet determinante existentiam quæ erit, et stat sub futuritione conc. ant. et neg. consequentiam = igitur ista pro-

positio. * Peccatum exit physice existens * dicit in recto existentiam, & in obliquo futuritionem; ut supra diximus explicando diversitatem in modo significandi inter istas * consensus erit, consensus est futurus * Ly ergo fisice sic cadit supra rectum, scilicet supra existentiam est verum, cum existentia sit verum & fisicum praedicatum de linea entis, secus autem sic cadit supra futuritionem formalis malitiae, cum ista non sit praedicatum de linea entis, sed potius sit defectus, unde est tantum logice futura.

64 Replicabis. quia hoc decretum modo quo ponitur a thomistis, scilicet positivum, in ordine ad materiale peccati, negativum in ordine ad gratiam efficacem incompossibilem cum peccato, & permissivum in ordine ad formale peccati, vel est connexum cum formali malitia, vel non. si 2um non infert potius existentiam peccati, quam ejus carentiam, illatione etiam logica, unde non poterit ipsam malitiam constituere futuram etiam logice. Si 1um erit inevitabiliter causa peccati. quod thomistae efficaciter negant, ergo tale decretum non potest aliquo modo constituere peccatum futurum.

65 Respondeo eligendo primam partem dilematis quae adstruit conexionem logicam cum formali malitia, & nego sequellam exinde deductam. nam ratio ob quam quilibet effectus creatus est effectus divini decreti, non est atque ob conexionem inter decretum, & creaturam sed quia conectuntur fisice, idest influendo in creaturam, cum autem decretum illud non conectatur fisice sed logice cum formali malitia, quia in eam non influit inde oritur, quod neutiquam sit divinum decretum causa peccati etsi sit sufficiens, ad constituendam formalem malitiam logice futuram. =

66 Alia argumenta, & alias replicas omitto, tum ne longius justo divertamur, tum quia in nostris thomistis videri possunt praesertim in Illust. Godoy tom. 2 in 1. p. tract. 4. disp. 33.

* * *
* *

DISP. IV.

IHS

A P. Ioanne de Cardenas

PRO-
SEQUITUR
TRACTATUS DE

SCIENTIA DEI

DISPUTATIO QUARTA.

DE SCIENTIA FUTURORUM CONTINGENTIUM CONDITIONATORUM UBI DE SCIENTIA MEDIA DISQUIRITUR

Pro cursu ab anno Dni
1683 usq ad 1684

QUÆSTIO I.

Utrum Deus certo et infallibiliter cognoscat futura contingentia conditionata?

§. I.

Præmittuntur quædam principia doctrinalia

1 Consulto a futurorum contingentium conditionatorum cognitione exordium sumpsimus, eorumque notitiæ et explanationi præferimus doctrinæ de futurorum absolutorum cognitione, tum quia sic facilius dignoscetur quomodo Deus futura absoluta cognoscat, tum quia status conditionatus præintelligitur ad statum absolutum, unde pro signo anteriori ad statum absolutum contendunt Assertores scientiæ mediæ præcedere in Deo cognitionem futurorum, quæ etsi pro signo status conditionati, et scientiæ mediæ sint conditionata, tamen pro signo subsequenti, idest in statu absoluto sunt absoluta. Unde et

radicitus

radicitus evertamus scientiã mediã ideo a cognitione futurorũ contingentiũ conditionatorũ initiũ instituimus. §2.

Verũ quoad præsens notandũ est quod hic non disquirimus de medio in quo Deus cognoscat futura conditionata, quia de hoc alia integra et specialis instituetur quæstio, cum circa hoc mediũ sit præcipua lis, et controversia. unde solũ in præsenti disquirimus, utrũ Deus certo, et infallibiliter cognoscat futura contingentia conditionata, præscindendo pro nunc de medio in quo huius cognitionis, sit vel ne ante decretũ.

§3. Pro cuius luce 1° notandum est quod futura contingentia conditionata sunt in multiplici differentia, iuxta diversitatẽ nempe conditionis = Nã alia sunt in quibus conditio infallibiliter conectitur cũ conditionato, ut v.g. in principijs prædeterminantiũ in isto conditionato * Si Deus prædeterminet Petrũ v.g. ad consensũ consentiet * vel in principijs scientiæ mediæ in isto conditionato * Si Deus per scientiã mediã prævidit Petrũ in statu conditionato ut præventũ auxilio A consensurũ fore, et in statu absoluto, ut directus ista scientia media, prædefinit auxiliũ A, in statu absoluto Petrus consentiet. * §4.

Alia sunt futura quorũ conditio est simpliciter et omnino conexa cũ conditionato, tã logice, quã fisice, et metaphysice, ut in ista * Si Sol lucet dies est. * vel in ista * si Petrus currit movetur *

Alia §5. sunt futura, quorũ conditio non infert necessº effectũ, etsi aliquomodo conducat ad existentiã conditionati, et hæc conditionata adhuc sunt in duplici differentia. nã alia sunt quorũ conditio conectitur cum conditionato certo moraliter, etsi non omnimoda certitudine, et infallibilitate metafisica, ut in isto conditionato * Si Petrus fuerit tentatus gravi tentatione, in tali occasione, et non fuerit præventus auxilio speciali, succumbet tentationi * vel in isto * Si Petrus diutius perseveraverit in peccato mortali incidet in alia * §6.

Alia autẽ sunt, quorũ conditio solũ coniecturaliter, et probabiliter conectitur cũ conditionato, ut in isto * Si Adamus post peccatũ mansisset in Paradyso forte extenderet manũ suã ut sumeret de ligno vitæ. * §7.

Alia deniq̃ sunt futura conditionata

quorum conditio se habet omnino disparate, in ordine ad conditionatum ut in isto conditionato * Si Ioannes loquitur Salmanticae, Petrus dormiet Madriti,* vel in isto Si Gallus cantat Romae, turca convertetur Constantinopoli.

8 Rursus 3º notandum est quod in omnibus his conditionatis conditio sumi potest vel illative, vel concomitanter. Concomitanter nempe, quatenus enuntiat aliquid de futuro sub conditione etiam futura, et non conexa logice cum conditionato futuro. = illative autem sumitur quando unice denotatur bonitas consequentiae inter conditionem et conditionatum, praescindendo a futuritione vel existentia tum conditionis tum conditionati: quo circa communiter dicitur quod conditionalis nihil ponit in esse.

9 Rursus 4º notandum est, quod si conditionata sumuntur in vi illationis, et conditio est infallibiliter conexa cum conditionato, sive sit infallibilitas pure logica, sive in super detur conexio, et necessitas metaphysica inter conditionem et conditionatum cognoscuntur a Deo omnino certo, et infallibiliter, tam certitudine subiectiva, quam obiectiva, unde ista cognitio pertinet ad scientiam simplicis intelligentiae, quae suppositio patet evidenter, nam Deus cum sit infinitae cognitionis perditus, nequit non cognoscere cognitione omnino evidenti subiective, obiectum eo modo quo illud est in se verum; sed praedictum obiectum est omnino verum veritate infallibili, et necessaria; ergo talia conditionata cognoscuntur a Deo omnino evidenter tam subiective, quam obiective.

10 Rursus 5º notandum est quod futura conditionata quorum conditio, est moraliter certo, solum conexa cum conditionato, saltim cognoscuntur a Deo certo certitudine morali ex parte obiecti; ubi notanter dicimus ex parte obiecti; nam subiective omnis scientia quam habet Deus est omnino certa, et infallibilis, ut postea magis explicabitur. = Suadetur ergo haec suppositio, nam ex terminis implicat cognitionem infinitam qualis est cognitio divina, non percipere obiectum omnimodo quo obiectum est cognoscibile; sed futura conditionata de quibus in hac suppositione est sermo, solum habent in se certitudinem moralem, et neutiquam habent certitudinem infallibilem logice, l. metaphysice; ergo obiective inspecta solum cognoscuntur a Deo ut certa moraliter.

11 Rursus omnis veritas eo modo quo est in se exigit cognosci a Deo; Sed veritas

de qua in hac suppositione loquimur solum est obiective certa certitudine morali; neque metaphysice, vel logice stare potest antecedens verum, et consequens falsum, seu conditio verificata, quin verificetur conditionatum; ergo solum cognoscitur a Deo ut certa moraliter. 12

Sed dices, in bona consequentia non potest dari antecedens verum, et consequens falsum; sed in praedicta veritate, scilicet in ista* Si Petrus diutius perseveraverit in peccato mortali incidet in alia* stare potest antecedens verum et consequens falsum; ergo non potest cognosci a Deo ut certa, adhuc moraliter obiective. 13

Sed facile respondetur distinguendo maiorem in bona consequentia non potest stare antecedens verum, et consequens falsum, eo modo quo est bona consequentia, concedo maiorem alio modo nego maiorem et distinguo minorem. Sed in praedicta veritate stare potest antecedens verum et consequens falsum, metaphysice, vel logice, concedo minorem moraliter nego minorem et consequentiam. 14

Rursus 6º notandum est quod futura conditionata quorum conditio solum coniecturaliter et probabiliter connectitur cum conditionato cognoscuntur a Deo ex parte obiecti saltim ut certa certitudine coniecturali et solum probabiliter, etsi subiective cognoscantur omnimoda certitudine. 15

Haec suppositio probatur 1º ex sacra pagina. nam in lib. Exodi, cap. 4. praenuntians Deus Moysi quoddam futurum conditionatum cuius conditio erat solum conexa probabiliter cum conditionato, locutus fuit Deus Moysi non cum omnimoda certitudine et infallibilitate metaphysica ex parte eventus conditionati, seu ex parte obiecti, sed solum coniecturaliter et quasi tentative, seu probabiliter: ut constat ex verbis textus. sic enim aloquitur ibi Deus Moisi* Si non crediderint tibi, neque audierint sermonem signi prioris, credent verbo signi sequentis; quod si nec duobus his signis crediderint, neque audierint vocem tuam sume aquam fluminis, et funde eam super aridam, et quidquid hauseris de fluvio, vertetur in sanguinem* ergo signum est quod ex parte obiecti non habebat Deus infallibilem notitiam illius futuri, sed tantum coniecturalem probabilem, et tentativam. antecedens, ut constat. Haec consequentia probatur quia si Deus ex parte obiecti haberet certam et infallibilem notitiam huius futuri, providendo de 1º signo, non provideret de secundo,

Et tertio, ergo ex dictis provideisset infertur quod non cognovit ex parte obiecti illud futurum omnimoda infallibilitate, sed tantum probabiliter, et coniecturaliter.

16 ⁂ Rursus comprobatur nostra suppositio ex illo Genesis cap. 3 ubi etiam coniecturaliter locutus est Deus. sic enim ait * Ecce Adam, quasi unus ex nobis factus est, etc. nunc ergo ne forte mittat manum suam, et sumat etiam de ligno vitae, et comedat, et vivat in aeternum emisit eum Dominus Deus de paradyso voluptatis, ut operaretur terram de qua sumptus est, eiecit que Adam * in quibus verbis extensio manus Adami ad lignum vitae et eius comestio ex ligno, sub conditione perseverantiae Adami in paradyso cognita fuit a Deo coniecturaliter, et probabiliter. ergo idem quod prius ⁂

17 ⁂ Constat etiam nostra suppositio ex D. Thoma. in 1. dist. 38. q. 1. ar. 5. in corp. ubi haec habet verba * Quaedam autem sunt causae ex quibus consequuntur effectus, ut in maiori parte, sed tamen in minori deficiunt, unde in istis causis effectus futuri non habent certitudinem absolutam, sed quamdam in quantum sunt magis determinatae ad unum, quam ad aliud, et ideo per istas causas potest accipi scientia coniecturalis de futuris.

18 ⁂ Ratione autem haec suppositio videtur constans, quia ut supra dicebamus, implicat quod aliquod obiectum cognoscatur in se, ut magis verum quam est; sed in praedictis futuris de quibus est praesens suppositio obiectum non habet in se certitudinem vel infallibilitatem omnimodam in vi illationis, nisi tantum coniecturalem, et probabilem; ergo praedicta futura solum cognoscuntur ex se, et ex parte obiecti suis meritis attentis, coniecturaliter, et probabiliter.

19 ⁂ Denique supponendum est, quod si conditionata sunt omnino disparata, ita ut nullam conexionem habeat conditio cum conditionato non cognoscuntur a Deo in vi illationis, ut certa obiective, quae suppositio ex dictis rationibus ac praecendentes suppositiones suadere sibi plenit, nam obiectum quando cognoscitur per cognitionem omnino certam ex se, et infinitam, nequit cognosci nisi secundum veritatem quam in se habet, sed extrema huius veritatis obiective, * si Gallus cantat Turca convertetur * nullam nec probabilem conexionem habent, ergo ex parte obiecti non cognoscuntur a Deo ut certa in vi illationis.

§. II.

§. 11. Aperitur sensus quaestionis & referuntur ss.ae 20

His stabilitis quod in dubium vertimus, est: An Deus futura contingentia conditionata, quorum conditio non conectitur infalibiliter cum eventu conditionato, cognoscat cognitione omnino infalibili tam subiective, quam obiective, ita ut Deus non solum cognoscat eventum conditionatum esse obiective moraliter certum, vel coniecturaliter, & probabiliter, si conditio apponatur, iuxta qualitatem conditionatis sed et insuper infalibiliter cognoscat, obiectum conditionatum esse determinate extiturum, vel non extiturum.? = 21

Et ut magis innotescat praesens quaesitum quaerimus an quando Deus cognoscit hoc conditionatum* Si Petrus in tali occasione fuerit tentatus gravi tentatione, & ipsi non contulero speciale auxilium, succumbet tentationi*. an immo quod non solum cognoscat Deus hoc conditionatum esse moraliter obiective certum, sed etiam cognoscat omnino infalibiliter, quid infalibiliter eveniet ex parte obiecti, ita ut Deus possit formare hoc iudicium* Succumbet tentationi * vel illud* non succumbet tentationi* 22

Similiter utrum in praedicto conditionato quod continetur in Genes. cap. 3. circa extensionem manus Adami, & circa comestionem de illo ligno vitae, cognoscat Deus determinate comestionem, & extensionem manus. ita ut possit Deus omnino certo affirmare: sic.* si Adamus manserit in paradyso, mittet manum suam & comedet de ligno vitae* 23

Similiter in conditionatis quorum conditio se habet disparate in ordine ad eventum, quale est illud conditionatum quod continetur, in illis verbis ex lib. 4 Reg. cap. 13.* Si percussisses quinquies, aut sexies, aut septies percussisses Syriam usque ad consumationem, nunc autem tribus vicibus percuties eam* scilicet in hoc conditionatum, Si Rex Israel percusserit terram quinquies, aut sexies, aut septies, percuteret Syriam usque ad consumationem, utrum nempe etsi ex vi conditionis illative acceptae non detur conexio inter illam multiplicatam percussionem terrae, & devastationem Syriae, tamen Deus evidenter ex parte obiecti cognoscat eventum futurum, nempe devastationem Syriae secuturam fore determinate.

24 Unde in praesenti quaerimus, an praeter illam cognitionem quam Deus habet de futuris conditionatis, ex vi illationis, habeat Deus aliquam aliam certam et infallibilem notitiam ipsorum?

25 Circa praesentem difficultatem quatuor possunt recenseri oppositae sententiae. Prima absolute negat, Deum cognoscere certo, et infalibiliter haec futura conditionata, unde solum asserit haec sententia quod praedicta futura unice cognoscuntur a Deo certo certitudine morali, vel coniecturali, iuxta qualitatem nempe conditionis. = ubi notandum est hanc certitudinem moralem vel coniecturalem, esse talem obiective, non tamen subiective, contrarium enim est omnino repugnans, unde asserit haec sententia, quod deus cognoscit cognitione omnino evidenti et infalibili, talia futura esse certa moraliter, vel coniecturaliter, iuxta qualitatem conditionis.

26 Pro hac sententia sic explicata referuntur a defensoribus scientiae Mediae plures thomistae, quos nominatim refert P. Alarcon. 1. p. disp. 4. cap. 4. n. 4. relati ab Alarcon sunt, Zumel, Ledesma, Cabrera, Cabezudo, et alij; = Verum M. Ioan. a S. Th. erudite vindicat praedictos thomistas a praesenti calumnia. Poterat enim, P. Alarcon. et qui sunt alij scientiae Mediae autores, referentes thomistas pro praedicta sententia, ut etiam notat. SS M. Ioan. a S. Th. ipsos sincere legere, et perlegere, imo debebat, antequam absolute in re adeo gravi propriam negativam sententiam imponeret. = Praediti enim thomistae solum negant Deum habere certam et infalibilem notitiam horum conditionatorum ante decretum suae voluntatis, ut postea dicemus impossibilis est Deo talis notitia nisi innitatur Decreto absoluto, et efficaci ab intrinseco suae voluntatis, circa eventum futurum.

27 Secunda sententia absolute affirmat Deum omnia futura conditionata cognoscere cognitione omnino infalibili tam subiective, quam obiective. haec sententia communis est thomistarum quorum catalogum pro multitudine esset onerosum recensere. etsi aliqui pauci excipiantur ab hac universalitate. quos infra referemus. = hanc eandem sententiam tenent Iesuitae, etsi toto caelo diversi a thomistis in modo adstruendi in Deo hanc notitiam, ante vel post decretum de quo postea.

28 Tertia sententia distinguit inter futura conditionata

conditionata & asserit quod in conditionata inquibus conditio aliquomodo conducit ad eventum. sive moraliter sive coniecturaliter. cognoscuntur a Deo omnino infallibiliter, tam subiective, quam obiective: secus autem illa conditionata quorum conditio disparate se habet ad eventum. hanc sic tenent ex Thomistis Albarez tract. de Auxil. disp. 2. Cornejo. disp. 3. & ex Schola Societatis, Vazquez Arrubal, Torres, & Alarcon.

29

Quarta denique sententia Deus certo cognoscere futura conditionata quae in Sacra pagina sunt revelata, vel cum hoc universo habent aliquam conexionem; de alijs autem conditionatis, quae per infinities infinitas combinationes possunt multiplicari asserit haec sententia, esse rem valde dubiam. hanc sic tenet. R. M. Ioan. a S. Th. 1. p. q. 14. disp. 20. ar. 1. & 2.

§. III. Statuitur Dl°, & suadetur ex Sacra pagina.

30

Sit Dl°: Deus omnia futura conditionata, sive habeant conditionem moraliter conexam cum eventu futuro, sive coniecturaliter & probabiliter, sive etiam conditio sit impertinens & disparata ad ipsum eventum, sive quocumque modo sint conditionata, cognoscit non solum ut obiective moraliter vel coniecturaliter certa, sed & insuper ea cognoscit obiective omnino infalibiliter unde tam subiective quam obiective cognoscit ea esse determinate vera, vel determinate falsa.

31

Haec Dl° mihi est omnino certa, imo indecens mihi videtur asserere Deum non habere cognitionem omnino certam, & infalibilem tam subiective quam obiective respectu omnium conditionatorum cuiuscumque generis sit conditio. hanc Dlem stabilire conabor 1° ex Sacra pagina. 2° ex PP. 3° ratione.

32

Probatur 1° ex sacra pagina. & sit 1um testimonium ex 1° Reg. cap. 23. ubi cum Dabid consuluisset Dominum * an ne Saul descensurus foret in Ceilam? * respondit ei Dnus * descendet. * & postea conquisivit Dabid a Domino * an ne casu quo Saul descenderet in Ceilam viri Ceilani traderent eum Sauli? * cui quaesito, respondit Dominus * tradent * igitur Deus cognovit omnino certo, & infalibiliter haec futura conditionata,

nempe, & descensus Saulis in Ceila, & traditionis Dabidis in manus Saulis per viros Ceilanos. ecce verba ex sacra pagina* Si tradent me viri Ceile, in manus eius. & si descendet Saul sicut audivit servus tuus indica mihi? dixit Dominus, descendet, dixitque Dabid, Si tradent me viri Ceile & viros qui sunt mecum in manus Saulis? & dixit Dominus tradent.*

33 Sit 2um testimonium ex lib. 3. Reg. cap. 11. ubi predicitur a Deo ut omnino certum filios Israël idolatria afficiendos fore sub conditione quod ipsi acciperent in Uxores filias alienigenas. en verba sacre pagine.* Non ingrediemini ad eas, nec de illis ingredientur ad vestras, certissime enim avertent corda vestra ut sequequamini Deos earum*.

34 Tertium testimonium est ex lib. 4. Reg. cap. 13. ubi Regi Israeli predicitur ipsum reportaturum fore victoriam a Rege Syrie, Si Rex Israel percuteret iaculo terram quinquies aut sexies aut septies. verba sacre pagine supra retulimus num. 23.

35 Sit 4um ex illo Ieremie cap. 38. ubi Profeta predixit ut omnino certum Regi Sedecie, ipsum Sedeciam non tradendum fore in manus Caldeorum per Iudeos qui transfugerunt ad ipsos. accipite verba ex sacra pagina.* Et dixit Rex Sedecias ad Ieremiam: Solicitus sum propter Iudeos qui transfugerunt ad Caldeos, ne forte tradar in manus eorum, & illudant mihi? respondit autem Ieremias, non te tradent.*

36 Denique sit ultimum ex illo Math. cap. 11. ubi penitentia Tyriorum, et Sydoniorum predicitur ut absolute futura sub conditione predicationis XPI apud ipsos. his verbis* Væ tibi Corozain! Væ tibi Bethsaida! quia si in Tyro, & Sydone facte fuissent virtutes, que facte sunt in Vobis, olim in cinere, & cilicio pœnitentiam egissent!*

§. IV.
Proponuntur replicæ ex sacra pagina.

37 Replicabis 1° & dices quod ex predictis testimonijs nihil firmum concluditur, nam predicta futura contingentia que videntur in ipsis predici ut certo futura, possunt exponi de futuris que evenirent iuxta genium, & dispositiones causarum secundarum, unde solum ut coniecturaliter eventura vel ut moraliter certa, iuxta qualitatem nempe conditionis predici

dici potuerunt: quo circa D. Th. q. 12 de Verit. ar. 10. in corp. distinguit triplex genus prophetiæ, scilicet Præscientiæ, Prædestinationis, & Comminationis: unde aliqua futura prædicuntur ut absolute talia, quæ revera non eveniunt, ut patet ex illo Isaiæ cap. 38. ubi Mors Regis Ezechiæ, ipsi prædicitur ut absolute futura, per hæc verba * Morieris, & non vives * & ex illo Ionæ cap. 3. ubi subversio Niniveæ ut futura absolute prædicitur per hæc verba * adhuc quadraginta dies, & Ninive subvertetur, * quæ futura suo tempore non evenerunt: ergo similiter prædicta testimonia in favorem nostræ oppositis adducta exponi poterunt de prophetia comminatoria, quæ fundatur in inclinatione causæ proximæ relate ad eventum

38

Rursus quia plura testimonia ex prædictis leguntur cum aliquo verbo dubitationis secundum alias versiones, ut constat ex prædictis verbis ex cap. 11. Mat. neque paulo inferius prosequitur Christus eandem querelam contra Iudæos his verbis * quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in te forte mansissent usque in hanc diem * ubi ly forte dubietatem denotat & metaphysicæ certitudinem excludit.

39

Ulterius opponès verba illa ex 3. Gen. ubi Comestio Adâmi ex ligno vitæ, sub conditione permanentiæ ipsius in paradyso post peccatum prædicitur solum ut coniecturaliter certa, ut patet per verba sacra. dicitur enim * Nunc ergo ne forte mittat manum suam & sumat de ligno vitæ, & comedat, & vivat in æternum *

40

Rursus oppones verba illa Deuteronomij cap. 4. ubi Deus per Moisen populum aloquitur hæc verba quæ præseferunt dubitationem respectu eventus * Non vidistis aliquam similitudinem in die qua locutus est vobis Dominus† ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinem. *

† in Horeb de medio ignis.

41

Similiter constat ex illo Exodi cap. 4. igcitato supra n. 19. & ex alijs locis sacræ paginæ dubietatem præseferentibus. ergo ex sacra pagina non constat ut omnino certum, Deum habere certam & infallibilem notitiam tam subiectivam quam obiectivam omnium futurorum contingentium conditionatorum

42

Replicabis 2° quod ad summum testimonia in favorem nostræ oppositis adducta probant Deum habere notitiam omnino certam, & infalibilem omnium futurorum conditionatorum tam subiective quam

obiectivus, quae continentur in Sacris litteris. non autem aliorum conditionatorum quae multiplicari possunt per infinities infinitas combinationes. assumptum probatur 1° quia ex aliquibus singularibus non bene infertur propositio universalis. 2° quia omnium futurorum contingentium conditionatorum notitia, videtur ociosa, cum ista futura praesertim si ordinem cum hoc universo non afferunt, inutiliter cognoscerentur.

§. V. Diluuntur

43 Certe replicae factae, et testimonia ex Sacra pagina adducta praeseferunt difficultates non modicas unde videtur nostram conclusionem [struck out] non esse omnino certam et sicut, verum non exinde ab apposita conclusione debemus recedere. resp. ergo ad 1am replicam quod etsi vera sit doctrina quae ibi ex D. Th. proponitur, circa illud triplex genus prophetiae. verumtamen nulla est ratio ut adducta testimonia in favorem nostrae conclusionis intelligantur de prophetia comminatoria = tum quia aliqua ex illis praedicuntur per verba afferentia secum omnimodam certitudinem, ut patet notando illud adverbium certissime. quod apponitur in verbis ex lib. 3. Reg. cap. 11. = tum quia alias numquam possemus nec deberemus tribuere fidem supernaturalem futuris absolutis quae absolute praedicuntur a Deo per Prophetas cum possemus respondere ibi loqui in sensu comminatorio.

44 Urgentius. nam ut Theologi communiter asserunt, Moises in Deuter. cap. 18. explicat, et tradit regulam ad dignoscendum quando Deus loquitur per suos Prophetas praedictione absoluta praescientiae, et praedeterminationis, quando autem comminatoriae, his verbis * Quod si tacita cogitatione responderis quomodo possum intelligere verbum quod Dominus non est locutus? hoc habebis signum, quod in nomine Domini Propheta ille praedixerit, et non evenerit, hoc Dominus non est locutus * ergo signum est quod idem est aliquid revelari a Deo sive absolute sive conditionate, ac illud esse omnino infallibile. ergo cognoscitur a Deo, consequentia patet. quia ex terminis est vera ista causalis * ideo hoc praedicitur seu revelatur a Deo quia verum est. * et non contra est verum: ideo est verum, quia revelatur. *

45 Ad testimonia ex Sacra pagina adducta contra nostram conclusionem quatenus videntur praecontinere dubitationem aliquam, ut denotat illud adverbium forte, vel forsitan resp. ergo ex Doctrina SS P.P. quod praedictum adverbium forte in sacra pagina

pagina non denotat dubitationem aliquam sed potius est adverbium affirmativum, et confirmativum rei supra quam cadit. unde quando profertur a Deo. est ut denotet libertatem arbitrij indemnem, et illaesam servari. proinde et loquitur more humano. 46 Sumitur haec doctrina ex Doctoribus, et luminaribus Ecclesiae. in primis Hieron. explicans illud Ieremiae cap. 26. ait.* Noli subtrahere verbum si forte audiant, verbum enim ambiguum forsitan, vel forte, maiestati Domini non potest convenire, sed nostro loquitur affectu, ut liberum hominis servetur arbitrium.* — 96 97

Aug. tract. 37. in Ioan. ad illa verba * Si me sciretis forsitan, et Patrem meum sciretis * ait* Qui omnia scit, cum dicit forsitan, non dubitat, sed increpat. dubitationis verbum est cum dicitur ab homine, ideo dubitante quia nesciente. quando vero dicitur a Deo, cum Deum nihil lateat. illa dubitatione arguitur infidelitas, non opinatur divinitas. * 98

Ambr. super illud Act. cap. 8. quod D. Petrus dixit Simoni Mago * Poenitentiam age ab hac nequitia tua, et roga Deum; si forte dimittatur tibi haec cogitatio cordis tui* ait* Particula si forte, apparentem quidem afferre dubitationem, re ipsa nullam*. = idem docet Greg. Homil. 9 in Ezechielem. Chrisost. Hom. 18 in Math. et D. Th. pluries ad praedicta loca sacrae paginae. 99

Ad 2um replica resp. verum esse quod ex vi formae, ex eo enim quod Deus cognoscat aliqua futura conditionata contenta in sacra pagina, non convincitur omnia cognoscere. verum ex vi materiae, quia Deus est qui cognoscit, et a paritate aliquorum ad alia convincit argumentum intentum, unde ad 2am probationem dicimus quod etsi res pedu Providentis particularis videatur otiosa, et inutilis infinitorum futurorum conditionatorum quae per infinities infinitas combinationes multiplicari possunt, cognitio, tamen cognitioni infinitae qualis est divina hoc decentissime convenit, imo non esset infinita si quid futurum foret in aliqua combinatione ignoraret. unde ex ratione infinitae cognitionis qualis est divina est cognoscere quid de facturum foret casu quo alios et alios mundos produceret, et quid creatura faceret in hac vel illa hypotesi in talibus et talibus circumstantijs.

§. VI. Ex PP. probatur 2do.

50 Primo occurrit D. Augustinus, qui &si in omnibus magnus in hac materia est Coriphæus, & dicendorum Lydius lapis. probatur q̃ nostra sol. ex ipso hoc discursu: Pænitentia Tyriorum & Sydoniorum est est quoddam futurum puræ conditionatum & omnino contingens ut pote dependens ab arbitrio libertatis creatæ; sed iuxta Aug. Deus cognovit hoc futurum conditionatum, omnino evidenter, & infallibiliter, tam obiective quam subiective; ergo ex mente Augustini Deus cognoscit futura contingentia conditionata omnimoda infallibilitate non solum subiective, sed et obiective. prob. min. ex lib. 2 de dono persev. cap. 10. ubi hæc habet verba * Sed numquid possumus dicere Tyros, & Sydonios, si tales apud illos virtutes fierent, non fuisse credituros, cum ipse Dominus attestetur illos essent magnæ humilitatis pænitentiæ? ubi notandum venit illud attestetur.

51 Rursus idem Aug. lib. de Correp. & gra. cap. 8. affirmat Deum cognoscere futuram gloriam aliquorum sub conditione mortis ante lapsum, quæ gloria est futurum puræ conditionatum dependens ab eorum libera finali perseverantia. en verba Augustini *: Respondeant si possunt Cur illos Deus, cum fideliter, & pie viverent, non tunc de vitæ huius periculis rapuit, ne malitia mutaret intellectum eorum? Utrum hoc in potestate non habuit? An eorum mala futura nesciuit? nempe nihil horum nisi perversissime dicitur.* ergo iuxta Augustinum tam indubitatum est Deum præscire mala sub conditione futura, quam posse auferre illos e vita.

52 Occurrat 2º D. Thomas SS. PP. os. & sapientia cui consulendum est necesse iuxta Ecclesiæ præceptum in hac materia. igitur unum vel alterum proferam testimonium ne longius iusto divertamur. 3. enim p. q. 1. ar. 5. hæc habet verba * Apostolus ait: Non est volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei, qui his, quos prævidit, si apud eos facta essent suis miraculis credituros, quibus voluit subvenit, alijs autem non subvenit. * in quibus verbis manifeste constat Deum futura conditionata cognoscere. ut indicat illud prævidit.

(suis miraculis credituros)

53 Rursus Ang. D. q. 12 de verit. ar. 10. ait * Deus non solum cognoscit futura ratione ordinis causarum, sed etiam quantum ad ipsum exitum, vel executionem ordinis.* in quibus verbis indiscriminatim de omnibus futuris, sive absolutis, sive conditionatis cuiuscumque generis affirmat cognosci a Deo: = idem docet Chris. hom 65 in Mat. Mag. Greg. lib. 23. Moral. cap. 23. & alij PP. = § VI.

§. VII.
Quæ videntur obiantia ex SS. explicantur.

54 Replicabis et dices quod D. Augustinus, lib. de praedest. SS. cap. 14. explicans illud Sapient. cap. 4. * Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius * sic ait * Dictum est enim secundum pericula huius vitæ non secundum præscientiam Dei, qui hoc præscivit quod futurum erat, non quod futurum non erat. * ergo iuxta Aug. Deus non cognovit perversionem illam hominis iusti, quæ futura erat sub conditione diuturnioris vitæ. conseq. videtur clara, neque ista perversio non fuit absolute futura cum iustus ille moreretur in dimidio dierum suorum et sic dicamus, ne si diu viveret perverteretur.

55 Resp. D. Augustinum ibi esse contra quosdam hæreticos qui asserebant homines puniendos fore, propter peccata quæ commiterent si diu viverent, et econtra etiam asserebant homines præmio afficiendos iri, propter bona opera quæ patrarent, si permanerent in vita. = Expungens ergo hunc errorem D. Aug. ait in supradictis verbis, quod etsi Deus cognovisset eorum bona, vel mala opera, sub conditione diuturnioris vitæ futura, tamen non propterea eos pœna, vel præmio afficiendos iri, sed in re Deum solum taxare præmium, vel pœnam, iuxta opera, quæ absolute sunt futura. unde potius infertur D. Aug. supponere in his verbis, Deum cognoscere opera solum sub conditione futura.

§. VIII.
Ratione suadetur Ccl.

56 Poterat probari efficacissime nostra Ccl° ex doctrina thomistarum in fixius stabiliendam hoc discursu: stabilito decreto efficaci ab intrinseco, subiective absoluto, et obiective conditionato, quo Deus independenter a creatura præ definiat et decernat eventum futurum fore tali, vel tali occasione, et talibus vel talibus conditionibus, stabilitur in Deo medium infallibile cui innitatur notitia infallibilis tam subiective quam obiective quorumcumque futurorum conditionatorum; sed iuxta nostram et communem thomistarum sententiam in Deo sunt stabilienda necessario talia decreta. ergo in Deo est necessario concedenda certa et infallibilis notitia tam subiective, quam obiective quorumcumque futurorum contingentium conditionatorum = verum ab isto discursu etsi efficacissimo, et evidentissimo pro nunc est abstinendum quia non dum discussimus de medio cui innititur hæc infallibilis notitia.

57 Unde aliter suadetur et efficaciter nostra Ccl°. Implicat quod detur in rerum natura aliqua determinata veritas, quæ non cognoscatur a Deo; sed si Deus non haberet certam et infallibilem notitiam tam subiectivam, quam obiectivam quorumcumque futurorum contingentium conditionatorum daretur in rerum natura aliqua determinata

quę non cognosceretur a Deo; ergo Deus habet certam et infalibilem notitiam tam subiectivam quam obiectivam quorumcumque futurorum contingentium conditionatorum. cętera patent, et probatur min. quia omnis propositio conditionata cuiuscumque qualitatis sit conditio, est determinate vera, vel falsa; ergo si Deus non haberet certam et infalibilem notitiam tam subiectivam quam obiectivam quorumcumque conditionatorum daretur in rerum natura aliqua determinata veritas quę non cognosceretur a Deo. sequela patet. et ant. sua determinatur omnis propositio conditionalis vel conformatur cum suo obiecto vel non. si 1um est determinate vera, si 2um est determinate falsa. ergo etc.

58 Replicabis et dices. quod pro signo scientię simplicis Intelligentię nulla propositio est determinate vera vel falsa, sive sit conditionalis sive absoluta. ergo similiter pro signo scientię visionis poterit dari omnimoda precisio ita ut nulla sit determinate vera vel falsa. ant. constat, cum illud signum sit signum possibilitatis, et omnimodę precisionis, unde pro illo signo, possibile est consensum fore, et possibile est consensum non fore. sequela autem probatur. quia ideo pro illo signo non habent propositiones determinatam veritatem vel falsitatem, quia pro illo signo non intelligitur nisi sola rerum possibilitas, quę est ad utrumlibet; sed etiam signum scientię visionis est huiusmodi seu omnimodę precisionis; cum pro signo scientię visionis nondum intelligatur principium unde possit oriri determinata veritas vel falsitas respectu propositionum, ergo pro signo scientię visionis non est determinate vera, vel determinate falsa propositio conditionalis.

59 Resp. conc. ant. neg. sequelam cuius ratio est quia signum scientię visionis, est signum in quo, et realitatis, unde quęlibet propositio est determinate vera vel falsa, sive proveniat hęc determinata veritas vel falsitas a decreto Dei, ut in nostra sententia, sive a creatura, ut in sententia aliorum de quo postea, at vero signum scientię simplicis intelligentię est signum a quo, et possibilitatis, unde pro illo signo non est magis unum extremum quam aliud.

60 §. VIIII. Corollaria ex dictis

Inferes 1o quod conditionata quorum conditio disparate, et impertinenter se habet ad effectum si in vi illationis sumantur cognoscuntur a Deo ut determinate falsa. ratio est, quia illatio unius ex alio fundatur vel in identitate vel conexione unius cum alio, sed in predictis conditionatis nulla datur identitas vel conexio, inter conditionem, et eventum, ergo necessario cognoscuntur ut falsa.

61 Inferes 2o. quod si in conditionatis disparatis Deus pro sua voluntate faciat conexum consequens cum ant., seu cum conditione, tunc posita conditione cognoscuntur ut determinate vera, vel etiam si non ponatur conditio, tamen ex natura sua infert determinatam veritatem ut patet ex illo Reg. 4. cap. 13. ubi illa replicata percussio terrę, quę ex natura sua erat quid impertinens ad eventum ex voluntate Dei conducebat ad victoriam reportandam de Rege Syrię, per Regem Israel.

QUÆSTIO SECUNDA. IN QUONAM MEDIO COGNOSCAT DEUS FUTURA CONTINGENTIA CONDITIONATA.

§ I. Præmittuntur nonnulla.

62

Iam igitur ut omnino certum, et indubitatum stabilito Deum omnia futura contingentia conditionata certo, et infallibiliter cognoscere cognitione utique evidenti tam subiective, quam obiective, Chaos valde difusum et ~~intricatum~~ intricatum restat permeandum. posuit tenebras latibulum suum, in re igitur adeo gravi et ardua nostra interest aliquantulum immorare, ut exhinc tot et tam graves in Sacra Theologia quæstiones decidi queant non difficulter. = igitur in Bello altocissimo inter utramque Scholam Angelicam, et Iesuiticam. agredimur dimicandum. exhinc, et exinde proclamat unuquisque victoriam, Scripturam, Concilia, et Patres quilibet pro se stare contendit et affirmat. Chaos ergo est præsens controversia valde difusum dum quasi parta victorias alacris sibi gratulatur quilibet acclamationibus. unde quælibet sententia: plura pro se accumulat, tum Sacræ paginæ testimonia, tum conciliorum decreta, tum SS.PP. dicta, et tum denique et a priori et ab inconvenienti varias rationes. quæ omnia si a nobis in lucem essent proferenda, ne unum quidem tractatum, verum et volumina plura essent ad implenda. unde brebitati consulentes, dum temporis angustijs premimur claritate qua potuerimus audientium utilitati prospiciemus. unde

63

Pro quæstionis intelligentia primo notandum est

quod in præsenti idest in quirere de medio in quo Deus cognoscat prædicta futura, ac inquirere ante habeat certam et infallibilem notitiam ipsorum ante decretum suæ voluntatis, vel in ipso decreto. procuius luce notandum est quod decretum Dei aliud est omnino absolutum tam subiective, seu ex parte actus divinæ voluntatis, quam obiective, seu ex parte obiecti circa quod versatur, qualis est Volitio libera Dei realiter existens in Deo, qua mediante absolute vult et decernit existentiam huius mundi, v.g. independenter omnino ab aliqua conditione, et ab omni alio extra se, unde ex se, et pro sua libertate sic Deus decernit * Volo existentiam mundi *

64

Aliud autem est decretum conditionatum, quod sub duplici differentia potest considerari, primo ita ut solum sit conditionatum obiective, scilicet circa obiectum circa quod versatur, et ex parte actus seu subiective sit absolutum, unde decretum illud est actus divinæ voluntatis, actualiter existens in Deo, respiciens tamen obiectum dependenter ab aliqua conditione. v.g. actus quo Deus vult conversionem Tyriorum, et Sydoniorum sub conditione prædicationis Christi apud ipsos

65

Secundo dici potest aliquod decretum conditionatum tam obiective, quam subiective, idest quod non solum sit circa obiectum conditionatum, verum quod neque actualiter existat in Deo, existeret tamen talis volitio in Deo in aliqua hypotesi, et sub aliqua conditione. quod genus decretorum commodius explicantur per verbum Vellem, quam per verbum volo, v.g.* ut si Deus condidisset alium mundum vellet beatificare aliquam creaturam intellectualem * hoc ergo genus decretorum conditionatorum tam obiective quam subiective est repugnans Deo, etenim involvit imperfectionem velleitatis, et mutabilitatis, saltim moralis.

66

Rursus, et si obiter notandum est quod Deus aliquando præter decretum subiective absolutum, et obiective conditionatum, habet etiam aliud decretum omnino absolutum de purificanda conditione, unde obiectum illud circa quod fuit primum decretum subiective absolutum, et obiective sub conditione, transit pro signo sequenti huius secundi decreti, ad esse absolutum; aliquando autem idest pro sua voluntate habet decretum omnino absolutum de non purificanda conditione et tunc casum primi decreti obiectum manet pure conditionatum, unde ut ex dicendis constabit futura absoluta cognoscuntur a Deo medio illo

illo duplici decreto absoluto altero circa eventum, altero autem circa conditionem a qua dependet eventus. vel forte si sit unicum decretum habet duplicem virtualitatem, quarum prima respicit obiectum ut dependens a conditione, et secunda respicit ipsam conditionem ut purificandam. Pondus ergo praesentis difficultatis est, an futura contingentia conditionata sint cognoscibilia a Deo omnino certo et infallibiliter ante decretum illud, absolutum ex parte actus, et conditionatum ex parte obiecti? vel An ut Deus habeat certam et infallibilem notitiam futurorum contingentium conditionatorum sint necessario stabilienda in Deo illa decreta subiective absoluta, et obiective conditionata?

§. II.
Referuntur sententiae

67) Prima sententia absolute negat esse necessarium in Deo decretum subiective absolutum, et obiective conditionatum ut Deus habeat certam et infallibilem notitiam futurorum contingentium conditionatorum, imo haec sententia asserit tale decretum esse repugnans, et inimicum libertatis. unde asserit haec sententia quod pro signo anteriori ad aliquem actum liberum voluntatis divinae, seu quod pro signo anteriori ad omne exercitium liberum libertatis divinae, et increatae Deus habet certam et infallibilem notitiam futurorum contingentium conditionatorum; unde ista scientia conditionata praedivina quam vocant eius assertores Scientiam Mediam, nullo modo innititur decretis liberis Dei, sed est omnino independens a libera voluntate ipsius Dei, et reperitur in Deo pro signo anteriori ad omne exercitium liberum suae voluntatis. ita unanimiter omnes Iesuitae, cum Sequacibus.

68 Verum et si ita uniantur inter se ad negandum in Deo decretum liberum suae voluntatis subiective absolutum, et obiective conditionatum ut Deus habeat in illo ut in medio certam et infallibilem notitiam futurorum contingentium conditionatorum, tamen in adinveniendo, et assignando medium in quo Deus habeat istam infallibilem notitiam conditionatorum, ita discriminantur inter se ut vix possimus ad numerum redigere tot varia horum auctorum placita, unde merito quidam dixit quod in scientia media tuenda, et defensanda non est vir cum viro, imo neque vir secum, cum in publicis disputationibus videamus vespere aliter incedere quam mane, unde tot sunt placita quot capita, imo plura sunt placita quam capita, unde si XPO Dno attestante omne regnum in seipsum divisum desolabitur videtur proinde hanc sententiam seipsa, et tot dicendi modis esse impugnatam, verum etsi

difficile sit tot sententiarum diversitatem ad ordinem trahere tamen principaliores dicendi modos referemus et ipsos impugnare conabimur.

69 Prima ergo sententia, et primus modus tuendi scientiam mediam asserit, quod Deus cognoscit futura contingentia conditionata in suis Ideis, seu in sua Essentia, ut est diversimode imitabilis a creaturis. quo pacto habet rationem Ideæ. ita Ægidius Rom. in 1. dist. 38.

70 Secundus modus tuendi scientiam mediam asserit Deum cognoscere futura contingentia conditionata; in supercomprehensione causæ liberæ, et contingentis, ita P. Molina, ad præsentem tractatum. disp. 4. et Beccanus, tomo 1. cap. 10. q.

71 Tertius dicendi modus asserit quod Deus per scientiam Mediam videt quid voluntas creata faceret, si sibi ipsi relinqueretur operatura. et quid voluntas creata operaretur, si se ipsa, sine auxilio Dei posset operari ita Theophilus Rainaudus, in lib. cui titulus * nova libertatis explanatio * p. 2. cap. 4. n. 35.

72 Quartus dicendi modus asserit, Deum cognoscere futura contingentia conditionata in suo decreto libero ut futuro. ita P. Suarez lib. 2. de scient. Dei. cap. 8.

73 Quinta sententia et communior his temporibus, seu quintus dicendi modus, asserit Deum cognoscere futura contingentia conditionata in se ipsis. = verum authores huiusmodi dicendi, discriminantur adhuc: duo alij asserunt talia futura conditionata esse in se cognoscibilia ratione suæ veritatis obiectivæ, quam habent pro signo priori ad decretum et independentes a decreto, ex vi et lege contradictoriarum. ita P. Vazquez tract. de Scient. Dei. disp. 67. cap. 2. 3. quem sequitur Alarcon tract. 2. disp. 4. cap. 6. et alij communiter.

74 Alij autem asserunt talia futura conditionata habere esse cognoscibilitatem obiectivam esse, ex suppositione nempe eventus futuri. ex eo scilicet, quia aliquando et pro aliqua differentia temporis erit determinate vera, vel determinate falsa. ita P. Augustinus de Herrera, complutensis, tract. de scient. Dei, q. 13. sect. 2. et alij doctores ex eadem Societate.

75 Thomistarum sententia intellectu

intellectu facilis, veritate plena, claritate circumfulsa, ambagibus et circulis est destituta. una est veritatis via. asserit et constanter Thomistarum sententia quod ut Deus cognoscat certo, et infallibiliter futura contingentia conditionata cognitione omnino infallibili tam subiective, quam obiective, necessario est adstruendum in Deo decretum subiective absolutum, et obiective conditionatum, ita ut pro aliquo signo anteriori ad scientiam conditionatam detur in Deo decretum absolutum ita pro sua divina voluntate unice conceptum ut nullo modo, seu minime a voluntate creata dependeat, vel sit determinabile seu impedibile, sed quod ex abintrinseco tale decretum sit efficax, causans proinde non solum substantiam actus creati quem respicit, sed etiam libertatem ipsius, imo asserit haec Thomistarum sententia, quod si in Deo non poneretur seu admitteretur istud decretum ita independens a creatura, et ita pro sua libertate divina unice conceptum revera Deus non esset liber in praedefiniendo nostros actus liberos, neque haberet supremum et absolutum dominium super ipsos, unde et subinferat haec sententia, quod sine isto decreto ita stabilito in Deo libertas creata subsistere non posset ex eo quia esset in sua radice laesa, et truncata libertas. = ita omnes Thomistae, ita unanimiter sentientes, duce Angelico Magistro, ut neutiquam inter ipsos discrimen aliquod dignoscatur. utique magnum veritatis argumentum. igitur Doctores huius Thomistici agminis singillatim referre supervacaneum censui cum nullus a praedicta sententia neque quoad modum eloquendi dissentiat.)6

Huic Thomistarum sententiae affinis est Scotistarum sensus dum cum suo Subtili Doctore necessarium putant in Deo praedictum decretum subiective absolutum, et obiective conditionatum ut habeat certam et infallibilem notitiam futurorum contingentium conditionatorum, unde Scotistae si sibi stare volunt suae doctrinae scientiam mediam non admittunt. = differunt tamen Scotistae toto caelo a Thomistis, nam Thomistae omnes asserunt quod praedictum decretum inferat metaphysice infallibiliter actum liberum, ita ut existente decreto de consensu sub auxilio a sit infallibilis metaphysice existentia consensum sub tali auxilio a, unde asserunt Thomistae quod purificata conditione derivatur ab illo decreto physica praedeterminatio respectu conditionati, ut per talem physicam praedeterminationem

ponatur in re obiectum conditionatum seu actus ille praedeterminatum sub illa conditione = Scotistae autem asserunt quod illud decretum solum est connexum moraliter cum obiecto conditionato non autem metaphysice infallibiliter connexum cum illo.

§. III.
Digresio brebis circa scientiam mediam.

77 Ex dictis referendo sententias Doctorum Societatis, habes iam aliqualem notitiam scientiae mediae; unde Scientia media describi seu definiri potest hoc modo * Scientia Media, est certa & infallibilis notitia futurorum contingentium conditionatorum ante decretum voluntatis divinae. *

78 Verum pro maiori huius scientiae mediae notitia nota, quod Authores Scientiae Mediae asserunt, quod Deus pro signo anteriori ad statum etiam conditionatum actus liberi creati, habet quoddam absolutum, & universale decretum concurrendi cum creatura, ad quod cum ista voluerit, quod decretum infert in Deo pro signo status conditionati actus liberi creati aliud decretum absolutum Dei, non antecedens ipsum actum liberum, sed illud concomitans, unde decretum istud concomitans, est omnino indifferens, & determinabile a creatura, pro nutu ipsius creaturae.

79 Insuper notandum est ad pleniorem huius scientiae mediae notitiam quod etsi omnes Doctores Societatis pro signo status conditionati actus liberi admittant in Deo hoc decretum concomitans, tamen ut actus liber transeat ad statum absolutum, alii fingunt in Deo praedefinitiones absolutas, & efficaces, etsi non sint efficaces ab intrinseco, & ex natura sua, tamen efficaces ab extrinseco, idest efficacia orta a voluntate creata, & ab ipsa dependente. prout consideratur ista in statu conditionato

80 Explicatur magis iste modus dicendi, v.g. vidit Deus per suam scientiam mediam in statu conditionato voluntatem Petri consensuram libere, pro sua determinatione, & ex se, sub auxilio A quod oblatum in his circunstantiis. & similiter vidit illam dissensuram, in eisdem circunstantiis, cum auxilio B, vel C (quae combinationes possunt infinities infinite multiplicari, cum Deus habeat iuxta hunc discurrendi modum infinita auxilia & si omnia sint indifferentia ex se, & determinabilia a voluntate creata.) igitur Deus pro sua libertate, & dominio

& dominio offerat Petro defacto & in statu absoluto illud ipsum auxilium a. sub quo praevidit in statu conditionato voluntatem consensuram, & non offerat ipsi voluntati Petri alia auxilia quibus nollet voluntas creata annuere. Hoc posito, istud auxilium a cum quo defacto erit consensus Petri dicitur efficax ab extrinseco scilicet a voluntate creata a cuius determinatione habet coniungi cum consensu, unde istud auxilium derivatur a quodam decreto Dei praedefiniente illud, ista ergo praedefinitio regulata per scientiam mediam etsi sit posterior ad consensum Petri, prout talis consensus consideratur in statu Conditionato, tamen est prior ipso consensu, prout iste consideratur in statu absoluto.

81

Hanc praedefinitionem efficacem ab extrinseco modo dicto asserit Illust. San Pedro, esse communem inter Doctores Societatis, & inter Patronos Scientiae Mediae, & eam tuetur idem Illust. in suis manuscriptis, tract. de praedefinitionibus disp. 1. Cap. 1. = Verum iste SS.M. asserit hanc praedefinitionem absolute, & simpliciter esse impedibilem ab eadem voluntate creata, etiam in statu absoluto, nam ipsa Voluntas creata potest iuxta hunc dicendi modum facere inefficax in statu absoluto illud ipsum auxilium a quod fecit efficax, etiam pro sua libertate in statu conditionato., unde asserit iste SS.M. & alii omnes assertores huius praedefinitionis efficacis ab extrinseco, quod voluntas creata pro suo nutu, potest in statu absoluto facere quod non extiterit in Deo scientia Media Consensus sub hoc auxilio a quam scientiam habuit ab aeterno, & in statu conditionato ipsius consensus.

82

Alii autem assertores scientiae mediae ita vitream, & delicatam iudicant voluntatem creatam, ut nec istam praedefinitionem etsi regulatam per scientiam mediam valeant admittere. quia, asserunt, quod si antecedit actum liberum in statu absoluto nequit non laedere ipsius libertatem.

83

Habes 2°. ex dictis quod ista scientia vocatur Media a suis defensoribus, vel quia media est inter scientiam necessariam, & liberam, scientia enim Media est Deo contingens cum possit non esse ex deffectu obiecti, qui effectus Deo liber non est, sicut nec ipsius obiecti existentia. = vel forte dicetur Media quia ut a suis defensoribus proclamatur est medium divinitus inventum ad tuendam libertatem creatam = Nisi fallor quoddam

die Sancto Ioanni Baptistæ sacro dum valde mane exiret cogitabundus homo quidam cum prædeterminatione thomistica perterrens, desiderans forte aliqua prodigia illius diei dignoscere: ipsi apparuit ista scientia Media, & hoc thesauro ad invento, faustis gratulationibus suos inter amicos distribuit. o bone Deus quousque homo erit novitatis amator!

84 Hucusque potui inter tot et tantos opinandi modos proferre iudicium, alios omisi vel quia futiles, vel faciles impugnatu, ne forte tot multiplicando dicendi modos confusionem potius quam claritatem ingenerem. verum prius quam nostram stabiliamus sententiam utique thomisticam, & decretum per se ab intrinseco efficaci, & independente a voluntate creata supra relatos modos tuendi scientiam mediam impugnare, ut sic tenebris falsitatis expulsis facilius possimus nostram thomisticam stabilire sententiam eamque ex Scriptura, & Patribus & ratione firmare = sit ergo =

§. IV.
Reiicitur primus dicendi modus qui ad ideas confugit.

85 Sit prima ~~[illegible]~~ conclusio: Deus non potest certo, & infalibiliter cognoscere futura contingentia conditionata, in Ideis divinis, prout sunt antecedenter ad decretum divinæ voluntatis =

86 Hæc nostra conclusio probatur 1o testimonio expresso D. Thomæ, in 1. dist. 39. q. 1. ar. 7. ad 1. ubi asserit quod idea divina antecedenter ad decretum est indifferens, ad utrumlibet, & proinde nihil ut determinate futurum repræsentat, sed solum ut possibile. en verba Angelici M. * Sicut scire divinum est subiectum libertati voluntatis, ita, & idea secundum quod ad eam terminatur actus divinæ scientiæ.*

87 Probr. 2o ratione ex Angelico Mag. deducta: quia in principio, seu in causa indifferenti ut tali ex vi cognitionis causæ implicat quod cognoscatur aliquid determinatum. Sed idea divina pro signo anteriori ad decretum divinum, est causa omnino indifferens ad futuritionem, vel non futuritionem conienius, v.g. ergo in Ideis divinis pro signo anteriori ad decretum divinum nequit cognosci aliquod ut determinate futurum, sive absolute, sive conditionate. mihi evidens est totus syllogismus, verum probatur maior probanda postea min. nam quando aliquis effectus cognoscitur in causa solum potest cognosci eo modo quo

quo continetur in causa, alias cognitio illu attingens non esset vera sed falsa, ut pote non conformis obiecto prout est in re, et in causa indifferenti ut tali, ex vi cognitionis causae implicat quod cognoscatur aliquis effectus determinatus = ig.ᵗ probatur min. quia idea divina pro signo anteriori ad decretum divinae voluntatis, repraesentat creaturas ut possibiles; ergo pro eo signo est causa omnino indifferens ad futuritionem consensus vel ad eius carentiam, ans constat. ans constat, nam possibilia ut late ostensum est cognoscuntur a Deo in sua Essentia ut habet rationem causae. 88

Rursus quia divina Essentia pro illo signo non est maior ratio ut repraesentet consensum determinate prae disensu, vel prae utriusque carentia, ergo pro illo signo solum repraesentat consensum ut possibile, pro inde dissensum, et utriusque carentiam, cum omnia sint aequaliter possibilia alias essent repugnantia, et per consequens voluntas creata esset necessitata ad consensum, cum tam disensum quam carentia consensus essent repugnantes. 89

Rursus

Si pro eo signo idea divina non esset omnino indifferens, ad futuritionem consensus, vel ad eius carentiam, determinate respiceret consensum, vel eius carentiam, sed utrumque implicat. alias si determinate repraesentaret consensum v.g. eius carentia esset repugnans, et impossibilis, quod est falsum, cum omnia illa sint possibilia, ergo idea divina pro signo anteriori ad decretum est causa omnino indifferens ad futuritionem consensus, et ad futuritionem dissensus, et ad utriusque carentiam.

90.

Rursus repraesentabilitas ideae pro signo anteriori ad decretum est necessaria, et nullo modo subiecta libertati ut patet, nam non est subiecta libertati divinae, cum ista pro illo signo non dum intelligatur, non similiter alicui libertati creatae, tum quia haec subiectio indecens est. = tum quia pro illo signo nulla est neque intelligitur libertas creata, etenim non intellecta libertate prima, implicat quod intelligatur secunda: ergo repraesentabilitas ideae pro illo signo est necessaria. Sed futura contingentia conditionata, ut evidenter patet, sunt quid contingens, et non necessarium, ergo implicat quod pro illo signo repraesentet determinate idea divina futura contingentia conditionata, sive sint absoluta sive conditionata.

§. V.

Diluitur fundamentum contrarium

91 Replicabis. Idea divina pro omni signo est infinita in repraesentando sed eo ipso debet repraesentare determinate futura contingentia conditionata, ergo idea divina pro signo anteriori ad decretum divinae voluntatis repraesentat futura conditionata. prob. min. nam de ratione perfectionis infinitae in aliqua linea est actu continere omnes perfectiones illius lineae, ergo de ratione praedicati infiniti in repraesentando est repraesentare determinate quidquid repraesentabile est, sed futura contingentia conditionata sunt quid repraesentabile, et cognoscibile, quandoquidem cognoscuntur et repraesentantur; ergo idea divina pro signo anteriori ad decretum repraesentat determinate futura contingentia conditionata.

92 Rursus si idea divina pro signo anteriori ad decretum non repraesentaret futura contingentia conditionata, sed solum in signo decreti, ex aliqua libera determinatione voluntatis accresceret ideis divinis aliqua perfectio: perfectio enim est repraesentare futura contingentia conditionata, sed hoc non est dicendum cum pro omni signo sit idea divina infinita in repraesentando, ergo idea divina pro signo anteriori ad decretum repraesentat futura contingentia conditionata.

93 Hoc est unicum fundamentum huius sententiae, verum facillimo negotio diluitur. resp. ergo concessa mai. neg. min. et ad probatum admisso antecedenti dist. conseq. est repraesentare quidquid repraesentabile est, pro illo signo, conc. pro subsequentibus neg. et dist. subsumptum; sed futura contingentia conditionata sunt quid repraesentabile pro illo signo neg. min. pro signo decreti conc. min. et neg. conseq.

94 Ad confirmationem resp. dist. mai. accresceret ideis divinis aliqua perfectio ex divina voluntate, si sermo sit de perfectione positiva, debita pro illo signo, neg. mai. si de perfectione negativa, indebita pro illo signo et debita solum pro signo decreti conc. mai. et dist. min eodem modo, et neg. conseq. igitur ex eo quod idea divina sit infinita in repraesentando solum sequitur quod repraesentare debeat, quod repraesentabile est pro signo pro quo est repraesentabile. unde quod idea divina pro signo anteriori ad decretum non repraesentet futura conditionata determinate v.g. consensum pro dissensu, non est ex defectu sui, sed quia pro illo signo consensus non est futurus, neque aliquid aliud, sed solum est possibilis consensus. unde si non ut possibilis unice repraesentaretur, esset falsa idea ut potiore non conformis, seu difformis obiecto. unde ut idea determinate repraesentet

repraesentet consensum v.g. ut futurum, vel aliquod aliud futurum exigit determinari per decretum divinae voluntatis quod docuit D. Thomas q. 6. de verit. ar. 6. his verbis * Idea in Deo ad ea quae sunt, vel fuerunt, vel erunt producenda, determinatur ex proposito voluntatis *

§. VI.

Reiicitur secundus modus dicendi de super comprehensione.

95

Sit 2a Cla. Deus non potest cognoscere futura contingentia conditionata in super comprehensione voluntatis creatae = Ut intelligatur stabilita Clo praemittenda est sententia Molinae, qui huic Cli adversatur. asserit ergo Autor iste quod si Deus solum comprehenderet voluntatem creatam non posset in illa cognoscere quid esset factura sub tali, vel tali conditione; quo circa quia Angelus solum comprehendit voluntates hominum, et Superiores inferiorum voluntates, in probabili sententia, ideo Angelus sic comprehendens non cognoscit quid unaquaeque voluntas sit factura, in tali, vel tali occasione. At vero Deus, cum super comprehendat voluntatem creatam, ideo cognoscit certo quid unaquaeque voluntas factura sit, in quacumque occasione.

96

Probr. ergo nra Clo ratione efficacissima, quia ut dicebamus inter probandam Clm praecedentem implicat quod in causa indifferenti ut tali cognoscatur aliquis effectus determinatus; Sed voluntas creata secundum se inspecta, indifferens est tum ad consensum, tum ad dissensum, tum et ad utriusque carentiam ergo implicat quod in voluntate creata nacte sumpta quantumcumque supercomprehendatur cognoscantur determinate futura contingentia conditionata. mai. praeter quae quod ipsam ibi supra explicuimus, est D. Thomae 1. Perihermen. lect. 3. ubi ait * Eius quod est ad utrumlibet proprium est, quod quia non determinatur magis ad unum quam ad alterum non possit de eo dici, neque quod erit, neque quod non erit. * quod et docet Angelicus Mag. pluribus in locis, praesertim in 1. dist. 38. q. 1. ar. 5. = et quaest. 2. de Verit. art. 12. = et 2.2. q. 171. ar. 6. = et ar. 13. huius q. 14. = Et in super iterum ratione suadetur, nam alias cognosceretur effectus alio modo quam continetur in causa. etenim in causa aeque indifferenter continetur consensus, ac quam eius contrarium, seu contradictorium = tum quia in causa ubi non continetur effectus quo ad substantiam non potest

cognosci effectus quoad substantiã, v.g. in leone non potest cognosci equus, nec in igne aqua, ergo in causa ubi non continetur effectus quoad modũ determinationis unius prae alio non potest cognosci effectus determinatus.

97 Min. etiã principalis etiã est evidens. quia si in voluntate creata non praecontineretur indifferenter consensus, et aequaliter ac dissensus, et utriusque carentia, sed solũ contineretur determinate consensus v.g. revera voluntas non esset libera. Ut de se patet.

§. VII.

Diluitur fundamentũ contrarium.

98 Dices, discursũ a nobis efformatũ tenere respectu intellectionis unice comprehendentis voluntatẽ creatã, at vero respectu intellectionis supercomprehendentis voluntatẽ non tenere, quia supercomprehensio magis penetrat obiectũ quã comprehensio, et hac ratione intellectio divina pro signo anteriori ad decreta libera suae voluntatis non potest cognoscere ad quid est se determinatura voluntas, ac suae voluntatẽ non supercomprehendat, sed unice comprehendat.

99 Sed contra haec impugnatio nullius roboris est, quia intellectio quantumvis sit super comprehensiva nequit non cognoscere obiectũ modo quo est, in re, et modo quo continetur in causa, aliunde non solũ non esset comprehensiva, vel supercomprehensiva, sed revera esset falsa. de ratione enim intellectionis verae veritate formali, est attingere obiectũ ut est in se; sed ut evidens est in voluntate creata omnino indifferenter continetur futuritio consensus, ac continetur futuritio dissensus, vel carentia utriusque sub eisdẽ circunstantijs, ergo quantumcumque super comprehendatur voluntas creata nequit in illa cognosci effectus determinatus.

100 Rursus si Deus in supercomprehensione voluntatis creatae cognosceret quid voluntas creata esset factura in tali ordine rerũ, si in tali vel tali circunstantia constitueretur, voluntas creata iuxta adversariũ non libere sed necessario eliceret actũ a Deo praevisũ; ergo iuxta adversariũ implicatoriũ debet esse quod Deus in super comprehensione voluntatis creatae cognoscat quid voluntas creata esset factura, sequella probatur, nam iuxta adversariũ, si Deus pro signo anteriori ad suũ actũ liberũ sciret certo quid esset facturũ sub tali ordine rerũ non libere sed necessario operaretur.

operaretur voluntas divina, & similiter si Deus sciret pro signo anteriori ad decretum suae voluntatis, quid unaquaeque voluntas esset factura voluntas creata non libere sed necessario operaretur.

101

~~quod Pater quilibet cognita in~~ Replicabis cum eodem Molina, quod Pater quilibet cognita indole sui filij cognoscit certo quid Filius sit facturus in tali ordine rerum; ergo potiori titulo debet concedi Deo perfectissima cognitio cuiuslibet futuri conditionati fiendi a qualibet voluntate creata in quolibet ordine rerum.

102

Sed dtra et dist. ans. illud quo conc. de certitudine morali, vel coniecturalli, non autem de certitudine metafisica et infalibili, unde argumentum non est ad rem. proindeque quamvis cum Deus sit infinitae cognitionis non convincitur quod cognoscat alio modo acceptum in re, et ut continetur in causa, imo hoc est necessarium quia infinitae est cognitionis, et cum in causa non contineatur aliqua determinata futuritio inde oritur ut quamvis cum Deus super comprehendat voluntatem creatam non possit cognoscere potius consensum quam dissensu.

§. VIII.

Reiicitur tertius modus dicendi qui asseruit Deum cognoscere futura conditionata in voluntate creata, relicta ad suum arbitrium absque indigentia concursus divini

103

Sit 3a Cl.: Sententia Theophili Rainaudi quatenus asserit Deum per scientiam Mediam cognoscere quid voluntas creata faceret si sibi ipsi relinqueretur operatura, et si operaretur sine auxilio Dei, est prorsus implicatoria.

104

Probatur Cl.o implicat quod ex aliquo impossibili et repugnanti, sortiatur Deus certam et infalibilem notitiam futurorum contingentium conditionatorum; sed Deum ita introspicere voluntatem creatam, ut videat quid ipsa foret factura, si se sola operaretur, et absque concursu divino, est: est insignis chymera prorsus inutilis, et impossibilis; ergo implicat Deum ex illa cognitione sortiri futurorum contingentium conditionatorum cognitionem certam, et infalibilem. Mai. videtur evidens, etenim illud quod est impossibile conducere nequit, ut Deus habeat illam utique excellentissimam perfectionem qualis est certa, et infalibilis notitia futurorum contingentium conditionatorum. Probatur et explicatur min. nam Deus modo assignato in conclusione contemplare

creaturæ est idem ac cognoscere quid faceret creatura si non esset creatura sed esset Deus, sed creaturæ non esse creaturæ, et esse Deus est insignis chymera prorsus repugnans, et impossibilis, ergo Deus ita introspicere creaturæ est prorsus impossibile.

105 Mirum enim est Theofilum Rainaudum velle se per tot angustias premere, et Deum ita cognoscere fingere, ut illæsa servetur voluntatis creatæ libertas sicut si ut libertas creata illæsa maneat necessarium foret esse libertatis primæ, et a Deo independentis = argumenta huiusmodi dicendi futilia sunt, et ut talia relinquuntur.

§. IX.

Reiitur quartus modus qui confugit ad futuritionem decreti divini.

106 Sit 4ª Cl°. Implicat Deum cognoscere futura contingentia conditionata, in suo decreto, ut futuro.

107 Probr. 1° Cl° ex D. Th. q. 6. de verit. ar. 3. ad. 10. ubi Sanctus Doctor asserit Deum non cognoscere sua decreta ut futura. his verbis * actus prædestinationis, cum mensuretur æternitate numquam cedit in præteritum nec in futurum, unde semper consideratur ut egrediens a voluntate per modum libertatis. *

108 Ratione autem probr. Cl° quia si Deus cognosceret sua decreta ut futura cognosceret illa abstractive, et non intuitive; sed Deus pro signo pro quo cognoscit sua prædicata formalia ea cognoscit intuitive, ergo implicat quod Deus cognoscat sua decreta ut futura. mai. constat namque cognitio futurorum est cognitio respiciens obiectum, non ut præsens, sed ut absens, et futurum; sed cognitio intuitiva respicit obiectum præsens, sicut abstractiva absens, ergo si Deus cognosceret sua decreta ut futura cognosceret illa abstractive, et non intuitive. probr. ergo min. quia tam cognitio divina, quam quodlibet prædicatum divinum cognitum mensurantur æternitate, sed de ratione æternitatis est quod omnia quæ per ipsam mensurantur sint præsentia, æternitati enim nihil est præteritum, vel futurum, qua ratione definitur a Boetio, exeo quod est tota simul et perfecta possessio, ergo implicat quod Deus ~~cognosc~~ pro signo pro quo cognoscit sua prædicata formalia ea non cognoscat intuitive.

109 Rursus si divina cognitio posset cognoscere decreta suæ voluntatis ut futura, maxime pro

pro signo rationis antecedente ad omne exercitium suae voluntatis, ut docet Eximius Suarez de scient. condit. cap. 8. n. 7. sed pro tali signo non possunt considerari ut futura divina decreta; ergo implicat quod divina decreta cognoscantur ut futura. prob. min. tum quia si pro signo anteriori ad omne exercitium libertatis divinae consideraretur decretum ut futurum, v.g. decretum de consensu Petri, decretum de disensu esset repugnans et impossibile pro eodem signo, sed hoc est falsum, cum pro illo signo possit divina voluntas se exercere per decretum de dissensu; ergo pro illo signo non considerantur decreta divina ut futura; mai. pat. quia pro signo pro quo est futurum consensus, non potest esse futurum dissensus vel eius carentia. ergo a primo ad ultimum implicat quod pro illo signo anteriori cognoscat Deus sua decreta ut futura. 110

Rursus, pro signo anteriori ad omne exercitium divinae voluntatis nihil intelligitur conexum potius cum decreto de consensu, quam dissensu; ergo pro tali signo non potest intelligi decretum divinum ut futurum.

Rursus 111

pro signo anteriori ad scientiam mediam huius decreti futuri non cognoscit Deus habiturum fore scientiam mediam de illo decreto ut futuro, ergo similiter pro signo anteriori ad omne exercitium divinae voluntatis non intelligitur decretum ut futurum. ans patet, alias pro signo anteriori ad scientiam mediam de illo decreto futuro existeret in Deo alia scientia media, de illa scientia media futura, et non esset ratio ut non existeret etiam alia scientia media de ista 2a pro signo anteriori ad 2am scientiam mediam, et alia, de ista 3a et sic de alijs, darentur proinde processus in infinitum in ordine ad considerandum in Deo infinitas scientias medias.

§. X.

Diluitur fundamentum Suarij. 112

Magis distat possibile ab existentia, quam futurum, sed decretis divinis non repugnat possibilitas, ergo neque ipsis debet repugnare futuritio. prob. min. nam pro signo anteriori ad exercitium voluntatis, possunt considerari decreta divina, ut possibilia, ergo potiori titulo poterunt cognosci ut futura. 113

Resp. dist. mai. magis distat possibile ab existentia quam futurum, si sermo sit de

possibili quod in se nihil est, & solu̧ habet esse in sua potentia obiectiva, trans. mai. si de possibili quod est tale solu̧ præcisive & pro omni instanti est in actu neg. mai. & dist. min. decretis non repugnat possibilitas præcisiva, & quæ pro omni instanti est in actu conc. min. alia possibilitas, quæ revera nihil est sed solu̧ in potentia obiectiva neg. min. & conseq. decretu̧ enim liberu̧ Dei ita est possibile, quod secundu̧ suæ entitatis, & pro recto est quid omnino necess., & indistinctu̧ ab actu necessario, vero solu̧ est possibile sm illa̧ determinationa̧ quæ terminatio pro omni signo reali semper est. & solu̧ intelligitur sub non esse præcisive & pro signo rationis, & hoc modo creaturæ non sunt possibiles,

§. XI.
Reijcitur 1s modus dicendi quintæ sententiæ.

114. Sit 5. Aº. Deus non cognoscit futura contingentia conditionata in eoru̧ veritate obiectiva, quæ ex vi & lege contradictoriaru̧ sortiuntur.

115 Prob. 1º ex D. Thoma, in 1. dist. 39. q. 1. ar. 2. ad 7. ubi hæc habet verba*. scire Dei eius subditur libertati.* sed si futura conditionata vel absoluta haberent determinata̧ veritatȩ pro signo anteriori ad decretu̧ scire divinu̧ non subderetur voluntati divinæ ut evidens est, ergo est quia talia futura non habent determinata̧ veritatem pro signo anteriori ad decretu̧.

116 Rursus suadetur ex Arist. 1. Perih. cap. 13. ubi Phylosofus distinguit inter propositiones universales factas in materia contingenti, & inter propositiones singulares factas in eadem materia, & asserit quod propositio universalis semper est determinate vera vel determinate falsa, econtra autȩ singularis non semper est determinate vera, vel determinate falsa, en verba Aristi.* in universalibus quidȩ universaliter semper hanc quidȩ vera̧, illa̧ vero falsa̧; in singularibus vero & futuris non similiter* Sed iuxta Aristotelȩ, & iuxta veritatȩ implicat quod duæ propositiones singulares contradictoriæ pro aliquo instanti reali sint determinate veræ, vel determinatæ falsæ, unde utraque non potest esse simul vera, vel falsa, sed una determinate vera, et altera falsa, etenim*quodlibet est vel non est* & si alias ut vidimus

Asserit.

Asserit Aristoteles, quod propositiones contradictoriæ singulares non sunt semper determinate veræ, vel determinate falsæ. Colligitur necessario Philosophum agnovisse aliquod signum, scilicet signum causæ prout indifferentis in quo non habent determinatam veritatem, vel falsitatem. 117

Sed dices cum Suario lib. de scient. conditionatorum cap. 2. quem sequuntur alij. quod Philosophus erravit non agnoscendo in propositionibus singularibus de futuro contingenti absoluto, vel conditionato, veritatem determinatam, vel falsitatem determinatam. ergo ex Philosopho non convincitur intentum. 118

Sed contra quia hæc solutio non solum est iniuriosa contra Arist. sed etiam contra D. Thomam, qui ibidem explicando Philosophum eius sententiam tuetur & approbat. unde Angelicus Mag. ait * Neque in præteritis, & præsentibus necesse est quod altera oppositarum determinate sit vera, et altera determinate falsa, in quacumque materia, sed in singularibus quæ sunt de futuro hoc non est necesse. quod una determinate sit vera, & altera falsa. Et hoc quidem dicitur quantum ad materiam contingentem non quantum ad necessariam, & impossibilem similis ratio est in futuris singularibus sicut in præsentibus, & præteritis. * ergo iuxta D. Thomam debet dari aliquod signum in quo propositiones de futuro contingenti non sint determinate veræ vel falsæ, quod signum nequit esse aliud nisi signum quod intelligitur pro priori ad omne exercitium liberum libertatis divinæ. 119

Ratione probatur Concl. primo quia implicat aliquid esse determinate futurum pro signo anteriori ad formam constitutivam futuri; sed decretum est forma constitutiva futuri; ergo implicat quod aliquid sit determinate futurum pro signo anteriori ad decretum. mai est evidens implicat enim intelligi aliquid constitutum pro signo pro quo non intelligitur forma constitutiva. min. autem supponitur probata supra disp. 3. q. unic. per totam. 120

Rursus suadetur Concl. quia si futura contingentia conditionata, vel absoluta, (de omnibus enim est eadem ratio) essent determinate vera, vel determinate falsa pro signo anteriori ad decretum divinæ voluntatis, essent, & non essent, futura contingentia; sed hoc implicat, ergo futura contingentia absoluta, vel conditionata non sunt determinate vera

vel falsa pro signo anteriori ad decretum liberum voluntatis divinae. min
constat, et mai quoad 1am partem supponitur. probatur ergo quoad 2am. quia
talia futura essent necessaria, ergo non essent contingentia, unde essent
et non essent contingentia, ans suadetur. quia si ex vi, et lege contra-
dictoriarum infertur quod pro signo anteriori ad decretum sunt talia futura
determinate vera vel falsa, ex eadem vi, et lege contradictoriarum inferri
debet quod pro omni signo sunt determinate vera, vel determinate falsa;
sed si hoc est verum futura contingentia conditionata sunt necessaria
ergo talia futura essent necessaria. explicatur mai. quia eadem est ratio
ad suadendum quod talium propositionum de futuro contingenti ex vi et lege
contradictoriarum est una determinate vera et altera falsa pro signo an-
teriori ad decretum, quae pro signo possibilitatis rerum (siquidem enim signum priori-
tatis ad decretum signum est possibilitatis rerum) et pro signo scientiae medie, im
et pro signo anteriori ad existentiam Dei, etenim possumus fingere pro-
positiones contradictorias pro omni signo, si semel est verum quod pro sig-
no anteriori ad decretum opponuntur contradictorie. min. autem etiam
constat. nam si in signo anteriori ad decretum quod siquidem est signum possi-
bilitatis rerum una est determinate vera, et altera falsa, ergo si affirma-
tiva est vera, negativa erit falsa, et impossibilis, vel econtra, ergo si con-
sensus v.g. sub conditione huius circumstantiae est determinate futurus
disensus erit necessario non futurum, et similiter carentia consensus erit
determinate non futura, ergo consensus est futurus non contingenter
sed necessario, ergo de primo ad ultimum, si futura contingentia conditio-
nata, vel absoluta, essent determinate vera vel determinate falsa
pro signo anteriori ad decretum, talia futura, erunt contingentia,
et non erunt contingentia, sed necessaria.

121 Rursus si futura con-
tingentia conditionata vel absoluta deberent esse determinate
vera vel determinate falsa ex vi et lege contradictoriarum ma-
xime quia disiunctiva constans ex duabus propositionibus singularibus
contingentibus est necessario vera, v.g. ista * Si Petrus habeat au-
xilium a consentiet, vel non consentiet. * sed haec ratio est nulla ergo ex
nullo capite convincitur quod futura contingentia conditionata, vel
absoluta habeant ex vi et lege contradictoriarum esse determinate vera
vel determinate falsa,[+] mai. est fundamentum contrariorum, ex eo quia verita-
tem disiunctivae originari debet ex veritate suarum partium, quia nihil

[+] pro signo ante-
riori ad decretum.

nihil aliud est quam partes coniunctæ. probatur min: quia prædicta disiunctiva non solum est vera, sed etiam est necessaria, atqui talem necessitatem non habet a qualibet parte seorsim et determinate sumpta quælibet enim est contingens, et non necessaria. ergo similiter stare poterit quod disiunctiva sit vera, absque eo quod veritatem sortiatur a determinata veritate alicuius partis determinatæ. unde sicut necessitatem sortitur ab incompossibilitate partium, ita ab eadem incompossibilitate sortitur etiam veritatem.

§. XII.
Dilluitur fundamentum huius sententiæ.

122 Dices quod natura, et lex contradictoriarum exigit quod una ex ipsis sit determinate vera, et altera determinate falsa pro omni signo; sed istæ propositiones * Si Petrus habeat auxilium a consentiet, si Petrus habeat auxilium a non consentiet * sunt contradictoriæ; ergo pro omni signo una est determinate vera, et altera falsa.

123 Rursus propositio disiunctiva constans ex duabus contradictoriis singularibus et contingentibus, est determinate vera, ergo a veritate determinata alicuius partis.

124 Resp. 1o cum pluribus thomistis, negando suppositum mai. nam pro signo anteriori ad decretum non sunt propositiones neque pro illo signo non datur causa constitutiva futuritionis, vel non futuritionis cuiuslibet illarum.

125 Resp. 2o. dist. mai. lex contradictoriarum exigit ut una sit determinate vera, pro omni signo decreti, vel huic secuto ad decretum, conc. anteriori ad decretum neg. et admissa falsa min. dist. conseq. eodem modo. alias ut supra arguebamus etiam pro signo possibilitatis esset una determinate vera, et altera pro inde esset impossibilis.

126 Replicabis. pro signo decreti per nos est una determinate vera, ergo et pro signo anteriori ad decretum. probatur conseq. quia quæ verificantur pro diversis signis simul existunt, vel existere possunt pro eodem instanti reali; ergo si de ista propositione * Si Petrus habeat auxilium a consentiet, * verificatur quod pro signo decreti est determinate vera, et pro signo anteriori verificatur quod non est determinate vera vel falsa existere poterit realiter, ut determinate vera, et ut non deter

minate vera vel falsa.

127 Resp. conc. ant. & neg. conseq. et ad probationem dist. mai. quae verificantur pro diversis signis simul existunt, vel existere possunt, si sint signa concomitantia vel praesupponentia decreta libera Dei, conc. mai. si sint signa anteriora ad decreta libera Dei neg. mai. & admissa min. nego conseq. Solutio constat, alias cum pro signo possibilitatis quod est signum anterius solum natura, ad signum decreti, existat possibilis determinata veritas, & possibilis falsitas, possibilis consensus relate ad instans a, possibilis dissensus relate ad idem instans & possibilis carentia tum consensus tum dissensus relate ad idem instans & aliunde pro signo decreti, vel scientiae mediae iuxta adversarium videtur consensus et determinate futurum, sequeretur quod pro eodem instanti reali posset existere consensus & eius carentia & simul dissensus & eius carentia, hoc nostrum assumptum constat, cum etiam signum possibilitatis rerum, & signum scientiae mediae existant simul pro eodem instanti. etenim in eodem instanti reali in quo Deus habet notitiam possibilium habet etiam etsi pro altero posteriori scientiam mediam consensus prae dissensu v.g. = Et ratio huius est quia praecissivum decreti, in nostra & vera sententia, est signum possibilitatis rerum, unde solum quod intelligitur pro illo signo nequit existere simul pro signo decreti, quia istud signum decreti, est signum determinationis & existentiae, unde adaequate distinguitur a signo anteriori pro inde quae aequivalent illa signa, etiam rationis, diversis instantibus realibus temporis.

128 Ad confirmationem patet ex dictis resp. enim conc. ant. & neg. conseq. & instatur in necessitate illius propositionis, quae utique est necessaria quin partes sint necessariae.

§. XIII.

Reiicitur 2.us modus tuendi Quintam sententiam

129 Sit Concl. 6.a Implicat Deum cognoscere futura contingentia conditionata in eorum veritate obiectiva, quam ipsa futura sortiantur ex eo quod in tempore est necessario vera, & altera determinate falsa.

una & in esse

130 Probatur Concl. quia veritas obiectiva ex terminis consistit in conexione praedicati cum subiecto; Sed pro signo anteriori ad decretum in futuris contingentibus conditionatis non potest stare aliqua vera &

& determinata conexio, inter predicatum, & subiectum, inter consensum sub auxilio a cum Petro; ergo futura contingentia conditionata nullam habent veritatem obiectivam pro signo anteriori ad decretum mai. constat. nam veritas obiectiva talis conditionis est ut penes ipsam mensuretur veritas formalis; sed veritas formalis consistit in eo quod actus intellectus affirmet conexionem que est in obiecto, unde communiter dicitur, quod ab eo quod res est, vel non est propositio dicitur vera vel falsa; ergo veritas obiectiva ex terminis consistit in conexione predicati cum subiecto. = Probatur ergo principalis min. quia pro signo anteriori ad decretum liberum Dei solum considerantur predicata essentialia consensus Petri v.g. secundum se sumpti, & auxilia indifferentia ad consensum, tum ad dissensum; sed nullum horum est causa, determinate inferens, & causans conexionem inter consensum Petri, cum Petro sub tali, vel tali auxilio; ergo pro signo anteriori ad decretum non potest stare in futuris contingentibus conditionatis, aliqua vera, & determinata conexio inter predicatum, & subiectum. &c.

131

Rursus. Si ob aliquam rationem hoc futurum contingens conditionatum * Si Petro in tali occasione conferatur auxilium a consensum exit * esset determinate vera, pro signo anteriori ad decretum, maxime quia in tempore sua & in esse erit determinate vera. scilicet ista * Petrus consentit sub auxilio a *, sed esto in tempore una & in esse sit determinate vera non exinde licet colligere quod propositio conditionalis de futuro contingenti sit determinate vera pro signo anteriori ad decretum, ergo nulla est ratio suadens propositionem conditionalem de futuro contingenti esse determinate veram pro signo anteriori ad decretum, mai. continet adversariorum doctrinam probatur min. quia licet propositio de in esse sit in tempore determinate vera, non licet inferre quod pro signo possibilitatis sit sua conditionalis determinate vera, alias ut sepius diximus esset necessaria, & cuius contraria vel contradictoria impossibilis; ergo similiter esto una de in esse sit in tempore determinate vera non licet inferre quod propositio conditionalis de futuro contingenti sit determinate vera pro signo anteriori ad decretum. = Et ratio utriusque quia propositio conditionalis de futuro contingenti non mensuratur ~~[illegible]~~ per suam de in esse formaliter, sed solum terminative, & ab ordine ad illam mensuratur formaliter; sed pro signo possibilitatis rerum. & pro signo

anteriori ad decretum, vel pro signo scientiæ mediæ quod fingunt adversarij nulla est causa determinatè causans hunc ordinem actionis de inesse, ac pro illis signis solum considerentur prædicata essentialia rerum, et decretum omnino indifferens ad utrumque, ergo esto in tempore una de inesse sit determinatè vera non ex inde debet colligi quod conditionalis de futuro contingenti correspondens illi propositioni debet esse determinatè vera vel falsa.

132 Rursus, ut propositio de inesse sit vera in tempore necessario exigit supponere decretum absolutum de eius existentia; ergo similiter ut sua conditionalis de futuro contingenti + debet supponere decretum subiective absolutum et obiective conditionatum. entimema hoc constat in nostra doctrina, quæ alibi explicatur.

+ sit determinatè vera vel falsa

§. XIV.
Diluitur fundamentum contrarium

133. Dices quod ut propositio conditionalis sit vera sufficit quod sua de inesse sit vera in tempore, v.g. ut ista propositio * Si Petro contulero auxilium a consentiet, * sit vera, sufficit quod ista *. Petrus sub auxilio a consentit. * sit vera. ergo propositio conditionalis de futuro contingenti est ab æterno vera, etiam pro signo anteriori ad decretum seu præcisive a decreto. ans. probatur quia omnis propositio conditionalis regulatur per suam de inesse. ergo illa conditionalis erit vera cuius de inesse est determinatè vera.

134 Rursus omnis propositio contingens de inesse, est determinatè necessario vera vel falsa, ut ista * Petrus consentit * vel ista * Petrus non consentit. * ergo sua conditionalis de futuro contingenti, quæ ipsi correspondet, v.g. ista * Si Petrus habuerit omne requisitum ad consensum, consentiet * est vera, etiam præcisive a decreto ex eo præcisè quia sua de in esse per quam mensuratur est vera.

135 Resp. dist. ans. ut propositio conditionalis sit vera sufficit quod sua de inesse sit vera, si illud sufficit dicit præcisionem a decreto, neg. supposito anti. nam illa de inesse non potest esse vera sine decreto. si illud sufficit includit decretum conc. ans. et neg. conseq. igitur ut propositio de in esse sit determinatè vera necessario supponit causam suæ veritatis quæ est decretum tam subiective quam obiective absolutum. etenim sine voluntate Dei non exsistit aliqua veritas determinata.

Ad

c Ad confirmationem resp. dist. ant. omnis propositio contingens est 136 necess. vera vel falsa, pro signo decreti conc. pro priori ad decretum neg. ant. unde similiter ut conditionalis sit determinate vera exigit supponere decretum subiective absolutum et obiective conditionatum. 137

Replicabis et dices quod esse aliquam propositionem determinate veram nihil aliud est, quam esse conformem suo obiecto; sed inter esse conformem et non esse conformem non datur medium, ergo omnis propositio conditionalis de futuro contingenti pro omni priori est determinate vera vel falsa. 138

Sed contra 1º quia argumentum laborat in circulo, nam ut probet veritatem obiectivam in propositionibus conditionalis de futuro contingenti recurrit ad propositionem formalem. unde cum aliunde principale intentum sit adinvenire utrum detur vel ne in Deo veritas formalis, idest scientia conditionatorum. quam veritatem formalem probant ex veritate obiectiva. infertur laborare in circulo de veritate formali ad obiectivam, et de obiectiva ad formalem. 139

Contra 2º quia si aliquid convinceret replica convinceret quod etiam pro signo possibilitatis erit vera determinate omnis propositio singularis contingens, nam etiam inter esse et non esse conformem non datur medium. 140.

Contra 3º et resp. quod pro signo anteriori ad decretum, neque datur propositio formalis neque obiectiva, quia ut diximus nulla est causa producens connexionem inter praedicatum et subiectum. unde non datur veritas obiectiva et proinde neque formalis nam non datur medium cui innitatur =

QUÆSTIO TERTIA

Utrum ut Deus habeat certam et infallibilem notitiam futurorum contingentium conditionatorum, sit necessarium decretum subjective absolutum, et objective conditionatum.

§. I.

Horum possibilitas stabilitur.

141 Claritatis gratia hanc multiplicamus quæstionem, etenim quæstione præcedenti solum explicuimus quid non sufficiat ut Deus habeat certam et infallibilem notitiam futurorum contingentium conditionatorum unde nunc examinandum et explicandum medium cui innititur scientia Dei ut sit infallibilis circa prædicta futura. Et quia ut postea explicabimus hoc medium sit decretum subjective absolutum, et objective conditionatum, ideo primum explicare decrevimus possibilitatem decretorum subjective absolutorum, et objective conditionatorum.

142 Igitur possibilitas horum decretorum colligitur 1.º ex sacra pagina. nam ex ipsa constat Deum promittere aliquid sub conditione, v.g. gloriam iustis, sub conditione perseverantiæ finalis, iuxta illud si perseveraveris usque in finem salvus eris. et e contra malos minatur pœnis sub conditione imperseverantiæ finalis; opera enim illorum secuntur illos, sed ista promissio conditionata includit necessario decretum subjective absolutum, et objective conditionatum, ergo possibilia, imo ad prædictum intentum necessaria sunt prædicta decreta. probatur min. de paritate de absoluta promissione ad conditionalem, nam absoluta promissio in Deo includit propositum absolutum ad implendum promissum, quod propositum est actus seu decretum absolutum divinæ voluntatis. ergo promissio conditionata includere debet actum absolutum divinæ voluntatis, circa objectum conditionatum, seu includit decretum subjective absolutum et objective conditionatum.

Rursus

193 Rursus suadetur predicta min. seu possibilitas horum decretorum paritate actus intellectus divini. nam divino intellectui non repugnat actus subiective absolutus, et obiective conditionatus, quem alii vocant thomistæ scientiam conditionatam, innixam decreto et Iesuitæ vocant Scientiam Mediam, ergo similiter divinæ voluntati repugnare nequit actus subiective absolutus, et obiective conditionatus.

194 Sed dices quod decretum subiective absolutum et obiective conditionatum arguit in Deo imprudentiam, et inutilitatem in decernendo, ergo talia decreta prorsus sunt Deo repugnantia, et impossibilia. assumptum probatur nam decretum subiective absolutum, et obiective conditionatum, vel est de obiecto absolute extituro, sub conditione de facto purificanda, vel est de obiecto non extituro absolute sub conditione non purificanda, sed quodcumque dicatur arguit in Deo imprudentiam, et inutilitatem, ergo tenet assumptum. probatur min. et quoad primam partem. nam si obiectum est absolute extiturum sub conditione purificanda exigit ex parte Dei decretum undequaque absolutum, scilicet exigit quod Deus sic decernat * Decerno consensum Petri sub auxilio a quod decerno extiturum fore * ergo obiectum absolute extiturum sub conditione purificanda terminat decretum undequaque absolutum. et cum frustra fiant per plura quæ possunt fieri per pauciora, infertur quod si pro aliquo signo habuisset Deus decretum subiective absolutum, et obiective conditionatum, scilicet hoc modo * Decerno Petrum consensurum fore si ipsi contulero auxilium a * imprudenter et inutiliter se gessisset Deus pro illo signo.

195 Pro 2a parte probatur eadem min. quia decernere obiectum extiturum sub conditione numquam purificanda, est otiosum esse, cum tam obiectum quam conditio sint remansura intra terminos possibilitatis. =

196 Rursus obiectum numquam extiturum quia numquam est purificanda conditio, sub qua purificata existeret, terminat decretum absolutum undequaque, scilicet illud * Nollo quod existat conversio Tyriorum, et nollo quod existat apud ipsos prædicatio XPI. sub qua si apud ipsos extitisset, extitisset pœnitentia * ergo etiam pro hac parte decretum subiective absolutum, et obiective conditionatum esset imprudens, ociosum, et inutile.

197 Resp. talia decreta non esse inutilia neque ociosa, neque imprudentiam aliquam inferunt in Deo, sed Altissimam

providentiæ rerum. Cuius ratio est, quia decreta debent multiplicari iuxta multiplicationem obiectorum, cum decreta libera Dei saltim quoad obliquum includant obiecta, ut terminos nempe ipsorum, unde sicut ex eo quod obiectum futurum sit absolute, non tollit quod ipsum obiectum prius sit sub conditione, pro aliquo signo, eo quod istæ sunt duæ veritates obiective distinctæ, contingentes utique quarum Secunda stare non potest sine prima, neque si conditionalis esset impossibilis, sua de inesse esset necessario impossibilis. ita similiter existentia decreti absoluti pro 2º signo non impedit existentiam decreti subiective absoluti et obiective conditionati pro priori signo, imo tale decretum est simpliciter necessarium, ut Deus non cæco modo procedat.

198 Igitur ad formam argumenti resp. quod præter obiecta ibi recensita in maiori, et præter modos ibi recensitos ad excogitandum decretum obiective conditionatum, restat alius inferens aliud obiectum quod terminet prædictum decretum. scilicet consensum sub conditione auxilij, vel pœnitentiam Tyriorum sub conditione prædicationis XPI apud ipsos, præscindens tale decretum pro illo signo a decreto de purificanda, vel non purificanda conditione, sicut ipsa pœnitentia, quæ possibilis est sub tali conditione, consideratur ut futura si coniungitur cum conditione, unde pro illo signo, obiectum illud habet veritatem simpliciter conditionatam et obiective distinctam a se ipsa prout in statu absoluto, nam in statu absoluto respicit decretum de purificanda vel non purificanda determinate conditione et proinde si conditio est determinate purificanda erit omnino absolutum obiectum, si autem determinata non sit purificanda remanebit intra terminos possibilitatis. unde decreta subiective absoluta, et obiective conditionata sunt respectu obiectorum pure conditionatorum, unde pro suo signo et decretum præscindit ab alio de purificanda vel non purificanda conditione, et obiectum conditionatum præscindit ab ipsa conditione ut purificanda, vel non purificanda. Argumenta ex læsione libertatis commodius alibi proponemus.

§. II.

Statuitur Dº. et suadetur ex D. Th.

149 Sit Dº: ut Deus habeat certam et infalibilem notitiam futurorum contingentium conditionatorum est necessarium omnino decretum subiective absolutum, et obiective conditionatum.

150 Ante probationem

2.o notandum est quod medium in quo Deus cognoscit futura omnia non est decretum, pro absolutis absolutum, et pro conditionatis conditionatum, sed medium est sua Essentia ut habet rationem Ideae, in qua ut in causa radicali videt omnia futura. Et medium proximum et immediatum est Omnipotentia, ut est causa proxima. unde decreta ista libera Dei a nobis exiguntur, ut per talia decreta determinetur tum Essentia, tum Omnipotentia, ut potius repraesentent consensum futurum, v.g. (absolutum vel conditionatum, iuxta qualitatem decreti, et determinationis divinae) quam ut non futurum.

151

Igitur probatur 1.o ex D. Thoma. Et sit 1.um testimonium ex 1. dist. 39. q. 1. ar. 1. ad 5. ubi haec habet verba * Licet Esse, et Scire in Deo sint idem secundum rem, tamen Scire sequitur voluntatem ut imperatum ab ipsa; Esse autem non, et ideo Esse suum non subiacet libertati voluntatis, sicut Scire operativum creaturae * ex quibus en clarum discursum: Omne scire divinum* iuxta D. Th. subsequitur voluntatem; sed omne scire quod subsequitur voluntatem est scire innixum Decreto, et determinationi ipsius voluntatis; ergo Omne scire divinum quod versatur circa futura conditionata, vel absoluta, quod scire utique est operativum creaturae subsequitur voluntatem seu est innixum et fundatum in decreto et determinatione ipsius voluntatis. maior est D. Thomae min. est evidens, et conseq.a est in Barbara.

*operativum creaturae

152

Sit 2.um testimonium ex eodem Ang.o Mag. 3. p. q. 1. ar. 5. ad 2. ubi cum sibi obiecisset illud Apost.i ad Thimoteum 1.o respondet Angelicus Magister per haec verba * Dicendum quod Augustinus hoc respondet in libro 6.o de quaestionibus Paganorum dicens q. 2. quod tunc voluit XPS hominibus apparere, et apud eos praedicari sua doctrina, quando, et ubi sciebat qui in eum fuerant credituri, his enim temporibus, et his in locis, tales homines, in eius praedicatione futuros esse praesciebat, quales non quidem omnes (* ecce scientia media, postea quae subsequitur ibidem Ang. M. *) Sed hanc responsionem reprobans idem Augustinus in libro de perseverantia (* ecce reprobata scientia media *) dicit, numquid possumus dicere Tyros, et Sydonios, talibus apud se virtutibus factis, credere noluisse, aut credituros non fuisse, si fierent? cum ipse Deus attestetur eis quod acturi essent magnae humilitatis poenitentiam si in eis facta essent, divinarum illa signa virtutum? proinde, ut ipse (Agustinus scilicet) solvens subdit, sicut Apostolus ait, non est volentis, neque currentis,

Sed miserentis Dei, qui his quos prævidit si apud eos facta essent, suis miraculis credituros, quibus voluit subvenit. (notate hæc verba) alijs autem non subvenit de quibus in sua prædestinatione, occulte quidem, sed aliud iuste iudicavit.* = En ubi tam D. Th. quam D. Aug. asserunt quod Deus non quia præscivit pœnitentiam aliquorum illis subvenit, sed quibus voluit. Similiter non quia præscivit impœnitentiam aliquorum illis non subvenit, sed quia ex suo occulto iudicio, etsi iustissimo, illis noluit subvenire. ecce enim totam discretionem Prædestinatorum a reprobis reducunt D. Th. et D. Aug. non ad præscientiam sed ad voluntatem Dei, cui innititur præscientia. *Non refero

153 alia testimonia D. Thomæ, ne plus iusto diverta mur. et quia illa passim apud nostros thomistas invenies. = videatur D. Th. in 1. dist. 38. q. 1. ar. 5. et dist. 39. q. 1. ar. 1. = et dist. 47. q. 1. ar. 1. = et in 2 dist. 47. q. 1. ar. 1. et 1. contrag. cap. 66. et cap. 68. = et 3. contrag. cap. 68 = et 1 p. q. 14. ar. 6. = et q. 19. ar. 8. = et q. 6. de verit. ar. 6. = et q. 23. de verit. ar. 5 = et q. 6. de Malo. ar. unic. = et 1. 2. q. 10. ar. 4 = et 2. 2. q. 24. ar. 5. = et 3. p. q. 1. ar. 5. = et quodlib. 12. ar. 13. in quibus locis passim invenies scientiam Dei innixam decreto.

§. III. Ex D. Aug. suadetur idem.

154 Sit 1um testimonium ex lib. de Præd. SS. cap. 10. ubi certam et infallibilem notitiam de futuris a Deo promissis fundat in decreto, et prædestinatione. ait enim Sanctus Pater: * Prædestinatione quippe Deus ea præscivit, quæ fuerat ipse facturus *

155 Rursus ibi loquendo de promissione facta Abrahamo de Fide Gentium ait: * non de nostræ voluntatis potestate sed de sua prædestinatione promisit. * dixerat antea * quoniam quæ promiserat potens est et facere * nunc sic, Sed promiserat actus liberos Gentium, nempe actum Fidei, ergo istum actum potuit Deus facere. Sed Deus omnia facit secundum consilium voluntatis suæ; ergo nostros actus liberos prædeterminat iuxta consilium suæ voluntatis.

156 Rursus in Enchiridione cap. 95. explicans illud Apocalipsis 2. * tu creasti omnia, et propter voluntatem tuam erant, et creata sunt. * et explicans illud Psalmi 134 * omnia quæcumque voluit fecit dominus in cælo, et in terra * ait Sanctus Doctor * Deus noster in cælo sursum, et omnia in terra deorsum

deorum quae cumque voluit fecit, quod utique non est verum, si aliqua voluit, & non fecit, & quod est indignius ideo non fecit, quoniam ne fieret quod volebat omnipotens, voluntas hominis impedivit.* & paulo inferius ait: * Nisi hoc credamus periclitatur nostrae fidei confessionis initium, qua nos in Deum Patrem Omnipotentem credere confitemur. * 157 Videatur Aug. lib. de dono Persev. cap. 18. ubi assignat universalem regulam ad intelligentiam Scripturarum. scilicet, quod quando dicitur quod Deus praescivit, ut recte intelligatur lex praescivit, debet sumi pro eodem ac praedestinavit, quod verbum significat decretum divinae voluntatis. = alia quamque plura testimonia D. Augustini mitto, ne longius iusto divertamur, videatur lib. 2. contra Faustum Fugientem cap. 9 = & lib. de dono Persev. a cap. 17. usque ad 21. = & lib. 2. contra duas epist. Pelag. cap. 7 = & Epist. 105. ad Sixtum = & Epist. 107 contra Vitalem Pelagianum = & lib. 1. contra Vincentium victorem cap 12 = & lib. 2 de Gen. ad litter. cap. 16 = & lib. de Praedest. SS. cap. 19 = & lib. de grat. & lib. arbitrio & alibi plurimum =

§. IV.

Ratione suadetur XLº 158

Implicat Deum cognoscere aliqua futura nisi in sua essentia, ut in causa, sed essentia Dei non est causa futuritionis rerum (sive sit futuritio rerum absoluta, sive conditionata) nisi ut determinata per decretum suae voluntatis, ergo necesse est admittendum in Deo pro futuris contingentibus conditionatis decretum subiective absolutum, & obiective conditionatum, & pro absolutis absolutum, ut Deus habeat certam & infallibilem notitiam futurorum tum contingentium conditionatorum, tum absolutorum. maior ex supra dictis supponitur, idest ex disp. 2. q. 1. § 9. minor autem est manifesta quia Deus non operatur ex necessitate naturae, sed secundum consilium voluntatis suae. 159

Rursus implicat quod aliquid possit intelligi ut futurum, & sit futurum non intellecta forma constitutiva futuri; sed decretum Dei subiective absolutum & obiective conditionatum, est forma constitutiva futuri conditionati; sicut decretum absolutum est forma constitutiva futuri absoluti; ergo non intellecto decreto subiective absoluto, & obiective conditionato non potest Deus habere certam, & infallibilem notitiam futurorum contingentium conditionatorum, maior est evidens. & min. supponitur ex dictis disp. 3. q. unic. § 2.

160 Rursus implicat aliquid transire de statu possibilitatis objectivae ad statum futuritionis, sive absolutae sive conditionatae absque eo quod detur aliqua causa constitutiva et productiva huius transitus. Sed futura omnia sive conditionata sive absoluta, transeunt de statu purae possibilitatis objectivae, ad statum suae futuritionis, ergo assignanda est causa huius transitus. Sed haec nulla alia intelligi potest nisi decretum, ergo absque decreto Deus non haberet notitiam certam et infallibilem futurorum. Subsumpta constat ex eo quia Deus omnia operatur secundum consilium voluntatis suae.

161 Sed dices cum P. Annato. disp. 1. cap. 2. et disp. 4. cap. 3. quod futura sunt ab aeterno futura, unde non transeunt de statu possibilitatis ad statum futuritionis, proindeque ociose queritur causa huius transitus.

162 Sed O Bone Deus, Magnus, et Omnipotens! in quot et quanta absurda incidunt adversarii; unde ipsa diglutiendo, potius nostrum thomisticum decretum firmant, quam infirmant. Quis enim umquam somniavit quod futura pro aliquo signo anteriori ad suam futuritionem non fuisse possibilia? alias status possibilitatis penitus evacueretur. videtur enim Autor iste iudicare quod transitus de possibili ad futurum exigit quod pro aliquo vero instanti reali in quo, existat futurum sub nonfuturitione precisiva, seu sub possibilitate, sed certe si sic intelligit ut videtur intelligere est nimis crasa intelligentia. etenim ad praedictum transitum stabiliendum sufficit quod in eodem instanti reali, et indivisibili aeternitatis distinguantur duo signa sub quorum primo res intelligatur nonfutura precisive, seu ~~non futura~~ possibilis. ergo

163 Quod et instatur in hypotesi possibili quod Deus ab aeterno produxisset aliquam creaturam, Angelum v.g. tunc casum et si in nullo instanti reali Angelus ille intelligeretur sub non esse, tamen adhuc esset ex nihillo. etenim est creatura. de cuius ratione est esse ex nihillo. proindeque dum sub aliquo signo intelligeretur sub non esse, quod esset sufficiens ut transiret de statu possibilitatis, ad statum existentiae, imo mediaret aliud signum sub quo intelligeretur futurus.

164 Rursus, Si futura numquam fuerunt possibilia sed futura semper; ergo consensus Petri qui hodie existit semper fuit futurum pro omni signo, ergo eius carentia fuit pro omni signo non

Non futura. g° non possibilis; g° impossibilis, patet conseq. alias esset possibilis, proinde non esset non futura. nunc sic ultimis. g° consensus non existit libere, sed omnino necess; necessitate utiq antecedenti, prob. conseq. quia ut consensus existat libere voluntas debet posse illus omittere & posse ponere carentiā ipsius, s. carentia est impossibilis g° consensus existit necess, & non libere= vide Patronos libertatis quomodo ipsā variis modis evertunt, dū ad ipsā stabiliendā decreti Dei sic refugiunt: non agnoscendo quod ex summa, & infinita efficacia Omnipotentissimæ voluntatis Dei oritur quod consensus v.g existat, & quod existat libere, sed de hoc disp. sequenti commodius instituetur sermo.



DISPUTATIO QUINTA DE IMPOSSIBILITATE SCIENTIÆ MEDIÆ.

QUÆSTIO PRIMA

Utrum Scientia Media sit contria doctrinæ Divi Augustini?

§. I.

Statuitur Ccl° affirmativa

Doctrina

Doctrina D. Augustini. Lydius lapis est ad cuius contactu 1.
aurum optimum veritatis dignoscitur et praesertim circa notitia quae Deus
habet circa futura contingentia quales sunt actus nostri liberi, instituitur
sermo. an sit innixa decretis? vel an decreta innitatur scientiae, unde Summi
Pontifices. per quorum os Deus nobis veritatem annunciat ad adstruendum quid
in hac re sentiat Ecclesia, Catholicos ad Augustini libros remittunt. Sic
Hormisdas Papa, in Epistola ad Possessorem Episcopum, et Ioannes II.
in Epistola ad Avienum Senatorem. et Clemens VIII. et Paulus.
V. in celeberrima illa controversia habita a die 27 Octobris. anno Dni.
1604 inter Patrem fr. Thomam de Lemos, ex Dominicana familia,
et inter Patrem Valdida ex Societate Iesu, cum nihil pro tunc difi-
niretur hi duo ultimi nominati Summi Pontifices chatholicos ad
doctrinam D. Augustini, et D. Thomae Aquinatis mittunt. unde
nostrum debet esse aliquantulum, si per tempus licuerit doctrinam ho-
rum Ecclesiae luminum examinare

Sit ergo nostra Conclusio: Scientia Media 2
contraria est doctrinae D. Augustini = 3

Probatur 1o conclusio confesione ingenua
P. Molinae, qui se gloriatur inventorem esse scientiae mediae, unde 1. p.
q. 23. disp. 1. memb. ult. sic affatur * Nos pro nostra tenuitate (vide
simulatam humilitatem) rationem totam conciliandi libertatem arbitrii,
cum divina gratia, praescientia, et praedestinatione, sequentibus principiis,
ex quibus ea deduximus, quod que variis in locis tradidimus inniti
iudicamus, quae si data, explanataque semper fuissent, forte neque
Pelagiana haeresis fuisset exorta (nota arrogantiam) neque Lute-
rani tam impudenter arbitrii nostri libertatem fuissent ausi ne-
gare obtendentes cum divina gratia, et praedestinatione cohaerere
non posse. Neque Augustini opinione (considera temeritatem) con-
certationibus que cum Pelagianis tot fideles fuissent turbati, ad
Pelagianosque defecissent, facile que reliquiae illae Pelagianorum
(vide praesumptionem) in Galia, quarum in Epistolis Prosperi et
Hilarii, fit mentio, fuissent extinctae. * Hucusque P. Molina
in quibus verbis se gloriatur invenisse scientiam mediam quae si
Augustinus cognovisset facillimo negotio fieret satis, Pelagiano
rum querelis, et luterani non negassent arbitrii libertatem, vidit
ergo P. Molina, quod Augustinus doctorum Aquila videre non potuit.

quorum ergo oculi ad veritatis lucem erunt obcaecati, Augustini, anne P. Molinae, Si ergo Augustinus irretortis oculis, et immotis palpebris veritatis lucem non potuit facie ad faciem conspicere, ut quid Aquila Ecclesiae admiratur?, ut quid Summi Pontifices ad Augustinum confugiunt? Cur ergo Molinae doctrina non adamatur ut lydius lapis,? si tam facili negotio cum doctrina Molinae tot errores fuissent extincti. sentit ergo P. Molina qui ut Antesignanus scientiae Mediae se gloriatur, quod scientia media non continetur in doctrina Augustini. Sentiemus ergo et nos cum Molina,? absit. ergo scientia media contraria est doctrina D. Augustini iuxta P. Molina.

4 Sit Primum testimonium tr[...]fans nostrae Aliis desumptum ex lib. de Praedest. SS. Cap. 9 quem librum scripsit Sanctus Doctor motus ex quibusdam Epistolis D. Prosperi, et D. Hilarij qui consulebant D. Augustinum super illud; an scilicet, scientia Dei circa futura conditionata esset ante decretum? ut asserebant Pelagiani et Massilienses, conantes suadere suae sententiae ex alio testimonio eiusdem D. Aug. vel An talis scientia esset innixa in proposito voluntatis divinae?, idest in decreto. quae Epistolae Prosperi, et Hilarij habentur in eodem libro de Praedest. SS. in principio. igitur sic alloquitur D. Augustino

5 Sanctus Prosper * Utrum praescientia Dei, ita secundum propositum maneat, ut ea ipsa, quae sunt proposita sint accipienda praescita? an per genera causarum, et species personarum ista varientur? * et paulo inferius prosequitur D. Prosper * et sicut nihil sit quorumcumque negotiorum quod non scientia divina praevenerit, ita nihil sit boni quod in nostrae participationem, non, Deo Authore, defluxerit? * hucusque D. Prosper. in quibus verbis, et scientiae Mediae, et scientiae innixae decreto proponit.

6 D. Hilarius similiter in praecitata epistola sic cum D. Aug. alloquitur: * Cum autem dicitur eis, quare alijs, vel alicubi praedicetur, vel non praedicetur? dicunt, id praescientiae esse divinae (ecce scientiae Mediae) ut eo tempore, et ibi, et illis, veritas annuntietur, vel enuntietur quando, et ubi praenoscebatur esse credenda (ecce iterum scientiae Mediae) et hoc non solum aliorum Chatolicorum testimonijs, sed etiam Sanctitatis tuae testimonijs disputatione antiquiori se probare testatur, ut est illud quod dixit Sanctitas tua in quaestione contra

contra Porfiriũ, de tempore Christianæ Religionis: tunc voluisse hominibus apparere XPVM, & apud eos prædicari doctrinã suã, quando sciebat, & ubi sciebat, qui in eum essent credituri.* hucusq̃ D. Hilarius in quibus verbis obijcit D. Aug.º Scientiã Mediã, ut pro pugnabant illã Masilienses, comprobare illã conantes ex D. Aug.º Quibus (...) Epistolis respondet D. Augustinus in prædicto lib. de prædest. SS. cap. 9 per hæc verba* illud autẽ quod in Opusculo meo quodã contra Porfiriũ sub titulo, de tempore Religionis Christianæ, me dixisse recolitis, ita dixi, ut hanc diligentiorẽ, & operosiorẽ disputationẽ de gratia, præterirem.* & postquã de verbo ad verbũ recitat D. Aug.º id quod dixerat in prædicto suo opusculo contra Porfiriũ, subiungit:* Cernitis me sine præiudicio latentis Consilij Dei, aliarũq̃ causarũ hoc de præscientia XPI, dicere voluisse quod convincendæ Pelagianorũ infidelitati qui hanc obiecerant quæstionẽ sufficere videbatur. quid enim verius quã præscisse XPVM. qui, & quando, & quibus in locis in eũ fuerant credituri? Sed utrũ prædicato sibi XPO, a se ipsis habituri essent fidẽ, an Deo donante, sumpturi,? id est utrũ tantummodo eos præscierit an etiã prædestinaverit Deus, quærere, ac discernere tunc necessariũ non putavi. Proinde, quod dixi, tunc voluisse hominibus apparere XPVM, & apud eos prædicari doctrinã suã, quando sciebat, & ubi sciebat, qui in eũ erant credituri, posset etiã sic dici: tunc voluisse hominibus apparere XPVM, & apud eos prædicari doctrinã suã quando sciebat, & ubi sciebat, esse qui electi fuerant in ipso ante mundi constitutionem* (Notate iam scientiã innixã decreto iuxta quam dicit Aug.º quod poterat tunc respondere, & prosequitur Augustinus)* Sed quoniã si ita diceretur Lectorem faceret intentũ ad ea requirenda quæ nunc ex admonitione Pelagiani erroris necesse est copiosius, & laboriosius disputari, visum mihi est, quod tunc satis erat breviter esse dicendũ excepta, ut dixi, altitudine sapientiæ, & scientiæ Dei, & sine præiudicio aliarũ causarũ, de quibus non tunc, sed alias, opportunius disputandũ putavi.*

Hucusq̃ Aug.º quæ omnia de verbo ad verbũ retuli, ut evidenter dignoscatur scientiã mediã fuisse ab Aug.º cognitã, & reprobatã, dũ ad querelas Masiliensium

solvendas non est tali scientia usus, imo asserit, quod si aliquando videatur in scientiæ mediæ se aliquomodo inclinare, ita intelligenda sunt sua testimonia, ut nullum nocumentum vel præiudicium arguatur contra consilium, vel propositum Dei, quasi idem sit stabilire scientiam ante decretum, & in ipso non innixam, ac auferre a Deo consilium, & propositum suæ voluntatis, & præiudicium contra decretum stabilire. &c.

9 Ad nostræ etiam decretum stabiliendam veniunt verba supra relata, ex eodem lib. de præd. SS. cap. 10. ubi sermonem instituit Sanctus Doctor de illa promissione facta Abrahamo de fide gentium, et alias authoritates ibi relatas & citatas quas referrem si per tempus licuisset, quas propter angustiam temporis non refero & in favorem nostræ decreti non construo. ut dicantur nostri thomistæ quoad sapiens.

§. II diluuntur replicæ

10 Oppones 1.° cum P. Aug.° de Herrera, ex venerabili societatis familia Doctore Complutensi, tract. de scient. Dei, q. 13. sect. 4. & dicens quod D. Aug. lib. 3. de lib. arb. cap. 18 ait * si laboriosum est omnia mandare memoriæ, hoc brevissimum tene, quæcumque illa causa est voluntatis, si non potest ei resisti, sine peccato ei ceditur. * & post pauca, * quis enim peccat in eo quod nullo modo caveri potest,? peccatur autem, ergo caveri potest. * ex qua authoritate sic format argumentum, Id quod influit in opus, & cui resisti non potest, non congruit libertati, sed decretum conditionatum taliter influit in opus, ut ei resisti non possit, ergo tollit libertatem, maior inquit præditus doctor Complutensis, est Aug., & min. continet doctrina thomistarum. &c.

11 Opponit 2.° P. Aug. de Herrera D. Aug. lib. 1. ad Simplicianum. q. 2.ª ubi ait * Quamvis multi uno modo vocati sint, tamen quia non omnes uno modo affecti sunt, illi soli sequuntur vocationem, qui illi capiende reperiuntur idonei, & illud non minus verum sit, igitur nec volentis, nec currentis, sed miserentis est Dei, qui hoc modo vocavit, quomodo aptum erat, his qui secuti sunt vocationem * Ex quo testimonio sic efformat argumentum; illis vocationes donantur qui a Deo reperiuntur idonei ad illam recipiendam; ergo Deus prius

cap. 4.

Compe[...]

comperit idoneitatẽ ipsorũ quæ illis conferat vocationẽ; sed com perire vocandũ idoneum est comperire ita esse affectũ, ut respon- surus sit vocationi si adhibeatur, & prius Deus cognoscit quod respondetur si vocetur, quã quod vocet absolute. 12

Hæc sunt inter alia testimonia ex D. Aug.º deprompta, quibus præcipue utuntur adversarij, ad stabiliendã scientiã Mediã, ut filiam legitimã mentis Augustini, verũ quod Sanctus Doctor ipsam ut spuriã reiecerit luce clarius constat, tũ ex authoritatibus re latis in favorẽ nostri, tũ ex alijs referendis ad diluenda argumenta contra nostrã deprompta, tũ ex autoritate deprompta, tũ Confessione ingenua P. Molinæ, tũ ex hoc eodẽ SS. Doctore P. Augustino de Herre ra, qui argumentis athomistis efformatis convictus asserit ubi supra citavimus sect. nempe 5. ex q. 13. huius tractatus, scientiam mediã non fuisse expresse tradditã ab Augustino. en verba huius Doctoris Complutensis, fideliter a me relata, & transcripta * Fateor & scientiam mediã non penitus adeo expresse innotuisse Aug.º sicut nobis hac tempestate innotescit * sic ait P. Aug.º de Herrera. quid ergo iã egemus testibus? ut quid insudamus pro D. Aug.º mente dignoscenda, si sic ex eadem Societate proclamant Doctores P. Augustinũ non tradidisse scientiã Mediã sicut ab ipsis? 13

Et nunc denuo hunc efformo discursũ, Summi Pontifices absolute & quiuntmodũ expressũ conciliandi nostri arbitrij libertatem cum efficacia gratiæ contineri expresse in D. Aug.º sed hi Docto- res Societatis fatentur D. Augustinũ non tenuisse scientiã Me diã. neq ipsi talem scientiã innotuisse, ergo scientia media inutilis est ad conciliandã efficaciã gratiæ cũ nostra libertate. 14

Resp.º ergo ad proiacta argumenta, & incipiendo ab hoc ultimo ex lib. 1. ad Simplicianũ cap. 4. Non possum non mirari, Virum Religiosũ, Modestum, & timoratæ conscientiæ qualis erat SS. P. Augustinus de Herrera, quem ego compluti, non solum ut doctum, sed et ut sanctum venerabar, ita audacter, vel insipienter, nobis opponere magnis clangoribus, & bene prolatis & decurtatis verbis, verba ex Aug.º supra relata. Cum ipse

Sanctus Parens Augustinus lib. 2 retractatationum mentionem faciens, de hoc 1o libro ad Simplicianum et enumerans verba per quae exordium sumit, quaestio de libero arbitrio, et verba per quae eidem quaestioni finem imposuit, inter quae verba continetur, testimonium supra relatum, et nobis oppositum asserit Parens Aug. se tunc temporis laborasse pro libero arbitrio, verum postea recognoscens veritatem, gratiae Dei tribuisse victoriam, unde dixit sanctus doctor, laboravi pro libero arbitrio, sed vicit gratia Dei, ac si diceret Scientiae illi conditionatorum ante decretum propugnavi, ut apparenter faventem libertati, verum cum Apostolus dicat, quis te discernit, illam reieci, et scientiam innixam decreto ex cuius mirabili virtute descendit ut qui discernendi sunt, discernantur, propugnavi.

15 Accipite ex lib. Retract. verba * Posterior in libro ad Simplicianum quaestio, est ab eo loco: Non solum autem sed et Rebeca ex uno concubitu habens Isac Patris nostri, usque ad illud, Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus et sicut Gomorra similes fuissemus, in cuius quaestionis solutione laboratum est quidem pro libero arbitrio voluntatis humanae, sed vicit Dei gratia, nec nisi ad illud potuit perveniri ut liquidissima veritate dixisse intelligatur Apostolus quis enim te discernit? etc. * Non ergo nobis opponere debet adversarium testimonium ab Aug. retractatum.

lib. 2. Retr. c. 1. tom. 1.

16 Ad autoritatem ex lib. 3. de lib. arb. cap. 18. Reisque admirando audaciam Adversariorum cum non videant, vel videre nolint quod si praedicta verba Augustini intelligenda sunt ut ipsi contendunt, magis eidem Augustino repugnare, et testimoniis sacrae paginae, quam nobis. Si enim ut adversarij ducti illis verbis Augustini contendunt, quod cuicumque gratiae Dei potest resistere liberum arbitrium, quomodo intelligitur illud Ester cap. 13? * Non est qui possit resistere tuae voluntati * et illud eiusdem * Dominus omnium tu es, neque est qui resistat, Maiestati tuae * et illud Pauli ad Roman. 9 * voluntati eius quis resistet? *

17 Similiter si verum est Adversariorum assumptum, quomodo intelligitur D. Augustinus quando in lib. de Corrept. et grat. ait * Deo volenti salvum facere nullus

nully humany resistit arbitriy, sic enim velle & nolle, in volentis, aut nollentis est potestate, ut diving voluntatem non impediat, nec superet potestatem* = & illud quod dicit in Enchirid. cap. 95. per hec verba* Nisi hoc credamus periclitatur ipsy nostre fidei confessionis initiy qua nos in Dey Patrę Omnipotentę credere profitemur. =

18

Unde Resp.º Augustiny ibidę non loqui de gratia efficaci, sed de sufficienti. = & si in sistas loqui de gratia efficaci sicut & Tridentiny dy affirmat liberum hominis arbitriy a Deo moty & excitaty posse dissentiri, si vellit. = Respondeo illud concedendo relate ad potentię antecedentę & illud negando, de potentia consequ. = & ad argumentę in forma dist. mai. non conquit libertati causa quę influit in opus cui resisti non pot. si sit de influxu medio aux.º sufficienti transeat, si de efficaci subdist. Cy potest potentia antecedenti conc. potentia consequ. neg. & dist. min eodę modo, & neg. conseq.

19

Sed itery replicabis cy eodem Doctore Complutensi. ibidę, quod iuxta Augustiny electio subjicitur aliqua ratione nostrę libertati, sed non immediate quasi nos possimus formaliter determinare Dey ad suas voluntatis acty; ergo est quatenus electio efficax Dei scientię innititur pro nostro arbitrio determinabili, & impedibili. Maiory probat Herrera ex Aug.º lib. de dono Persev. cap. 22 ubi ait * accipiant eamdem gratię, qua vellint, & efficiantur electi *

20

Resp. neg.º quod ex verbis Augustini convincatur neque quoad apparientię discursus ab adversario efformatus, imo non possum non mirari audaciam media qua, ita ore pleno pronunciatur, & affirmatur, quod electio divina qua Deus ab æterno segregavit hedos ab ovibus, idest prædestinatos a reprobis subiiciatur aliqua ratione nostrę libertati! ut in propositione maiori illius syllogismi ex eiusdem verbis dicit P. Aug.º de Herrera in citata sect. 4. num. 28. & contendens illę contineri in Augustino. cap. 22. ex lib. de dono Persev. Si enim talis electio Dei in negotio nostrę prædestinationis nostrę subiicitur libertati & arbitrio, ut quid proclamat Apostolus* quis te discernit? * respondere utique poterit quisque ego me discrevi siquidę electio Dei qua me ad gloriaę acceptavit subiiciebatur meę libertati = ita considerando gelidus tremor divagatur per ima ossa mea. O Bone Deus, Magnus, & omnipotens, tibi gratias ago, quia sine me adnumeraty electory tuory, iudico quod ex tua misericordia me ab æterno elegisti, utinam ita sit, ut inter electos tuos tibi laudes in sæcula fundam. Amen.

QVÆSTIO SECVNDA.

SIT NE SCIENTIA MEDIA CONTRARIA DOCTRINÆ D. THOMÆ?

§. I.

Statuitur Xlo affirmativa.

21 Sit nostra Xlo: Scientia media contraria est doctrinæ D. Thomæ = poterat suaderi præfata Xlo multiplici authoritate, verum quia timeo nobis defuturum esse tempus ad allegendum in præsenti cursu hanc materiam, si omnia quæ occurrerint pronunciamus ideo aliquantulum dubitem, et si efficaciter stabilire conabor nostram Xlm.

22 Probatur 1o. Doctrina asserens Deum cognoscere in sua Essentia, ut in causa omnes creaturas contraria est scientiæ mediæ, et incomponibilis cum illa; sed ex D. Thoma constat Deum cognoscere creaturas in sua essentia ut in causa; ergo doctrinæ D. Thomæ contraria est scientia media. maior continet adversariorum doctrinam, et min. supponitur ex dictis disp. 2. q. 1. § 9. a n. 22. etenim ut pluries diximus essentia est causa ut determinata per decretum.

23 Rursus doctrinæ asserenti, quod futurum constituitur per decretum, contrariatur scientia media; sed talis est doctrina D. Thomæ; ergo doctrinæ D. Thomæ contraria est scientia media, min. in qua est difficultas supponitur ex dictis disp. 3. q. unic. § 2. a num. 11.

24 Rursus doctrinæ asserenti Deum causare nostros actus liberos media physica prædeterminatione præmoventi, et præmovente voluntatem ad actum liberum directe contrariatur scientia Media; sed D. Thomas pluries affirmat Deum prædeterminare voluntatem nostram ad actum liberos; ergo Scientia Media contraria est doctrinæ D. Thomæ. cætera patent, et probatur min. 1o. ex D. Thoma super cap. 5. D. Dionysii de divin. nomin. lect. 3. ubi hæc habet verba * Et huiusmodi rationes, nempe voluntates Dei efficaces, Sancta Scriptura vocat PRÆDIFINITIONES, sive PRÆDESTINATIONES, secundum illud ad Rom. 8. quos prædestinavit. et cætera * et paulo inferius ait D. Th. * quæ quidem PRÆDIFINITIONES, voluntates sunt distinctivæ entium, et effectivæ ipsorum quia, et ~~voluntatis~~ huiusmodo

huiusmodi rationes superſubſtantialis Dei esse PRÆDETERMINAVIT, omniaque produxit *

25

Probr 2° ex eodem D. Thoma. quodlib. 11. q. 1. ar. 4. obi asserit * A providentia Dei omnia sunt PRÆDETERMINATA, in se ipso *

26

Probr. 3° ex eodem D. Thoma 1 ad Anib. dist. 47. q. unic. ar. 4. obi ait * Voluntate Dei non solum res in esse producuntur, sed etiam rebus producendis modum quo producantur PRÆDETERMINAVIT. *

27

Rursus q. suadetur ex eodem D. Thoma 1. p. q. 23. ar. 1. obi proponit contra se ly argumentum quod intendebat homines non prædestinari a Deo, et erat in hunc modum. * Videtur quod homines non prædestinantur a Deo. dicit enim Damascenus, oportet cognoscere quod omnia quidem præcognoscit Deus, non omnia PRÆDETERMINAT. præcognoscit enim ea quæ in nobis sunt, non autem PRÆDETERMINAT ea, sed merita, et demerita humana sunt in nobis in quantum sumus nostrorum actuum domini, per liberum arbitrium, ergo quæ pertinent ad meritum vel demeritum non prædestinantur a Deo, et sic hominum prædestinatio tollitur. *

28

Cui argumento ut respondeat D. Thomas non respuit nomen PRÆDETERMINATIONIS, sed distinguit inter prædeterminationes et alias asserit esse in rebus naturalibus, et de istis asserit non congruere libertati, aliasque admittit circa causas liberas et has ut amicas libertatis amplectitur. unde ait quod quando Damascenus asserit quod Deus omnia præcognoscit, et non omnia prædeterminat, loquitur de prædeterminationibus quæ inferunt absolutam necessitatem. accipite verba D. Thomæ * Ad ly dicendum quod Damascenus nominat PRÆDETERMINATIONEM impositionem necessitatis sicut est in rebus naturalibus quæ sunt PRÆDETERMINATÆ, ad unum *

29

Cumulavi has præ aliis autoritates Angelici Mag. ut appareat quomodo verbum prædeterminat, et nomen prædeterminatio non sunt aliena a D. Th. ut nobis opponunt adversarii. qui solum animo impugnandi loquunt. Anno M. unde constat luce clarius scientiæ mediæ contrariæ esse illis duobus luminaribus Maioribus Ecclesiæ Aug. et Thomæ. in quorum doctrina declarat Ecclesia contineri veræ concordiæ nostræ libertatis ac decretis Dei, et cum divina gratia

QUÆSTIO TERTIA

FAVEAT NE SCIENTIA MEDIA LIBERTATI?

§. 1.

Statuitur Concl. negatiua.

30 Scientia Media apparenter favere libertati creatæ nulli dubium est, dum ita voluntatem creatam constituit dominam suorum actuum, quod de illis aliud, nec Deus disponere possit, quia si voluntas seipsam non determinat ad consensum, v.g. Deus, etiam si sua statuat Omnipotentia, dummodo voluntatem relinquendo sit libera, nequit ipsam voluntatem ad actum liberum determinare, verum scientiam Mediam inimicam esse libertati constabit sequenti Concl., sit ergo

31 Nostra Concl.

Scientia Media mediate, idest radicitus, destruit libertatem creatam = seu eam in sua radice praefocat, et evertit. = Probatur hæc Concl. 1o. hoc discursu: Scientia destruens immediate libertatem divinam, destruit mediate, et in sua radice libertatem creatam, sed scientia Media destruit immediate libertatem divinam: ergo destruit mediate, et in sua radice libertatem creatam. Maior est evidens; destructo enim primo libero, destrui 2um est necessarium. Sicut si per impossibile destrueretur primum ens, destruerentur necessario omnia entia creata, et secunda. min. ergo probatur. Principium infalibiliter connexum cum uno extremo libertatis, et inimpedibile a libertate iuxta adversariorum doctrinam destruit immediate libertatem; sed scientia media dissensui Petri, v.g. sub auxilio A est infalibiliter connexa unice et determinate cum voluntate divina seu cum amore Dei erga dissensum, ita ut Deus suis principijs intrinsecis inspectis, nulla potestate possit facere ne ponatur dissensus, si Petrus est relinquendus libere operaturus, ergo scientia Media destruit immediate libertatem divinam, min. in qua est difficultas constat. cum Deus nulla potestate, supposita scientia media dissensus, in qua habenda non fuit liber Deus, possit velle consensum Petri, seu velle concurrere cum Petro ad consensum, alias consensus non esset liber Petro.

32 Rursus principium auferens ab intrinseco supremum dominium Dei erga nostros actus liberos tollit libertatem divinam; sed scientia Media tollit supremum dominium Dei, erga nostros actus liberos; ergo tollit libertatem divinam. probatur min. cetera patent.

Principium

Principium impediens ne Deus utatur creatura sua, quando, ubi, et quomodo voluerit, destruit supremum dominium Dei; sed scientia media impedit Deum ne utatur nostris actibus liberis, quando, ubi, et quomodo voluerit. ergo scientia Media destruit supremum dominium Dei. maior constat. nam si voluntas creata non posset uti suis actibus ubi, quando, et quomodo voluerit non esset domina suorum actuum, neque haberet dominium erga illos; et similiter principium impediens ne Deus utatur creatura sua quomodo voluerit destruit supremum dominium Dei. probatur ergo minor. nam si Deus habet scientiam Mediam consensus Petri, v.g. et non potest Deus impedire consensum, et non potest velle dissensum; impotentia utique omnino antecedenti quodlibet exercitium suae voluntatis. utique non est in manu Dei quod sit scientia media dissensus.

33

Nunc sic: sed destructo supremo dominio Dei, destruitur dominium secundum quod habet creatura in suos actus, est necessarium, ergo scientia Media destruit mediate et in sua radice libertatem creatam. unde adversarii dum ita liberrime et independenter volunt constituere libertatem creatam, eam penitus evertunt. cum libertas secunda stare nequeat sine dependentia immediata a Deo, maior enim perfectio cuiuscumque creaturae est in omnibus dependere a Deo et esse in omnibus ens secundum agens secundum, et liberum secundum supponendo proinde primum ens, primum agens et primum liberum. unde sacra pagina ut adstruat supremum dominium Dei in nostros actus liberos denotat omnes nostras determinationes, et electiones oriri a Deo ut a primo determinante et eligente, iuxta illud Prov. 21* Sicut divisiones aquarum ita Cor Regis, in manu Domini, quocumque voluerit vertet illud* si autem Deus dirigitur per scientiam mediam ad concurrendum ad nostros Actus liberos non vertet Deus cor Regis quocumque voluerit, sed quorsum praeviderit per scientiam Mediam, quae est ante omne exercitium libertatis divinae.

§. II

Corollaria quaedam.

34

Inferes scientiam Mediam auferre a Deo Omnipotentiam, assumptum patet. nam esse Deum omnipotentem est posse omnia iuxta Consilium voluntatis suae, quandoquidem Deus operatur omnia secundum consilium voluntatis suae. Sed si semel Deus per scientiam Mediam praevidit Petrum consensurum fore. v.g. non potest velle quod dissentiat, alias laederet voluntatem Petri. ergo scientia Media tollit a Deo Omnipotentiam. Credamus ergo in unum Deum Patrem omnipotentem factorem caeli, et terrae, visibilium omnium. et invisibilium. ecce iam definitum et revelatum Deum non habere scientiam Mediam. quid adhuc quaeritur?

35 Inferes secundo quod admissa scientia media, redditur inutilis, imo irrisoria oratio, nã ut ait Aug. lib. de nat. & gra. cap. 18 * Quid stultius quã orare ut facias quod habes in tua potestate? * Sed iuxta principia scientiæ mediæ, Consensus v.g. ita est in manu, & potestate liberi arbitrij creati, ut nisi ipsũ arbitrij creati se ipsũ determinet nequeat facere liberũ arbitrij creatũ consentire libere, ergo redditur oratio inutilis, & irrisoria, ergo stultissime petimus a Deo ut nos convertat, ad quid ergo dicimus * Converte nos Deus salutaris noster *, ad quid Deum oramus ut nobis consensũ salutarẽ præbeat, si tam conversio, quã consensus est ita in nostra voluntate ut Deus nequeat aliquid disponere de nostro consensu libero? etenim iuxta scientiæ mediæ principia nisi Deus prius in statu conditionato prævideerit Petrũ consensurũ fore non potest velle consensũ Petri. &c.

36 Unde videtur congruere doctrinæ scientiæ Mediæ illud quod Aug. scripsit ad Vitale, Epist. 105 * Nostris orationibus contradicere eos qui dicunt vocationi Dei consentire ita nostrũ esse, ut si velimus fiat: si autem nollimus nihil in nobis operationẽ Dei valere faciamus * Absit ut hoc sentiamus, nam actualis consensus vocationi Dei est maximũ beneficiũ, unde ipsũ consentire est nobis a Deo gratiose donatũ est enim consentire quoddã bonũ, & ut ait Iacobus * omne datum optimũ desursũ est descendens a Patre luminũ *, unde Aug. lib. de dono persev. cap. 20. ait * Fidelis orat Deum, et dicit; da quod iubes, & iube quod vis, * & paulo inferius * iubet autem ut credamus, & dat ipsũ credere *. &c.

37 Alia plura absurda quæ ex scientia Media videntur deduci, ut Deus non habere rationẽ primæ causæ. nec primi liberi, & alia huiusmodi credibilitatis causa omitto. iam ergo venite & audiamus clarigores vociferantes pro scientia Media

§. III.

Proponitur primum argumentum in favorem scientiæ Mediæ, desumptum ex illis verbis Math. 11. Væ tibi Corozain, &c.

38 His in verbis * Væ tibi Corozain! Væ tibi Bethsaida! quia si in Tyro, & Sydone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in Vobis, olim in cinere, & cilicio pœnitentiã egissent! * in his inquam verbis

Verbis continetur iusta increpatio, qua XPS Dominus exprobrat, Bethsamitidis, & Corozainis, quod pœnitentiæ non egerint, cum Tyri, & Sydonij, si XPS illis prædicasset olim in cinere, & cilicio pœnitentiæ egissent, Sed ut prædicta increpatio iusta, & æqualis sit, futurum conditionatum quod continetur in prædictis verbis prævideri debet a Deo non in decreto subiective absoluto, & obiective conditionato, ergo prævidetur in se ipso pro priori ad decretum. Probatur min. si futurum conditionatum quod continetur in prædictis verbis, scilicet, Pœnitentia Tyriorum, & Sydoniorum sub conditione prædicationis XPI, apud ipsos prævideretur in tali decreto maxime quia Deus se ipso & independenter ab hominum voluntate decrevisset efficaciter pœnitentiæ Tyriorum, & Sydoniorum sub conditione prædicationis XPI apud ipsos, & non decrevisset efficaciter conversionem Hebreorum Bethsaidæ, & Corozain, sed si hoc ita esset, iniqua & iniusta esset increpatio comparativa facta a XPO Dño, inter prædictos; ergo ut prædicta increpatio iusta, & æqualis sit, futurum conditionatum quod continetur in prædictis verbis XPI Dni, prævideri nequit in decreto subiective absoluto, & obiective conditionato. mai continet doctrinam prædeterminantium, respuentium scientiæ mediæ. probatur min. ut increpatio comparativa, qua increpatur male operans, relate ad bene operantes iusta, & æqua sit, debet is qui increpatur non carere inculpabiliter aliquo requisito quo gaudet bene operans sine quo impossibile redditur bene operari; sed si Deus se ipso, & absque consultatione creaturæ, omnino & independenter ab ipsa, decrevisset efficaciter pro sua divina voluntate, conversionem Tyriorum, & Sydoniorum, sub conditione prædicationis XPI, apud ipsos, & sub eadem conditione decrevisset efficaciter, & pro sua divina voluntate non conversionem Betsaidorum, & Corozainorum, illi carerent inculpabiliter requisito aliquo indispensabiliter exacto ad bene operandum relate ad Tyros, & Sydonios qui sine diligentia sua haberent ex mera liberalitate divina illud requisitum sine quo impossibilis est operatio, & quo posito, est infalibilis operatio, ergo si prædicto modo Deus decrevisset iniqua, & iniusta esset increpatio facta a XPO. minorem reputant evidentem cum in prædicto casu alij haberent liberaliter præmotionem, quæ alij inculpabiliter non haberent. maiorem autem evidentem esse asserunt. ergo increpatio comparativa iusta, & æqua sit debet is qui increpatur non habere disparatitatem. neque iustam responsionem; S. Hebrei Bethsaidini, & Corozaini XPO Dno. ipsis

exprobranti, possent iustissime respondere * Non bene operati sumus in illis circunstantijs, quia Deus noluit absque merito nostro efformare decretum efficax de nostra conversione, quod decretum absque diligentia, & merito Tyriorum & Sydoniorum efformavit liberaliter, & pro sua divina voluntate.

§. IV.

Retorquetur in Patronos scientiæ Mediæ.

39 Hoc est argumentum infatigabiliter vociferatum, vulgus idiotum commovendo dum ipsos conspicit iam dextrorsum, iam sinistrorsum, iam quoquoversum se convertens, ostensumque manibus pertingere cupientes, quod argumentum si efficax esset, ipse potiori titulo surget contra scientiæ Mediæ Patronos. ut paulisper argumenti verba sincere ponderando, & retorquendo videbimus. ergo quid dicemus? numquid poterit quis blasfemando dicere. ergo iniquitas est apud Deum? Absit. ergo humiliter nos non scrutando inscrutabilia judicia Dei, debemus spem nostram in Deo firmare, sub cuius potestate & providentia certior & securior manet uniuscuiusque creaturæ salus, quæ sub arbitrio et flexibilitate & libertate cuiusque. unde admirando, & laudando debemus cum Apostolo, & Augustino exclamare * O Altitudo divitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quæ inscrutabilia sunt iudicia eius. & investigabiles viæ eius! *

40 Retorqueo igitur argumentum quia iuxta principia scientiæ Mediæ Deus pro signo status conditionati libertatis createæ, prævidit per scientiam Mediam uniuscuiusque creaturæ rationalis voluntatem quæ de facto ex libera determinatione propria, inciderunt in peccatum, non solum illas prævidit in circunstantijs quæ de facto evenerunt, & iuxta quas de facto peccavere, sed insuper prævidit etiam per scientiam mediam easdem hominum voluntates sub alijs circunstantijs, & sub alijs auxilijs sub quibus non peccarent, sed potius bene operarentur, responsuras fore vocationi Dei, unde si in illis ponerentur non ruerent in peccatum, sed potius vitam æternam fuissent assecuturæ & similiter pro eodem signo status conditionati prævidit per scientiam mediam voluntates hominum qui nunc de facto perseverantiam finalem adipiscuntur, quod si sub alijs auxilijs etiam sufficientibus, & sub alijs circunstantijs ponerentur, non responsuri erant vocationi Dei, unde in perditionem prodirent iuxta iudicia, occulta, & iusta Dei, hoc principio, quod utique certum est penes principia scientiæ mediæ. stabilito. en Argumentum.

Si

Si argumentatio supra efformata tenet increpatio quę conti- 41
netur. in prędictis verbis ex cap. undecimo Mathęi non esset iusta, et
ęqua, sed potius iniusta, iniqua, et irrisoria, ergo est quia non datur sci-
entia Media. assumptum suadetur. illa increpatio comparativa, est ini-
qua, iniusta, et irrisoria, quæ. Cui potest adhiberi disparitas Magna,
et clara. et iusta responsio; Sed Bethsaidini, et Corozaini XPO
ipsis exprobranti iustissime respondere possent, * Nos non bene opera-
ti sumus quia Deus insidiator noster fuit, nam cum nos prævidisset
per suę scientię medię in aliis circunstantiis in quibus bene ope-
raturi fueramus, noluit nos in talibus circunstantiis constituere,
sed potius pro suo libito, et absque demerito nostro, cum non dum
nati fuissemus; decrevit in statu absoluto nos constituere in circuns-
tantiis in quibus prævidit quod non responsuri fueramus. et econtra
cum vidiset Deus per eamdem scientię medię, homines quos decrevit
salvare in circunstantiis in quibus non bene operaturi fuerant
noluit illos sub illis circunstantiis constituere, sed posuit illos sub
aliis circunstantiis sub quibus fuerant responsuri vocationi * ergo
in doctrina scientię medię est in qua infertur quod increpatio
quę continetur in prędictis verbis ex cap. 11 Mathęi non est ius-
ta, et ęqua, sed potius est iniusta iniqua, et irrisoria. = Quid ergo
respondent Patroni scientię Medię? numquid non erit ipsis necesse
ad iudicia occulta, et inscrutabilia Dei recurrere? Cur ergo et nos
potiori titulo, et solidiori fundamento non recurremus ad idem asy-
lum? 42

Numquid non misit Dominus Ieremię ad domum figuli
ut ibi dignosceret quid ipsi oporteat facere? Vidit ergo ibi Pro-
feta quod ex eodem luto alia vasa honoris, alia contumelię fecit
figulus.. Numquid ergo ut Augustinus proclamat. Si figulo
licet absque acceptionis nota ex eodem luto alia vasa honoris, a-
lia contumelię constituere, cur similiter Deo non licebit,
absque nota insidiatoris, et acceptionis personarum alios eligere ad
vitę, et alios secundum sua occulta et iustissima iudicia in Chaos
perditionis relinquere. igitur sive thomistę sive Iesuitę respondere
tenentur argumento.

§. V
Respondetur ad argumentum

43 Resp. 1° quod Aug. sibi proposuit hoc idem argumentum, nam cap. 26. in Ioan. haec habet verba. * Quare unum trahat, & alium non trahat, noli velle iudicare, si non vis errare * & cap. 33 de Spiritu & littera ait idem Aug. * Si quis me interroget, cur illi ita suadeatur, & persuadeatur, illi autem non.? duo sola occurrunt quae respondere mihi placeat, O altitudo divitiarum! & numquid iniquitas apud Deum. * = & similiter lib. de dono perseu. cap. 8. ait * Cur iste vocetur, & vocationem sequatur, ille autem non vocetur, aut non ita vocetur ut vocationem sequatur, inscrutabilia sunt iudicia Dei. * videas solutionem Augustini.

& D. Prosper

44 lib. 1 de vocat. gentium cap. ultimo. ait * Profunditas illius quaestionis quae secundum admirationem Apostoli impenetrabilem confitemur per liberi arbitrii, velle, vel nolle; non solvitur, quia licet insit homini malum nolle, tamen, nisi donatum, non habet bonum velle, illud traxit natura per culpam, hoc recipit natura per gratiam. *

45 & D. Thomas similiter 3. contra g. cap. 161. haec habet verba * quare Deus hominum qui in peccato detinentur hos quidem praeveniens convertat, illos autem sustineat, sive permittat secundum ordinem rerum procedere, non est ratio inquirenda, hoc enim ex simplici eius voluntate dependet * Vidistis quomodo SS PP. & Ecclesiae doctores cum Apostolo confugiunt ad inscrutabilia iudicia dei, signum quod est quod non datur scientia media, nam si Deus dirigeretur per scientiam mediam, facillimo negotio respondere posset quisque, ad praedictam insolubilem quaestionem iuxta sanctos patres. asserendo. quod alios convertit Deus quia ipsi voluerunt et quia efficacia reddiderunt auxilia ex se sufficientia, & alios non convertit, quia ipsi noluerunt & quia efficacia noluerunt facere auxilia ipsis collata. certe facilis est haec solutio, & legitima iuxta scientiam mediam, cur ergo illam non praebuit. Apostolus. nec Aug. nec Prosper, nec Ang. doctor? igitur legitima non est, ergo non datur scientia media, confugiamus ergo cum Apostolo, Aug.° & Thoma, & cum sanctis Patribus ad inscrutabilia dei iudicia,

46 & Resp. 2° ad argumentum in forma conc. mai. primi syllogismi, & neg. min, & ad probationem similiter conc. mai. & neg. min. & ad probationem explico maiorem. Ut increpatio comparativa iusta sit, debet is qui increpatur non carere inculpabiliter aliquo requisito, quo gaudet bene operans sine quo

impossibile

impossibile redditur bene operari. dist. ly aliquo requisito, si ser-
mo sit de requisitis tribuentibus posse, et retinentibus ex parte poten-
tiae, seu ex parte actus primi, conc. si sermo sit de requisitis suppo
nentibus posse proximum, et expeditum, et constitutum perfecte ex parte
actum primi, neg. et similiter dist. ly sine quo impossibile redditur
bene operari, ly sine si denotat carentiam requisiti retinentis ex
parte potentiae, conc. si denotat carentiam requisiti retinentis ex parte
actus secundi ~~neg.~~ qui proinde supponit actum primum perfecte constitu
tum impossibile redditur bene operari, subdist. ly impossibile
et illud conc. de impossibilitate conseq. et neg. de impossibilitate antece
denti. et similiter dist. min. si Deus decrevisset modo dicto Beth
saidini, et corozaini carerent requisito retinente ex parte
actus 2i. quod requisitum supponebat actum 1um perfecte constitutum
conc. carerent requisito retinente ex parte potentiae, et actus primi
neg. min. et conseq. et ad probationem quatenus huic solutioni
obstare potest. Respondeo dist. mai. ut increpatio sit iusta etc. non
debet stare disparitas, ~~[illegible]~~ relate ad omnia principia cons
tituentia posse, et retinentia ex parte actus primi. conc. relate
ad alia retinentia ex parte actus secundi, et supponentia posse
expeditum. neg. mai. vel suppositum, nam increpatio unice fundatur
supra posse. et neg. min. nam illa responsio non esset iusta sed fri-
vola, et irrisoria cum possent, tenerentur, et non fuerint operaturi.

§. VI
Proponitur 2um argumentum in favore scientiae Mediae desumptum Ex cap. 4. Sapient. Raptus est. etc.

41

Quia his in verbis ~~[illegible]~~ * Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius *
continetur hoc futurum conditionatum * si hic iustus qui raptus est
diutius maneret in vita, laberetur in peccatum * sed haec veritas ne
queit cognosci a Deo in decreto subiective absoluto, et obiective conditio-
nato, ergo veritas huius futuri conditionati praevidetur per scientiam Mediam
in se ipsa. prob. min. si veritas huius conditionati praevideretur, et
inniteretur decreto Dei subiective absoluto, et obiective conditionato
parum commendaretur amor Dei erga hunc iustum; sed ex sacra pa-
gina constat quod Amor Dei plurimum commendatur erga hunc iustum

nq subdit Scriptura * Placita enim erat Deo anima illius * g° veritas prædicti conditionati non est innixa decreto. probr mai. Si veritas prædicti conditionata esset innixa decreto, Deus ita decrevisset * decerno quod si iustus iste diutius vivat, exerceat pravas operationes * sed si Dq ita decrevisset non commendaretur amor Dei erga hunc iustũ; g° si veritas prædicti futuri innixa est decreto non commendatur amor Dei erga hunc iustũ. probr min. si Deus decrevisset prædicto modo Dq peculiari decretũ compulisset ut solũ se exerceret per operationes ab ipso præordinatas; g° potius Deus induceret iustũ illũ in pericula, et perditionẽ, quã quod illũ a periculis liberaret. g° parũ commendaretr amor Dei, erga illum.

§. VII.
Retorquetur. & diluitur

48 Resp. 1° retorquendo argumentũ nq ut pro nunc ex principiis scientiæ Mediæ supponimus Dq per ipsã scientiã Mediã prævidit in statu conditionato illũ eũdẽ iustũ quod etiã si diutius viveret, et poneretur sub talibus, vel talibus auxiliis ipsis foret responsurus, et gratiã conservaret, et pœnitentiã finalẽ sortiretur, cur g° eũ Deus diutius non conservavit in vita, ut sic iustificaretur amplius, et sic magis et magis cresceret in gratia, et merito.? ut quid g° eũ decrevit Deus constituere in circumstantiis in quibus non fuerat responsurus vocationi, si diutius viveret, cũ Deus in illis. illũ posset constituere? dicemus ne quod Deus non dilexit iustũ illũ sicut illũ debebat diligere. absit ut hoc dicamus. g° et defensores scientiæ mediæ solvere tenentur argumentũ quod contra nos efformant.

49 Resp. g° 2° quod et si Deus videat veritatẽ illã illius futuri conditionati in sua Essentia ut determinata per decretũ illud subiective absolutũ, et obiective conditionatũ non exinde convincitur quod amor Dei non commendatur plurimũ erga illum iustũ, plurimũ enim commendatur, et propterea illũ e periculis huius vitæ vocavit,. unde ad argũ in forma Resp. conc. mai, et min et ad probationẽ neg. mai, et ad probationẽ. explico maiorem Deus ita decrevisset, &c, decreto positivo ad materiale illarũ operationũ, et permissivo, ad formale malitiæ illarũ, conc. alio modo neg. mai. et dist. min. si ita decrevisset modo explicato, parũ commendaretr amor. neg. min. si alio mod. trans. min. et neg. sequ. et ad probationẽ, neg ans. nq Deus decernendo materiale peccati, et permittendo

permittendo formale illius non compellit ad malum. ut pro nunc tunc ex tract. de Voluntate, tum ex tractatu de peccatis supponi debet. sicut quando praedeterminat ad bonum, non compellit voluntatem ad bonum, sed illam movet fortiter, et suaviter, fovendo, et faciendo, seu producendo, et libertatem conservando.

50

Unde D. Th. q. 6. de malo ar. unic. ait: * Deus movet voluntatem immutabiliter, propter efficaciam voluntatis moventis, quae deficere non potest. sed propter naturam voluntatis motae, quae indifferenter se habet ad diversa non inducitur necessitas, sed manet libertas. * idem docet 1. 2. q. 10. ar. 4. ad. 3. = et q. 112. ar. 3. in corp. = et alibi pluries.

51

D. Ansel. similiter lib. de Concordia praescientiae, et praedestinationis cum libero arbitrio. cap. 1. ait: * Quoniam quod Deus vult, non potest non esse cum vult hominis voluntatem nulla cogi, vel prohiberi necessitate ad volendum, vel ad non volendum, et vult effectum sequi, tunc necesse est voluntatem esse liberam, et esse quod vult. *. stat ergo quod Deus suo decreto subiective absoluto, et obiective conditionato, decernat materiale peccati, in praedicto iusto qui raptus est, si diutius viveret, et simul decreto permissivo permittat formale peccati quin ex hoc inferre liceat, Deum compellere, et inducere iustum illum in pericula sub conditione quod diutius conservaretur in vita.

§. VIII.
Proponitur argumentum ex laesione libertatis.

52

Scientiam Mediam favere libertati acriter propugnant eius assertores, verum illam penitus evertere iam demonstravimus. sic ergo arguunt pro scientia Media = Si scientia conditionatorum esset innixa decreto ab intrinseco efficaci, voluntas creata in statu absoluto praedeterminata ad consensum nulla potestate posset ponere dissensum, seu carentiam consensus; sed ut voluntas sit libera debet posse ponere dissensum, vel carentiam consensus adhuc sub auxilio collato ad consensum; ergo scientia conditionatorum non est innixa decreto ab intrinseco efficaci. minorem non probant, sed eam ex terminis libertatis supponunt de cuius ratione est indifferentia ad utrumque extremum tam contrarietatis quam contradictionis. =

probant. ergo mini. Si voluntas creata esset libera, posset sub quocumque auxilio ponere dissensum secundum praedicata essentialia ipsius, sed voluntas creata praedeterminata ad consensum non potest ponere dissensum, secundum praedicata essentialia ipsius; ergo voluntas creata in statu absoluto praedeterminata ad consensum non potest ponere dissensum secundum praedicata essentialia ipsius; maiorem ut notam supponunt quia implicat potestas ad aliquid quin detur potestas ad praedicata essentialia illius; cum ista non differant a re cuius sunt praedicata essentialia. = min. autem sic probant. Si voluntas creata praedeterminata ad consensum posset ponere dissensum, secundum praedicata essentialia ipsius, posset ponere dissensum ut est sub praedeterminatione ad ipsum dissensum, sed voluntas creata praedeterminata ad consensum non potest ponere dissensum ut est sub praedeterminatione ad ipsum dissensum; ergo voluntas creata praedeterminata ad consensum non potest ponere dissensum secundum praedicata essentialia ipsius: = maiorem supponunt, cum unum ex praedicatis essentialibus dissensus sit praedeterminatio ad ipsum = min. autem sic probant. = ut posset voluntas creata ponere dissensum ut est sub praedeterminatione ad ipsum erat necessarium quod esset in manu voluntatis praedeterminatio ad dissensum, sed in sententia praedeterminantium, et iuxta veritatem non est in manu voluntatis creatae neque praedeterminatio ad consensum, et dissensum, neque carentia praedeterminationis ad ipsos. ergo voluntas creata non potest ponere dissensum, secundum praedicata essentialia ipsius dissensus.

53 Rursus ut voluntas creata sit libera in ordine ad consensum, v.g. respectu cuius habet praedeterminationem, erat necessarium quod posset in non esse consensum; sed non potest; ergo voluntas creata non est libera in ordine ad consensum. probatur min. nam si voluntas creata dum est praedeterminata ad consensum, posset ponere non esse ipsius consensus, posset destruere complexum, ex praedeterminatione, et consensu. Sed non potest; ergo voluntas creata dum est praedeterminata ad consensum non potest ponere non esse ipsius consensus. mai apud ipsos videtur certa, nam qui potest impedire unam partem alicuius complexi, potest impedire totum complexum = probant ergo min. nam ut voluntas creata dum est sub praedeterminatione ad consensum, posset impedire existentiam illius complexi, ex praedeterminatione et consensu, debebat posse ponere non esse consensus ut est sub

sub prædeterminatione ad ipsum; sed non potest; ergo voluntas creata dum est sub prædeterminatione ad ipsum consensum non potest ponere non esse ipsius consensus. prob. min. nam ut voluntas creata posset ponere non esse consensum, pro ut est sub prædeterminatione ad ipsum, debebat posse dei trahere seu auferre ipsius prædeterminationem, sed à extra prædeterminantes, et veritatis non potest voluntas in prædeterminationem; ergo voluntas creata dum est sub prædeterminatione ad consensum non potest ponere non esse ipsius consensus.

59

Hoc est argumentum his, vel aliis terminis propositum, quod est Achiles prohienda scientia Media, cum careat ratione apriori suasiva talis scientiæ, cui argumento pluribus ab hinc annis est usque ad superabundantiam satisfactum a Doctoribus prædeterminationis amatoribus, et scientiæ mediæ respuentibus, verum scientiæ mediæ addictis, nollentes veritatem intelligere hinc inde pro libertate proclamant: proclamant, utique sed in re libertatem everturt in sua radice, verum cum populosa audientium plebe, ut est parvulorum adiscentium multitudo, et imperitorum hominum tumultus, solum innanem verborum sonitum percipiant, et solidam Thomistarum doctrinam, veritate, utique plenam vel non audiant vel non percipiant, ideo plausum inquirendo cum plebe, tot canutis insonantibus clamant, totque clangoribus, manuumque elevatione veluti cœlum ipsis manibus percipere simulant, et quod horrendum et execrabilius est iniuriosis verbis et hæreticis impositionibus thomistas inorunt. O bone Deus, quot et quantas pro veritate decernis iustos subire calumnias! unde ut falacia argumenti clarius dignoscatur illud ipsum retorquere placet, præcipue contra plerosque qui ad tuendam scientiæ Mediæ prædefinitiones efficaces, et si regulatas per scientiam mediam, in statu absoluto dignoscunt. pro cuius maiori explicatione sequentem questionem iudicavi congruum instituere. = quam etiam questionem ~~etiam~~ instituo, ut aliquem et communem modum inter Iesuitas tuendi scientiæ Mediæ explicemus, etenim in quadam digressione diximus plures Iesuitas et scientiæ Mediæ deffensores prædictas prædifinitiones efficaces regulatas per scientiam Mediam agnoscere, ut necessarias ad ipsius tuendam. inter quos Illust. S. Pedro =

Quaestio Quarta

Utrum admissis praedifinitionibus efficacibus scientiae mediae destruatur libertas etiam immediate?

§. 1. Praemittuntur nonnulla.

55 Scientiam Mediam destruere libertatem mediate, illam scilicet suffocando in sua radice, quatenus directe et immediate pugnat talis scientia cum libero supponimus pro nunc ex dictis q. anteced. §. 1. n. 31. unde quaestio praesens instituitur ad manifestandum an, in doctrina scientiae Mediae ut communiter adstruitur a suis propugnatoribus, admittendo nempe praedifinitiones efficaces ab extrinseco, quae etsi subsequantur ad actum liberum prout in statu conditionato, tamen illum antecedunt pro aliquo signo, secundum quod consideratur actus liber in statu absoluto, an scilicet in hac doctrina destruatur libertas creata etiam immediate et directe.

56 Pro cuius intelligentia notandum est quod praedefinitio Dei erga nostros actus liberos dupliciter poterat confingi iuxta principia scientiae Mediae. Primo ita ut non solum sit prior determinatione voluntatis absolute futura, sed etiam quod sit prior eadem determinatione voluntatis conditionate futura. Secundo ita ut [illegible] sit posterior libera determinatione voluntatis [illegible] ~~[illegible] [illegible] (scientia Media)~~) conditionate futura supponens que scientiam Mediam, et solum sit prior consensu voluntatis absolute futuro. De primo genere praedefinitionis supponunt autores scientiae Mediae, esse quasi ita difficilem ac praedifinitio Thomistica, unde fatentur laedere immediate libertatem, unde tota difficultas devolvitur ad secundum genus praedifinitionis. Utrum nempe destruatur immediate libertas, admissa praedefinitione modo explicato in hoc secundo genere.

57 Prima sententia asserit quod [illegible] Deus post scientiam mediam liberam determinationis voluntatis creatae potest praedifinitione antecedente in statu absoluto et inevitabiliter conexa-

conexa cum operatione omnino absoluta, nulla importata conditione ex parte obiecti, praedefinire consensum liberum absolute futurum: ita Eximius Suarez 1. p. lib. 1. de praedef. cap. 8. n. 28. Illust. San Pedro in suis manu scriptis. tract. de Praedefinitionibus disp. 1. cap. 1. et asserit esse communem inter doctores Societatis = = = = = = = = = = Secunda Sententia 58 asserit per praedictas praedifinitiones laedi libertatem nonnunquam per diffinitiones Thomisticas. ita P. Vazquez disp. 98. cap. 20. et disp. 99. cap. 3. et 3. p. disp. 23. cap. 9. 10. et 11 = Herice de praedif. disp. 7. cap. 5. n. 28. et disp. 29. cap. 9 = Alarcon 1. p. tract. 9. disp. 1. cap. 6.

§. II. Statuitur Concl.º 59

Sit Concl.º: Iuxta principia scientiae Mediae praedefinitiones quamvis ab extrinseco sint unice efficaces, et regulatae per scientiam Mediam destruunt immediate libertatem creatam = 60

Haec Concl.º efficaciter probatur retorquendo praeiacens argumentum ex quo motivum sumpsimus ad hanc quaestionem instituendam. quia iuxta principia Scientiae Mediae ita vitrea et delicata est nostra libertas, ut quaelibet suppositio antecedens conexa infalibiliter cum uno extremo libertatis, tollit libertatem immediate, sed illa praedifinitio quantumvis regulata per scientiam Mediam est inevitabiliter et infalibiliter conexa cum uno extremo libertatis in statu absoluto: ergo talis praedifinitio tollit immediate libertatem. maior est argumentum Iesuitarum contra nostras praedifinitiones Thomisticas, min. est doctrina supposita, et ab omnibus vel fere omnibus communiter admissa, et consequentia infertur evidenter. 61

Rursus, iuxta omnes Patronos Scientiae Mediae si Deus in statu conditionato praevideret et praepararet aliquam praedifinitionem, ut sub ipsa praevideretur consensus in eodem statu conditionato absdubio asserunt quod destrueretur libertas, Similiter si praedifinitio antecedit in statu absoluto, destruet libertatem in eodem statu absoluto. consequentia videtur constat. cum militet eadem ratio scilicet, quia in statu conditionato tollit libertatem, quia esset suppositio antecedens actum, et inevitabiliter conexa cum actu. sed etiam in statu absoluto, est suppositio antecedens, et inevitabiliter conexa cum illo. ergo si conditionate praecedens destruit libertatem in statu conditionato, absolute antecedens destruit libertatem in statu absoluto. 62

Rursus, sic replicavi olim contra istas

praedifinitiones regulatos per scientiam mediam, in Regali Collegio Societatis huius Salmanticae universitatis. quia praedifinitio ista regulata per scientiam Mediam si antecedit actum in statu absoluto illum antecedere debet etiam in statu conditionato, ~~[illegible]~~ sed si in utroque statu praecedit est suppositio antecedens invitabiliter conexa cum uno extremo, quae suppositio iuxta vestra principia destruit immediate libertatem; ergo si semel antecedit in statu absoluto destruit libertatem= negabant maiorem. sic arguebam si solum antecedit actum liberum talis praedifinitio in statu absoluto, et non in statu conditionato, talis praedifinitio est chymerica, ergo si talis praedifinitio praecedit actum liberum in statu absoluto, illum debet praecedere in statu conditionato.= neg. ans. sic replicavi: si praedifinitio solum praecedit consensum v.g. in statu absoluto, et non in statu conditionato, Consensus qui nunc defacto existit in statu absoluto aliter existet in statu absoluto, ac fuit praevisus extiturus in statu conditionato; sed praedifinitio arguens consensum qui defacto existit in statu absoluto, aliter existere in eodem statu absoluto ac fuit praevisus extiturus conditionate in statu conditionato est praedifinitio chymerica, ergo si talis praedifinitio solum praecedit actum liberum, v.g. consensum, in statu absoluto, et non in statu conditionato talis praedifinitio est chymerica. negabant mai. ipsam probavi quia consensus iuxta solutionem traditam praevidetur in statu conditionato extiturus conditionate nullo modo praevisa praedifinitione, sed potius praevisa praedifinitione pro signo posteriori ad consensum, sed in statu absoluto vice versa res se habet. cum praedifinitio sit pro signo anteriori ad consensum, iuxta doctrinam traditam, ergo consensus in statu absoluto aliter existit, ac fuit praevisus extiturus in statu conditionato.

63 Rursus Confirmavi assumptum nam status absolutus nihil aliud importat quam status conditionatus purificata conditione, ergo si praedifinitio prout in statu conditionato antecedit actum aufert immediate libertatem actus etsi sub conditione, praedifinitio prout in statu absoluto antecedens actum auferret immediate in statu absoluto libertatem.

64 Rursus Status absolutus nihil aliud est quam status conditionatus purificata conditione, conditio enim nihil ponit in esse, et hoc ipso omne quod habet consensus in statu absoluto habuit etiam conditionate in statu conditionato, sed per vos in statu absoluto existit consensus taliter, quod ipsum praecedit absolute praedifinitio, ergo similiter in statu conditionato debuit praedifinitio praecedere conditionate consensum conditionatum vel

vel si in statu conditionato non præcedit prædifinitio consensus, aliter existit consensus in statu absoluto, ac fuit prævisus extiturus conditionate, in statu conditionato.

65

Cumulavit respondens verba, ipsa verba vocum strepitu ponderavit, verum solutionem non intellexi, unde iam consumpto toto temporis spacio admotus, et sonitus vocum tetigit cimbalus et foras exivimus quilibet in suo sensu superabundans.

§. III.
Communis Iesuitarum solutio.

66

Communis solutio ad nostram rationem est quod ideo prædefinitio efficax præcedens actus liberos, v.g. consensus, in statu absoluto non tollit libertatem consensus, quia voluntas existens in statu absoluto potest simpliciter impedire prædefinitionem efficacem et scientiam mediam consensus, et facere quod talis scientia media consensus, quæ extitit ab æterno ne extiterit. assumptum probant discursu ipsis evidenti. nam si voluntas in statu absoluto existens non posset impedire hanc prædefinitionem efficacem, non posset omittere actus prædefinitus, unde non esset libera.

67

Rursus probant idem assumptum nam quia libertas convenit voluntati potest in statu conditionato impedire prædifinitionem consensus. Sed etiam convenit voluntati libertas in statu absoluto, ergo et ibi potest impedire simpliciter prædifinitionem consensus.

68

Rursus. qui potest ponere formam incomposibilem cum alia, potest impedire illam aliam; sed voluntas potest ponere simpliciter et omnibus modis formam incomposibilem cum prædifinitione efficaci consensus; ergo voluntas potest impedire in statu absoluto prædifinitionem efficacem consensus. min. constat, cum voluntas in statu absoluto possit simpliciter et omnibus modis ponere dissensum, qui est forma incomposibilis cum prædifinitione consensus. sic vidi pluries Iesuitas respondere et sic habet Illust. Sanpedro ubi supra disp. 2. cap. 1.

§. IV.
Diluitur.

69

Sed quis non videat solutionem præiactam, et supra efformatos discursus, se ipsos in terminis implicare si enim hæc prædifinitio et si regulata per scientiam mediam, efficax est, et inevitabiliter coniungibilis cum operatione, ut fatetur sententia adversariorum, quomodo eam esse impedibilem fatentur? recantent ergo palinodiam, dum in æternitate asserunt esse inimpedibilem, et argumenti vi oppressi

asserunt impedibilem esse, unde si stare debent hae doctrinae fateantur argumentum contra nostram doctrinam efformatum ex laesione libertatis non convincere, vel fateantur quod sua praedefinitio destruit immediate libertatem.

10 Rursus ostendo hanc solutionem quam communiter praestant Jesuitae esse implicationem in terminis, et recantare palinodiam. Nam rationes quibus suadere conantur existentiam praedefinitionis regulatae per scientiam mediam si quid probant, probant talem praedefinitionem esse efficacem, et inevitabiliter coniungibilem cum operatione, ergo dicere involutionem esse absolute impedibilem a voluntate in statu absoluto, est implicatio, et recantare palinodiam. assumptum constat eos audiendo et ipsos legendo, sic enim probat suam doctrinam in suis manuscriptis Illust. San Pedro: Non implicat suppositio regulata per scientiam mediam connexa infallibiliter cum actu in statu absoluto, quae non tollat libertatem, talis est praedefinitio efficax regulata per scientiam mediam, ergo non implicat, sed potius datur. maior prob. quia cogitatio congrua et auxilium efficax est suppositio antecedens ad consensum v.g. in statu absoluto, et infallibiliter connexum cum consensu, sed coniunctum ex scientia media, et purificatione conditionis seu ex auxilio sufficienti sub quo praevidit Deus consensum sub conditione futurum, praecedit in statu absoluto consensum ut absolutum, et aliud coniunctum illud inevitabiliter connectitur cum consensu absoluto, etenim illud coniunctum consistit in istis duabus propositionibus * Si Petrus vocaretur isto auxilio et sufficienti, consentiret = Sed Petrus vocatur isto auxilio et sufficienti * quae duae propositiones coniunctim sumptae essentialiter connectuntur cum ista consequentia * ergo Petrus consentit *, sicut in omni syllogismo coniunctum ex duabus praemissis veris connectitur cum consequentia essentialiter. ergo praedefinitio efficax ad consensum connectitur essentialiter cum consensu, et illum praecedit in statu absoluto.

11 Rursus sic confirmat suum assumptum: Non repugnat Deo huiusmodi decretum * Volo existere consensum liberum voluntatis, sub conditione quod ipsa sit libera et indifferens ad consentiendum, vel non consentiendum *; sed huiusmodi decretum ex parte sui antecedit consensum absolutum, et inde est omnino incompatibile quod voluntas existat libera, et non consentiat, quia decretum efficax conditionatum est omnino incompatibile cum eo quod sit purificata conditio, et quod non existat obiectum decreti illius sub conditione, quod obiectum est consensus liberi. ergo hoc decretum est incompossibile cum eo quod voluntas ponat omissionem consensus liberi, sed infallibiliter ponet consensum liberum.

En

En probationes quas ab ipsis audivi pro tuendis suis praedifinitionibus efficacibus regulatis per scientiam Mediam, et quas sigillavi ex ipsis, praesertim ex manuscriptis Illust. San Pedro quae manuscripta habui prae Manibus. Ex quibus probationibus non solum constat quod praedifinitio efficax regulata per scientiam Mediam est imimpedibilis. et inevitabiliter conexa cum actu, sicut et ab ipsis affirmatur in Xl°. Sed insuper constat admitti ab ipsis decretum subiective absolutum et obiective conditionatum, ut videre est numero praecedenti. unde recantant mirabiliter palinodiam. 12

13

Nec valet dicere, istud decretum formari adeo post absolutam existentiam consensus liberi. = Non inquam id valet nam eadem ratione qua ipsi statuunt hoc decretum pro signo posteriori scientiae mediae possumus dicere, et congruentius ad perfectionem Dei in decernendo quod Deus pro signo anteriori ad scientiam conditionatam consensus liberi, decernit. idest hoc modo ✱ Volo existere consensum voluntatis sub conditione quod ipsa sit libera libertate secunda, et insistenti indifferentia causae secundae, ad consensum, et ad eius carentiam. 14

Verum quidquid sit de natura et quidditate huius praedifinitionis efficacis regulatae per scientiam Mediam, sit vel ne inevitabiliter coniungibilis cum actu in statu absoluto. sic argumentor contra solutionem praeiactam quatenus asserit esse impedibilem. Nam si voluntas creata pro suo libito, et ut libera sit potest in statu absoluto impedire praedifinitionem efficacem, et facere nunc ne extiterit ab aeterno scientia media consensus sub ista praedifinitione. quae scientia Media ab aeterno usque nunc extitit in Deo, Sequitur et Deus ab aeterno ignorarasse hunc actum liberum qui impedimentum est praedifinitionis efficacis ad consensum, et quod naturaliter insit voluntati potentia ad faciendum ne fuerit quod iam fuit, seu insit voluntati potentia ad praeteritum. Sed potentia ad praeteritum, adminus naturaliter, repugnat, imo in mag. adhuc de potentia absoluta non datur potentia ad praeteritum, seu ad faciendum ne fuerit quod iam fuit; ergo implicat quod voluntas creata possit impedire praedifinitionem efficacem ad consensum. Sequella quoad utramque partem patet. nam si Deus praevidisset dissensum v.g. qui est forma impediens praedifinitionem ad consensum, non habuisset Deus ab aeterno scientiam mediam dissensus, media qua offerat praedifinitionem ad consensum, alias haberet duas scientias

mediam oppositam. similiter potentia ad praeteritum iuxta omnium Philosophorum et Theologorum consensum repugnat saltim naturaliter.

15 Huic replicae, quoad primam partem sequellae nescio quid respondeant, nec contra ipsos vidi illam obiectionem, quae mihi evidens videtur, quod secundam Respondet Theol. San Pedro negando, quod ex eo quod voluntas creata ut libera sit, possit pro suo libito facere ne extiterit ab aeterno scientia media consensus, quae ab aeterno extitit in Deo, sequatur quod voluntas creata habeat potestatem ad praeteritum, quia et si in Deo fuisset ab aeterno scientia media consensus, et postea voluntas creata in statu absoluto pro sua libertate dissentiat solum convincitur quod voluntas creata faciat quod non sit, neque fuerit praeterita scientia media consensus, quae scientia aliunde ab aeterno existebat, unde faciet quod incipiat esse in Deo ab aeterno scientia media dissensus.

16 Sed contra nam haec solutio est implicationibus plena. quia ex terminis potentia ad praeteritum vel est ita, ut denuo iterum sit. quod igitur fuit, et est praeteritum vel ita ut quod revera est praeteritum, non sit nunc praeteritum. immo hoc secundum affert secum maiorem implicationem. nam primum aliquomodo est possibile Deo saltim in rebus permanentibus, unde iterum possunt reproduci a Deo, et si in rebus successivis videatur implicatorium. ut tenet communior thomistarum sententia. at vero secundum scilicet quod nunc non sit praeteritum, neque fuisset quod revera fuit. est insignis chymera. perpendatis quaeso quantis implicationibus et chymeris implicentur ad scientiam mediam tuendam. ergo deveniendo ad ultimum hic modus dicendi facit et quod Deus transeat in tempore, seu incipiat in tempore scire ab aeterno, quod ab aeterno ignorabat, quae utique est ingens et insignis chymera, et quod non sit praeteritum, quod revera est praeteritum. quae est alia insignis chymera etenim, si voluntas creata impedit suam difinitionem ad consensum facit voluntas eliciendo dissensum, et quod Deus in tempore incipiat de novo scire dissensum, et quod desinat scire ab aeterno consensum, quem ab aeterno sciebat, et facit ne extiterit scientia media dissensus, quod est facere ne sit praeteritum quod est praeteritum. erit ergo excogitabilis aliqua alia insignior chymera? si nunc incipit scire dissensum, et habere scientiam mediam dissensus, quomodo ab aeterno scivit dissensum, et habuit scientiam mediam illius. ipsi ergo assertores scientiae mediae deglutiant haec inconvenientia, nam gutur nostrum similia deglutire nequit.

Igitur.

Igitur Illust. San Pedro ubi supra disp. 2. cap. 2. victus quod argum. convincit sequi dari potentiã ad præteritum: respondet 2o. & asserit quod nunc de facto voluntas creata habet potestatem faciendi ne fuerit in Deo ab æterno decretum prædefinitivum consensus quod ab æterno fuit. = simi liter asserit quod voluntas creata habet potestatem faciendi ne fuerit in Deo scientia media consensus quæ ab æterno in Deo existebat. = Rursus asserit quod voluntas creata potest nunc facere quod visio beata XPI Dni, quæ terminabatur ad consensum nunc non terminetur neq. ad ipsum fuerit terminata ex eo quia voluntas pro suo libito ponat dissensum.

18

Denique asserit quod in Deo est nunc de facto seu de præsenti potentia & libertas expedita ad faciendum ne creatio mundi extiterit. Quod sic suadet, nã eadem potestas quæ fuit ab æterno in Deo, & quã pro quocunque signo habuit, habet nunc in hoc instanti nostri temporis, & in signo suæ æternitatis quod correspondet huic nunc nostri temporis: Sed ab æterno, & pro signo anteriori ad decretum de creatione mundi potuit Deus expedi te ponere decretum de mundi carentia, in quo casu creatio mundi nunquã extitisset; ergo & nunc seu in signo suæ eternitatis correspondenti huic nunc nostri temporis potest Deus omnino expedite facere ne fuerit creatio mundi, & quod fuerit ab æterno decretum de non creatione mundi. Unde concludit iste Ill. M. ergo potentia ad præteritum non est ita chymerica ut de facto non detur tum in voluntate creata, tum in Deo.

19

Sed o ingens intellectus excæcatio, dum ut suæ scientiæ Mediæ tueantur & cum ea libertatem creatæ componant, orbari videntur mentis oculis! Unde sic insurgo contra istum modum dicendi: Ergo nostra Fides nullum firmum fundamentum habet, & proinde dubii erimus de æternitate gloriæ, & de æternitate inferni. conseq. probr. quia si aliquod firmum & stabile fundamentum haberet nostra Catholica Fides maxime decretum Dei quod de facto existit, circa æternitatem gloriæ, & pænæ. v.g. ut manifestatum per divinam revelationem, proposita fidelibus per Ecclesiã, sed existentia huius decreti divini, quã fide liter credimus dari, non arguit iuxta prædictum modum dicendi, certitudinem circa æternã durationem gloriæ, & inferni: ergo si vera est præiacta doctrina nullum firmum fundamentum habet nostra fides. probr. min. nã etsi verum sit quod nunc existit illud decretum, potest Deus pro sua libertate facere ne extiterit ab æterno hoc decretum, & quod extiterit ab æterno aliud decretum de non durando per æternitatem gloria, & infernum, ergo illud fundamentum quod assignatur ad nostrã fidem stabiliendam firmum non est.

80 Dices, ideo prædictum decretum quod nunc habet Deus de æternitate gloriæ, ergo est solidissimum fundamentum nostræ fidei, quia habemus revelationem de eo quod Deus aliter non est decretaturus.

81 Sed contra nam etiam si detur ut de facto datur decretum de eo quod Deus aliter non est decretaturus, tamen etiam de hoc decreto quasi reflexo, reddit idem argumentum, nam iuxta doctrinam traditam eandem potestatem quam habuit Deus pro signo anteriori ad omne decretum habet nunc, et pro omnibus signis, sed pro priori ad decretum poterat expedite aliter decretare, ergo et nunc. vasis ergo et fundamentum nostræ fidei infirmatur.

82 Contra secundo iuxta prædictam doctrinam Deus expedite potest nunc facere ne creatio mundi extiterit: Nunc sic, demus quod Deus faciat ut potest quod creatio mundi ne fuerit, ita ut sit vera hæc chategorica, * Mundus non est * (prolata nempe a Deo hæc categorica, cum nulla creatura existat), ergo hæc est vera nulla creatura existit, ergo gloria non existit. ergo infernus non existit, imo hæc est vera nulla creatura extitit, ergo Beati non extiterunt, ergo Reprobi non extiterunt. ergo evacuatur gloria, et infernus redegit in purum nihil. = Certe mihi evidentes videntur hæ consequentiæ, et infallibiliter deductæ, verum non credo aliquem Chatholicum illationes has devorare. videatis ergo quales, et quæ illationes ex scientia Media deducuntur. nos ergo constanter dicimus non dari potentiam ad præteritum, unde etsi Deus possit corruptum iterum reparare, et Angelos recreare, si illos Deus voluisset anihilare tamen non potest facere quod illud quod fuit non fuerit.

83 Ad argumentum ergo in forma num. 78. propositum quatenus nostræ doctrinæ obstare potest, Respondeo negando quod ut salvetur Libertas divina sit necessarium quod Deus habeat pro omni signo etiam posteriori ad decreta libera eandem potestatem consequenter quam habuit pro signo anteriori ad omne decretum, nam semel quod Deus sedeterminavit per Volitionem Mundi v. g. non potest. Deus in potentia utique consequenti, et ex suppositione, prorumpere in nolitionem mundi et hoc non solum ratione suæ immutabilitatis, sed etiam ex eo quia cum quodlibet decretum sit æternum, semel existente volitione ad aliquam creaturam terminata, non potest existere carentia illius volitionis seu carentia terminationis ad illum, nam quodlibet est, vel non est. ergo de primo ad ultimum admissis prædefinitionibus efficacibus scientia Media non solum mediate et mediatrice, sed et immediate destruit libertatem creatam.

QVÆSTIO QVINTA, ET VLTIMA.

FAVEAT NE PRÆDETERMINATIO THOMISTICA LIBERTATI?

§. 1. Statuitur pars affirmativa.

84 Paucis quæ fas erat me expediæ ab hac quæstione, tum quia tempus instat, & S. Ioannis Baptistæ festivitas properat, tum quia directe ad tractatum de Auxilijs expectat. verum movetur quæstio præsens ad solutionem præbendam argumento facto quæst. mediate præcedenti, §. 8. n. 52. 85 Sit ergo nostra conclusio

Prædeterminatio physica orta a decreto abintrinseco efficaci, & præcedens nostrum actum liberum, quam thomistæ agnoscunt, est amicissima libertati. 86 Probatur breviter.

illud quod producit et causat aliquam rem nequit illam destruere, quando causando, & producendo concurrit; sed prædeterminatio fisica orta a decreto abintrinseco efficaci, & præcedens actum liberum quam prædeterminationem thomistæ agnoscunt, causat, & producit libertatem; ergo nequit illam destruere. probatur minor. quia libertatis in actu secundo assignanda est aliqua causa, seu ut formalius loquar assignanda est causalitas qua mediante a Deo producatur & causetur, sed hæc nulla alia excogitabilis est nisi prædeterminatio, ergo talis prædeterminatio causat et producit libertatem. minor constat. tum quia talis prædeterminatio ortum habet a decreto divino secundum quod Deus omnia causat, nam omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ. tum quia omnis causalitas præcedere debet saltim pro aliquo signo suum effectum. ergo nulla alia excogitabilis est nisi dicta prædeterminatio. 87 Dices

quod causa unica libertatis in actu secundo est voluntas creata. 88 Sed contra 1º. nam voluntas creata unice potest esse causa secunda libertatis creatæ in actu 2º. ergo debet assignari causalitas ex parte Dei, qua mediante Deo ut primo agenti, & primo libero subordinetur etenim ~~secunda~~ libertas in actu 2º. v.g. consensus debet etiam immediate

dependere a Deo, & causari a Deo. Nisi velis libertatem in actu 2° subterfugere causalitatem divinam, quod nequit dici; etenim omnis creatura & omnis effectus creatus dependet immediate a Deo; Sed Deus cum sit agens per intellectum, & voluntatem, iuxta illud * qui fecit cęlos in intellectu * & iuxta illud * operatur omnia secundum consilium voluntatis suę * non potest facere a se dependentem immediate consensum nisi media fisica prędeterminatione ergo fisica prędeterminatio est causalitas, qua Deus producit libertatem in actu 2°. v.g. consensum. probatur min. nam omnis causa, & causalitas est prior suo effectu, ut evidenter notum est inter Philosofos, & videre est in omnibus causis, & causalitatibus creatis, ergo potiori titulo causalitas divina relate ad actum liberum, v.g. consensum debet esse prior illo. ergo Deus debet prędeterminare. quod erat demonstrandum

89. Contra 2° nam voluntas creata secundum se & proprioi ad ipsam libertatem in actu secundo est omnino indifferens, ergo nulla est maior ratio ob quam magis in libertatem A, quam in libertatem B prorrumpat, unde non potius in consensum, quam in dissensum prorrumpere, consequentia patet, nam a principio indifferenti ut tali nequit exire effectus determinatus, quod etsi negetur a Iesuitis patet manifesta ratione nam ex terminis ab uno contrario secundum quod contrarium est non oritur alterum, v.g. a frigiditate non oritur calor; sed indifferens prout tale contrariatur determinato, ergo ab indifferenti ut tali non oritur effectus determinatus ergo indiget voluntas prędeterminatione ut magis in consensum, quam in dissensum prorrumpat. ac proinde prędeterminatio est causa libertatis in actu 2°=

§. II
Solvitur argumentum factum q. 3. §. 8 num. 52

90° Igitur ad argumentum ibi factum, quod motivum prębuit ad quęstionem precedentem instituendam Respondeo dist. mai. Si scientia conditionatorum esset innixa decreto efficaci, voluntas creata in statu absoluto prędeterminata ad consensum nulla potestate posset ponere dissensum, ut coniunctum cum prędeterminatione ad consensum. conc. mai. nulla potestate posset ponere dissensum secundum se sumptum & divisive a tali prędeterminatione subdist. divisione positiva, conc. mai, divisione privativa neg. mai. & sub eisdem terminis dist. & subdist. min. & neg. consequentiam & dist. consequentiam distinctione premissarum. = & ad probationem quatenus huic

huic solutioni obstare potest. Resp° dist. mai. debet posse ponere dissensum secundum prędicata essentialia sui, si sermo sit de prędicatis essentialibus quę in respectu, & ordine transcendentali ad aliquod extrinsecum consistunt. neg. mai; si sermo sit de prędicatis essentialibus omnino intrinsecis subdist. debet posse ponere dissensum secundum prędicata essentialia sui, ut talia prędicata coniuncta cum prędeterminatione ad consensum, neg. mai. simul sumpta talia prędicata, & ut divisive a prędeterminatione ad consensum, iterum subdist. divisione positiva neg. mai. divisione pręcisiva conc. mai. & dist. min. eisdem terminis, & subdistinctionibus & neg. conseq., vel distinguatur conseq. eadem dist.^e & subdist.^e prędominantem. = & ad probationem quatenus huic doctrinę obstare potest. neg. mai. vel illa dist. claritatis gratia. si voluntas creata ut prędeterminata ad consensum, posset ponere dissensum secundum prędicata essentialia ipsius posset ponere dissensum ut est sub prędeterminatione ad ipsum si posset potestate causę secundę, & simul potestate causę primę, conc mai. si solum posset potestate causę secundę, ut revera unice potest, neg. mai, & dist. min. sed voluntas creata prędeterminata ad consensum non potest ponere dissensum ut est sub prędeterminatione ad ipsum dissensum, & requiritur quod possit, neg. mai. & requiritur quod non possit. conc. mai, vel alijs terminis, & si posset ponere disensum ut est sub prędeterminatione ad ipsum, posset potestate causę primę, & insubordinata, seu posset potestate ipsi chymerica, conc. min, posset potestate ipsi debita & causę secundę neg. min. & conseq. vel dist. eodem modo.

Explicatur 92

Solutio, dicimus ergo quod prędeterminatio est requisitum essentiale ad actum, verum non debet esse sub dominio libertatis creatę, quia est requisitum pertinens ad causalitatem causę primę, unde numquam concedit thomista quod prędeterminatio est in manu nostra, neque quoad positionem, vel ablationem. alias voluntas creata posset potestate causę primę, quę potestas est chymerica relate ad voluntatem creatam.

Et per hoc patet 92

ad illud quod dicebamus de distinctione insinuata prędicatorum essentialium igitur ut voluntas creata possit ponere actum liberum non est necesse quod possit ponere ordinem transcendentalem adequate sumptum, quem ordinem includit essentialiter actus liber neque

ordo iste dependet essentialiter a termino, & isto ablato, tollitur, sicut isto posito, ponitur, cum ergo terminus huius ordinis transcendentalis sit praedeterminatio, quae neutiquam est in manu voluntatis creatae aliàs eius libertas esset libertas 1a, & in subordinata, inde oritur ut voluntas creata non possit ponere istum ordinem transcendentalem adaequatè sumptum, sed inadaequatè, quatenus potest ponere actum liberum secundum se sumptum, qui est subiectum huius ordinis.

93 Et per hoc patet ad confirmationem Resp. dist. mai. ut voluntas creata sit libera in ordine ad consensum respectu cuius habet praedeterminationem erat necessarium quod posset in non esse consensum lum non esse consensum ut compositum cum praedeterminatione ad consensum, neg. mai. vel implicat in terminis, lum non esse ut non compositum cum tali praedeterminatione, seu ut divisum ab illa divisione praecisiva conc. mai. & dist. min. sed non potest. in lum non esse ut compositum cum praedeterminatione ad consensum conc. min. in lum non esse ut non compositum cum tali praedeterminatione seu ut divisum ab illa, divisione praecisiva, neg. min. & conseq.

& ad probationem quatenus solutioni obstare potest dist. mai. si voluntas creata dum est sub praedeterminatione ad consensum posset in non esse consensum posset destruere complexum ex praedeterminatione, & ex consensu, sumpto lum non esse modo dicto posset deinde destruere tale complexum, quoad rectum complexi, conc mai. quoad obliquum. neg. mai, seu alio modo, posset destruere complexum sumpto recto complexi, id est consensu reduplicative, ut est pars complexi neg. mai sumpto specificative, seu praecisive ab obliquo, id est a praedeterminatione ad complexum conc. mai. & dist. min. sed non potest sumpto lum non esse modo dicto, non potest destruere tale complexum, quoad rectum. conc. min, quoad obliquum neg. min. seu alio modo non potest destruere complexum sumpto recto complexi reduplicative conc. min. sumpto secundum se neg. min. & conseq. probationes in contrarium non urgent quia non attingunt solutionem a nobis appositam. = Numquam enim fatemur voluntatem creatam posse auferre partem aliquam complexi quatenus pars est illius, & ut dicit ordinem ad aliam compartem sed solum potest in unam partem illius complexi, non quatenus pars est illius, & dicit ordinem ad aliam compartem unde dicimus quod potest in complexum inadaequatè sumptum, scilicet in unam partem complexi, quae pars recta est illius, & non quomodo cumque in illam partem, sed secundum se & specificative, seu praecisive sumptam.

94 Replicabis Si destrueretur consensus adhuc secundum se sumptus, & ut inspicitur a voluntate creata

creata simpliciter destrueretur complexum quoad omnes suas partes, neque destructa una parte. Et totum et totum destrui necesse est; sed per nos voluntas creata potest destruere complexum in adeo sumptum, id est potest in una parte, quae realis est, secundum se sumpta, ergo simpliciter potest destruere complexum 95

Resp. neg. suppositum maioris neque aliud est quod voluntas possit in non esse consensum secundum se sumptum seu non esse; aliud est quod de facto ponatur, de facto enim non ponitur neque consensus secundum se, neque carentia consensus secundum se, sed quodlibet ponitur cum omnibus circunstantiis exactis ad existentiam quarum circunstantiarum praecipua est ad non esse consensus ablatio positiva praedeterminationis ad consensum, et suspensio cuius libet alterius praedeterminationis. unde cum praedeterminatio neque eius carentia sit in manu voluntatis creatae inde oritur quod numquam ponetur non esse consensus secundum se

§. III.

Proponitur aliud argumentum. 96

Replicabis cum SS P.M. Francisco de Maldonado ex Societate in hac Salmantina academia vespertinae cathedrae Moderatoris, in suis manuscriptis ad hunc tractatum de Scientia Dei. Si voluntas sub aliqua conditione ipsi non libera necessitatur necessitate antecedenti et opposita libertati ad aliquod exercitium, si deinde necessario necessitate antecedenti constituitur sub tali conditione, redditur absolute et antecedenter necessitata ad huiusmodi exercitium; sed voluntas humana necessitata est necessitate antecedenti et opposita libertati ad consentiendum, sub conditione quod praedeterminetur ad consensum; ergo si deinde necessario necessitate antecedenti et absque ulla hominis libertate constituatur sub physica praedeterminatione, ut communiter docent Thomistae, necessario necessitate antecedenti, consentiet. = Maiorem huius syllogismi asserit iste SS. M esse evidentem, verum insuper ait, quod ne relinquat aliquid improbatum, illam sic probat = quia si Petrus v.g. necessitatus sit ad consentiendum sub conditione quod praedeterminetur, et deinde necessario praedeterminationem recipiat formari valet hic syllogismus * Petrum consentire si praedeterminetur necessarium est ipsi, et inevitabile, sed Petrum modo praedeterminari (scilicet quando praedeterminatur a Deo) est ipsi necessarium; ergo Petrum modo consentire est ipsi necessarium * Sane si iste syllogismus non valet (exclamat iste Salmantinus Magister) nec valebit iste, ut potest sub eadem forma constitutum * Lunam pati Eclipsim si terra interponatur est naturaliter necessarium; sed modo terram

interponi est naturaliter necessariũ; ergo Lunã pati Eclipsim est naturaliter necessariũ. unde eiusdem manibus amplexendo et ad omne latus personantibus vocibus se convertendo prosequitur et ait: Sane si istum syllogismum negamus et totã logicã, Methafisicã, et Phylosofiã perire necesse est.

97 Deinde subiungit iste SS. M. et ait quod si contendamus prædictã maiorẽ non esse absolute verã sed potius esse distinguendã, ita ut verã contineat, quando conditio sub qua constituitur voluntas est conditio necessitans, secus autẽ si conditio connotat libertatẽ, et illã causat, ut revera prædeterminatio Thomistica causa est libertatis.

98 Ad hanc solutionẽ quæ utique germana est, sic strepitu magno insurgit. Implicat connotare libertatẽ consensus id ex quo legitime deducitur libertatis destructio; Sed si prædeterminatio talis est naturæ et conditionis, ut necessº habeatur nec sit in manu voluntatis illã impedire deducitur ex illa libertatis eversio; ergo implicat prædeterminationẽ Thomisticã connotare libertatẽ ~~prædeter~~. probat min. nã iste syllogismus est evidens: * Voluntatem prædeterminatã consentire, non est ipsi liberũ sed necessariũ (est enim propositio æternæ veritatis cognoscibilis a Deo per scientiã necessariã simplicis intelligentiæ) Sed Voluntatẽ Petri modo prædeterminari ad consensũ v.g. non est liberum Petro; ergo Voluntatẽ Petri consentire non est ipsi liberũ sed necessariũ * ergo si prædeterminatio talis est naturæ et conditionis ut necessario habeatur nec sit in manu voluntatis illã impedire legitime deducitur ex illa libertatis eversio.

99 Rursus obiectũ huius propositionis: * Voluntatem humanã prædeterminatã consentire * est simpliciter necessariũ et non liberũ, ita ut eius contradictoria, * Voluntatẽ humanã prædeterminatã ad consensũ non consentire * sit essentialiter falsa, ergo obiectũ huius propositionis est prorsus inevitabile, sed ~~ho~~ obiectũ huius propositionis est consensus; ergo Consensus ut prædeterminatus non existit libere sed necessariũ.

§. IV.
Solvitur, et instatur.

100 Hoc argumentũ ita decantatũ, et exclamatũ toties in theatro Salmantino a prædicto SS. M. nullius roboris est, et facillimo negotio instari potest in sua sententia; Nã etiã iste syllogismus est evidens, * Voluntatẽ consentire in circunstantijs in quibus per scientiã Mediã prævidetur a Deo consentire est necessariũ et non liberũ; Sed Voluntatem

Petri

poni subtilis circumstantijs non est liberu voluntatis neq est in manu eius existentia, vel impeditio illaru circumstantiaru; ergo voluntatem consentire est necessariu * certe si praedictus syllogismus non concludit, neq iste ut pote subeadu forma constitutus erit syllogismus bene dispositus * Solem illuminare quando nullum corpus opacu ipsi interponitur est naturaliter necessariu; sed modo nullu corpus opacum Soli interponitur; ergo modo Sole illuminare est naturaliter necessariu * certe si hic syllogismus non cludit tota logica Philosophia Mathematica, & Methaphysica corruet, & si conseqs neget, aperiat oculos & inspiciat Sole, et utiq videbit. ni forte patiatur Eclipsim ex defectu comflexionis.

102

Igitur eamus ad syllogismu exclamatu & admissa solutione quq ipse N. M. praevenit, Resp. ad probationu quq ante solutionu exhibuit, * Si Petrus necessitatus sit ad consentiendu, sub conditione quod praedeterminetur dist. hanc partem ad consentiendu libere concedo illa; ad consentiendu sine libertate, neg: & inde prosequatur maior, formari poterit iste syllogismus * Petrum consentire si praedetermineter est necess ipsi & inevitabile, dist. hanc maioru huius syllogismi interpositi (quq interpositio nobis non causat Eclipsim) Petru consentire libere est necessariu, idest infallibile infallibilitate logica, conc. mai, petru consentire alio modo est ipsi necess neg. mai. & admissa minori syllogismi interpositi, dist. conseq; ergo Petru modo consentire libere est necessariu, idest infallibile infallibilitate logica, conc. conseq alio modo consentire, nego conseq. unde Altera syllogismu dispositus & interpositus ex luna, & ex interpositione terra, & ex Eclisi, solum conducit arguenti ad vociferandu & exclamandu, et ad caelu manibus capiendu. in apparientia plebis populorum parvuloru, & imperitoru audientiu, cuius sequitu quqrit, ni fallor, prq veritate.

102

Ad probationu contra solutionu veram quq ipse tradit Resp. conc. mai, ~~[illegible]~~ neg. min. & ad probationu dist. mai. quq vocat evidente * Voluntate praedeterminata consentire libere non ipsi liberu. sed necess idest non est contingens, sed infallibile infallibilitate logica, conc. mai. alio modo consentire, et necess esse, neg mai. unde concedo quod consensus Albertr & libere positus media praedeterminatione cognoscitur adeo per scientia necess, unde ista veritas est necess. * Voluntate praedeterminata consentire libere est infallibile * & praetermissa min dist. conseq. ergo voluntate Petri consentire libere, non est ipsi liberu sed necess idest infallibile infallibilitate logica. conc. conseq. alio modo consentire neg. & neg. conseq subtillare ex tota illo syllogismo qui ut antecedens habetur.

103 Ad secundã probationẽ similiter dist. ans. obiectũ huius propositionis * Voluntatem humanã prædeterminatã consentire * est obiectũ necessariũ & infallibile, consentire libere, conc. ans. alio modo consentire neg. ans. & similiter dicimus ad illud additũ de eius contradictoria. dist. illã propositionem ; obiectũ huius propositionis * Voluntatem humanã prædeterminatã ad consensũ non consentire * est essentialiter falsũ, non consentire libere est essentialiter falsũ; conc. non consentire, vel consentire non libere est essentialiter falsũ neg. & concessa conseq. dist. min. subsum. formã. Sed obiectũ huius propositionis * voluntatẽ humanã prædeterminatã consentire * est necessariũ, est consensũ, dist. est consensus liber, & libere positus, conc. min, est consensũ non libere positus nego minorem & conseq. unde clangores illi Osthegitus Magni evanescunt.

§: ultimũ
Circa futura absoluta

104 Operis integritas exigebat ut magnã de eis quam disputationẽ texeremus circa futura absoluta, verũ in hoc eodẽ cursu impossibile est cũ iã iã tempus celeriter transcurrerit. cæterũ quid quid de cognitione divina circa futura absoluta erat disquirendũ revera manet discussũ dũ de cognitione divina circa futura contingentia conditionata disquisivimus &c.

105 Unde ex dictis inferes primo Deum cognoscere omnia futura contingentia absoluta, iuxta illud Daniel. 13 * Domine qui nosti omnia ante quam fierent * . Et iuxta illud Ecclesiastes. 23 * Domino Deo ante quam crearentur omnia sunt cognita, * & iuxta illud Isaiæ. 41. * Anunciate quæ ventura sunt, & sciemus quia Dij estis vos * et iuxta illud Psal. 138 * Intellexisti cogitationes meas de longe, semitã meã & funiculum meũ investigasti, et omnes vias meas prævidisti * ratione autẽ constat, quia de ratione omni scientis, est cognoscere omnia cognoscibilia; sed futura absoluta sunt cognoscibilia, ergo cognoscuntur a Deo qui est omniscius.

inferes 2º

Inferes 2o quod praedicta futura non videntur a 106 Deo in eorum veritate obiectiva, cum illa non habeant esse, et independenter a decreto. unde neque ex vi et natura propositionum contradictoriarum habet Deus certam et infallibilem notitiam futurorum absolutorum. 107

Denique inferes quod futura contingentia absoluta, videntur a Deo in sua essentia divina, quatenus habet rationem Ideae, et videntur ibi ut in causa, unde videntur in essentia divina non ut cumque et pro signo anteriori ad decretum, sed in essentia ut per decretum determinata, quae omnia corollaria eisdem rationibus fulciuntur, ac supra usi sumus ad futurorum contingentium conditionatorum infallibilem notitiam, quam Deus habet dignoscendam.

Utrum futura absoluta existant physice praesentia in aeternitate? habemus disputatum quando de attributo aeternitatis disputavimus.

Igitur hucusque dicta sufficiant pro hoc tractatu, ad laudem Omnipotentis Dei, Patris, et Filij, et Spiritus Sancti, = et immaculatae Virginis Genitricis Dei, Mariae. = et utriusque Doctoris, Augustini, et Thomae Aquinatis, quorum doctrinam ex corde sequi conati sumus. unde si quid contra ipsos, (quod absit) fuerit prolatum, pro non dicto habeatur, et exnunc illud retractamus. et omnia Correctioni Sanctae Romanae Ecclesiae submitto



Contra auxilia relativa, quę adstruuntur a N. SS. P. M. Anto. de la Parra. tract. 3. de Grat. animę xpi. disp. 1. q. 5. ar. 2. pag. 216 = vide M. Ioan. a S. Th. 1. p. q. 19 disp. 3. ar. 5. n. 29. pag. 98 – et D. Th. 2. 2. q. 24. ar. 3.

INDEX

N. PAG.

TRACT. DE SCIENT. DEI. 00=01

PROŒM. 00=02

*** **DISP. I. DE Scientia Dei secundu se.** =0003

QVÆST. I. Utru ratio qua D. Thomas probat Deu *** esse intellectivu, & in eo esse scientia sit demonstrativa apriori, & propter quid? —— 00=03

§. I. Aperitur sensus quæstionis, & prænotantur nonnulla. 0[illegible]=03

§. II. Statuitur conclusio. — — — — — — 08=04

§. III. Proponitur quædam replica. — — — — 15=05

§. IV. Proponitur alia replica, & eius occasione explicatur hæc propositio * Cognoscentia nata sunt habere forma rei alterius. — — — 22=07

§. V. diluuntur obiecta — — — — — 31=09

§. VI. Solvitur principalis replica. — — — — 44=12

§. VII. Solvuntur argumenta. — — — — — — 45=12

QVÆST. II. Utrum in Deo sit scientia stricte sumpta? 60=15

§. I. Prænotantur nonnulla. — — — — — — 62=15

§. II. Statuitur ℭl° — — — — — — — — — [illegible]=16

§. III. diluuntur replicæ — — — — — — — [illegible]3=17

Qvæst. III. Utrum in Deo sit scientia respectu suorum Attributorum? — — — — — 081=18
§. I. Præmittuntur nonnulla — — — — 081=18
§. II. Statuitur Cl° — — — — — — 083=18
§. III. diluuntur replicæ — — — — — 086=19

Qvæst. IV. Utrum in Deo sit scientia stricte, & rigorose respectu creaturarum? — 0 0=22
§. I. Præmittuntur nonnulla — — — 105=22
§. II. Statuitur Cl° — — — — — 108=22
§. III. diluuntur replicæ circa veritates necessas — 110=23
§. IV. circa veritates necessas quæ sunt in 1° modo dicendi per se — — — — — 118=24
§. V. circa veritates contingentes & singulares — 121=25

Qvæst. V. Utrum detur in divino intellectu scientia quæ talis sit a posteriori? — 0 0=26
§. I. Præmittuntur aliqua — — — 126=26
§. II. Statuitur Cl° — — — — — 131=27
§. III. Proponitur fundamentum contrariæ sententiæ — 135=27
§. IV. diluitur præiactum fundamentum. — — — 141=28

Qvæst. VI. Utrum scientia Dei sit attributum — 0 0=30
§. I. Præmittuntur nonnulla — — — — 149=30
§. II. Statuitur Cl°. — — — — — 151=30
§. III. Solvitur quædam replica. — — — — — 159=31

Qvæst. VII. Utrum divisio Scientiæ Dei, in scientiam simplicis intelligentiæ, & visionis sit adæquata? — — — — — 000=31
§. I. Præmittuntur certa apud fere omnes — 157=31
§. II. Referuntur sententiæ — — — — 164=32
§. III. Statuitur Cl° — — — — — 169=33
§. IV. diluuntur replicæ. — — — — 170=33

			N. P.
§.	V.	Proponitr quoddā argūtū difficile.	182 = 35
§.	VI.	Solvitr prędictū argumentū difficile.	191 = 36
§.	VII.	Corollariū quoddā notabile.	196 = 38
§.	VIII.	Notamenta ex dictis	197 = 38

Quæst. VIII. Utrū possibilia circa quę versatur Dς per nolitionē, quę sunt non futura positive cognoscantur a Deo per scientiam simplicis intelligentiæ? — 000 = 39 ***

§.	I.	Præmittuntur non nulla.	203 = 39
§.	II.	Statuitur Rl°.	209 = 40
§.	III.	Proponitur fundamentū contrariū	211 = 40
§.	IV.	Retorquetur in adversariū.	214 = 40
§.	V.	Traditur vera solutio.	217 = 41

*** DISP. II. de Scientia possibilium. 000 = 43

Quæst. I. Utrū Deus cognoscat creaturas possibiles in se ipso, et in causa? — 000 = 43 ***

§.	I.	Quid sit Possibilitas creaturarū	01 = 43
§.	II.	Explicatur vera thomistarū sententia:	07 = 44
§.	III.	Circa principale quęsitū prænotantr alia	16 = 45
§.	IV.	Statuitr Rl°. & sua detr ex Patribus.	22 = 46
§.	V.	Ratione suadetur Rl°.	27 = 47
§.	VI.	infringuntur tella	29 = 47

Quæst. II. Utrū ex destructione alicuius possibilis, inferatr destructio Omnipotentię? — 00 = 49 ***

§.	I.	Præmittuntr non nulla, & statuitr Rl°.	41 = 49
§.	II.	diluuntur replicę.	44 = 50

Quæst. III. Utrū Dς cognoscat creaturas, etiam, immediate in se ipsis. — 00 = 51 ***

§.	I.	Statuitr Rl° & Patrū autoritate fulcitur.	52 = 51
§.	II.	Ratione suadetur Rl°.	58 = 51
§.	III.	diluitr adversariorū astūs?	59 = 52
§.	IV.	Corolaria ex dictis	61 = 52

DISP. III de Scientia Futurorum. ubi de eius constitutivo — N. PAG. 00 = 53

QVÆST. VNICA. Quænam sit ratio formalis adæquata constitutiva futuri? — 00 = 53

§. I. Præmittuntur nonnulla — 01 = 53
§. II. Statuitur Cl.o — 11 = 55
§. III. diluuntur replicæ. — 17 = 56
§. IV. Proponitur argum.m desumptum ex parit.e præteriti. — 38 = 59
§. V. traditur Prima solutio — 40 = 59
§. VI. traditur alia solutio — 47 = 60
§. VII. Proponitur fundam.m secundæ sententiæ — 50 = 61
§. VIII. Proponitur fundam.m quartæ sententiæ. — 58 = 61
§. IX. Quomodo sit peccatum futurum. — 57 = 62

Prosequitur Tract. de Scient. Dei. — 00 = 64

DISP. IV. de Scientia futurorum contingentium conditionatorum. ubi de Scientia Media. — 00 = 64

QVÆST. I Utrum Deus certo et infalibiliter Cognoscat futura Contingentia Conditionata? — 00 = 64

§. I. Præmittuntur quædam principia doctrinalia. — 01 = 64
§. II. Aperitur sensus quæstionis, et referuntur ss.æ — 20 = 67
§. III. statuitur Cl.o et suadetur ex sacra pagina. — 30 = 68
§. IV. Proponuntur replicæ, ex sacra pagina. — 37 = 68
§. V. Diluuntur. — 43 = 69
§. VI. Ex Patribus probr. Cl.o — 50 = 70
§. VII. quæ videntur obiantia ex P.P. explicantr. — 54 = 71
§. VIII. Ratione suadetr Cl.o — 56 = 71
§. IX. Corolaria ex dictis. — 60 = 71

Quæst.

N. PAG

Quæst. II. In quonam medio cognoscat D. futura contingentia conditionata. 00=72
§. I. Præmituntur non nulla — — — — — 62=72
§. II. Referuntur sententiæ. — — — 67=73
§. III. Digresio brevis circa Scientiam Mediam 77=74
§. IV. Reijcitur primus dicendi modus qui ad Ideas confugit — — — — — — 85=75
§. V. Diluitur fundamentum contrarium. — 91=76
§. VI. Reijcitur secundus modus dicendi, de super comprehensione — — — — — — — 95=77
§. VII. diluitur fundamentum contrarium. — 98=77
§. VIII. Reijcitur tertius modus dicendi, qui asserit Deum cognoscere futura conditionata. in Voluntate create, relicta ad suum arbitrium absque indigentia concursus divini — 103=78
§. IX. Reijcitur quartus modus qui confugit ad futuritionem decreti divini — — — 106=78
§. X. diluitur fundamentum Suarij. — 112=79
§. XI. Reijcitur primus modus dicendi 5æ. stæ. — 119=79
§. XII. diluitur fundamentum huius sententiæ. — 122=81
§. XIII. Reijcitur secundus modus dicendi quintæ stæ. 129=81
§. XIV. diluitur fundamentum contrarium. 133=82

Quæst. III. Utrum. ut Deus habeat certam, et infallibilem notitiam futurorum contingentium Conditionatorum sit necessarium decretum subiective absolutum, et obiective conditionatum? — — — — 000=83
§. I. horum decretorum possibilitas stabilitur — 141=83
§. II. Statuitur conclusio, et suadetur ex D. Thoma. 149=84
§. III. Ex D. Augustino, suadetur conclusio — 154=85
§. IV. Ratione suadetur conclusio — — — — 188=86

N. PAG.

DISP. V. de impossibilitate SCIENTIÆ MEDIÆ. 00=87

Quæst. I. Utrum Scientia Media sit contraria, doctrinæ D. Augustini? 00=87
§. I. Statuitur Ælo affirmativa. 001=88
§. II. diluuntur replicæ. 10=89

Quæst. II. Sit ne Scientia Media contraria doctrinæ D. Thomæ? 21=91
§. I. Statuitur Ælo afirmativa. 21=91

Quæst. III. Faveatne Scientia Media libertati 30=92
§. I. Statuitur Ælo negativa. 30=92
§. II. Corolaria quædam. 34=93
§. III. Proponitur primum argumentum in favorem Scientiæ Mediæ desumptum Ex illis verbis Mathæi 11. Væ tibi Corozain! &c. 38=93
§. IV. Retorquetur in Patronos Scientiæ Mediæ. 39=94
§. V. Respondetur ad argumentum. 43=95
§. VI. Proponitur secundum argumentum in favorem Scientiæ Mediæ. desumptum ex illis verbis. Sapient. 4. Raptus est &c. 47=96
§. VII. Retorquetur & diluitur. 48=96
§. VIII. Proponitur argumentum ex læsione libertatis. 52=97
= Solvitur 90=103

Quæst. IV. Utrum admissis Prædifinitionibus efficacibus Scientiæ Mediæ, seu regulatis per Scientiam Mediam Destruatur libertas etiam immediatè? 55=98

§. I.

N. PAG.

§. I. Præmittuntur nonnulla — — — 55=098
§. II. Statuitur Rl° — — — — 59=099
§. III. Communis Iesuitarum solutio. — — 66=100
§. IV. diluitur — — — — — — 69=100

***
**
*

Quæst. V. et ultima. — — — — — — —

Faveat ne Prædeterminatio thomisti-ca libertati=?= — — — — — — . 84=103
§. I. statuitur Rl° Affirmativa. — 84=103
§. II. Solvitur argumentum factum q. 4. §. 8. n. 52. — — — — — 90=103
§. III. Proponitur aliud argumentum. = 96=105
§. IV. Solvitur & instatur. — — — — — 100=105
§. ultimum. Circa futura absoluta. — — 104=106



4

IHS MARIA

TRACTAT9 PRIMUS DE ULTIMO FINE HOMINIS.

APUD D. TH. 1. 2. Q. 1.

Ex po si ni s

Á

P. IOANNE DE CARDENAS, ET MENDIETA

C.R.M. THEOLOGIÆ LECT.e

in D. Caroli Borromæi Salmantino Collegio. Pro cursu ab anno Dni 1681. ad. 1682.

✠

PROŒMIVM

Fœlix initium, quod in ultimum finem ut in scopum pergit; ast quis ultimus finis humanarum actionum sit, seu qua in re sit ex natura rei constitutus olim Gentiles Phylosophi inquisierunt, caeterum misere, proh dolor! in huius ultimi finis indagatione, seu inquisitione caliginarunt, dum huius saeculi voluptatibus et libidini per densas infidelitatis caligines permeantes a veritate infoeliciter deviarunt. Iam iam ergo hunc ultimum finem orthodoxa fides foeliciter ut assequendum proponit. Unde nostrum erit in praesentiarum huius ultimi finis naturam explanare, et explicare utinam foeliciter.

§. 1

Praemittuntur non nulla.

Sed antequam praecipuas inferamus quaestiones operae pretium duximus tum et finis in communi naturam praesupponere, varias et ipsius finis acceptiones explanare, eiusque praecipuas divisiones praemittere, etsi itaque ipsa ut in Phylosophia explanata debeantur praesupponi. Et tum denique nostrum erit in hoc proemio huius partis obiectum detegere, et qualitatem doctrinae prout praecipue versatur circa praesentem tractatum, et circa alios huius ll. ll. examinare, quibus praelibatis, ex hoc nunc proemium finietur.

Finis ergo, ut nomen sonat, et si eius ethimologiam inspicimus, proprie significat terminum cuiuscumque rei, per quem finitur, terminatur, et consumatur: qua finis lata acceptione, punctum terminativum continui dicitur finis, ultimum verbum dicitur etiam sermonis finis, et desitio cuiuscumque rei dicitur finis illius; et denique dicitur finis alicuius rei ultimum ad quod ipsa res pervenit, iuxta illud Psalmi 118. <u>omnis consumationis vidi finem</u> caeterum in praesenti non loquimur de fine ita late sumpto, sed in alia strictiori, et magis propria acceptione.

Igitur finis sumitur magis proprie pro causa extrinseca, a qua primo incipit motus intentive, seu in intentione, quæ acceptio magis propria est apud Theologos, et Philosophos secundum quam finis dicitur terminus humanarum actionum, seu terminus ad quem actio humana, ut in scopum tendit, seu propter quem homo rationabiliter operando elicit actionem: qua ratione Finis definitur a Philosopho 1 Ethic. cap. 7. nec non, 2. et 5. Methaph. sic: Finis est cuius gratia cætera fiunt. Cuius definitionis explicationem omittimus ne in micis et fragmentis Philosophiæ videamur intenti, quo pacto, et alias mittimus quæstiones circa naturam, quidditatem, causalitatem et effectus finis. Solum ergo aliquas finis divisiones proponemus ut utiles valde ad intentum nostrum in præsenti assequendum.

Primo ergo dividitur finis, in finem cuius gratia, et in finem cui. Finis cuius gratia dicitur illud bonum, quod propter se appetitur, et desideratur, et alia propter ipsum. Finis autem cui est illud subiectum seu illa persona in cuius commodum, et utilitatem illud bonum appetitur, et desideratur, seu est illud subiectum vel persona cui appetitur et desideratur illud bonum = Finis cuius gratia subdividitur in finem obiectivum, et formalem: Finis obiectivus est illud bonum, quod appetitur, et desideratur; Finis autem formalis est actus quo talis finis obiectivus adipiscitur, et consequitur. = Rursus finis cuius gratia subdividitur in finem operis, et finem operantis. finis operis est obiectum illud propter quod ab intrinseco, et ex natura rei opus elicitur ab operante, Finis autem operantis est ille in quem, seu propter quem elicitur opus ex sola operantis intentione, et voluntate. Rursus finis cuius gratia alius est intermedius, seu non ultimus, alius denique ultimus. Finis ultimus est propter quem omnia sunt; et finis intermedius seu non ultimus est ille propter quem et si omnia antecedentia ad ipsum fiant, tamen ipse finis intermedius est propter finem ultimum, quæ omnes divisiones, tum ex dictis in Philosophia, tum ex dicendis in progressu tractatus patefient.

§. II
De obiecto huius tractatus

Quid sit obiectum huius tractatus oportet aliqualiter proponere, pro cuius intelligentia notandum venit, non esse idem obiectum attributionis alicuius

alicuius tractatus, et materia specialis, de qua agitur in illo tractatu, sicut non est idem obiectum attributionis alicuius scientiæ, et materia de qua agitur in singulis tractatibus illius scientiæ: etenim obiectum attributionis est illud cuius cognitio per se primo intenditur in tali scientia et tractatu, et ad quod omnia, quæ in illa scientia considerantur dicunt ordinem, seu habitudinem attributionis, quo pacto plura possunt considerari in aliqua scientia, et in aliquo tractatu, quæ non sunt obiectum attributionis illius, sed quæ ad ipsum attribuuntur et ordinantur, et quæ proinde ad obiecti attributionis explanationem conducunt. Unde cum obiectum attributionis totius theologiæ, etiam quantum se extendit ad materias ad hanc primæ secundæ expectantes, sit Deus, ut dicitur 1. p. q. 1. Sequitur quod obiectum attributionis huius specialis tractatus sit etiam ipse Deus.

Cæterum cum Deus habeat, et subinduat duplicem considerationem, primam scilicet, prout est in se, nullo ordine ad creaturas inspecto; aliam autem quatenus cum ordine ad creaturas consideratur, dicimus quod Deus catenus est obiectum huius partis, scilicet primæ secundæ, quatenus dicit ordinem ad creaturas. Nam Deus ut in se unus, et trinus, et secundum suæ substantiæ, et attributa, est obiectum specialiter primæ partis, in cuius præcipuis materiis et tractatibus secundum suæ substantiæ et attributa, et ut est in se unus, et trinus consideratur. Secundum autem quod Deus consideratur cum ordine ad creaturas, habet adhuc duplicem considerationem: unam scilicet prout consideratur ut causa universalis efficiens illarum, et aliam prout earundem creaturarum est finis ultimus, iuxta illud ego sum Alpha, et Omega, principium, et finis. Secundum ergo quod est causa efficiens, consideratur in tractatu de creatione mundi, et in tract. de Angelis, et aliis; at in præsenti consideratur Deus prout est ultimus finis creaturarum, iuxta illud, Omnia propter se met ipsum operatus est in nobis Dominus. Et præcipue sub hac consideratione est obiectum huius tractatus de ultimo fine hominis, imo et totius huius et sequentis partis. Nam materia de qua specialiter agitur in hoc tractatu, et in hac tota prima secundæ, et secunda secundæ, est actus humanus, seu motus creaturæ rationalis in Deum

ut in ultimum finem assequendum medijs humanis actibus, et auxilijs supernaturalibus diuinae gratiae.

Nec valet si dicas quod D. Thomas in proemio huius partis dicit. * Restat ut dicamus de eius imagine, (idest de homine) secundum quod et ipse est suarum operationum principium, quasi liberum arbitrium habens, et suorum operum potestatem. * ex quibus verbis forte inferes quod homo ipse est iuxta D. Thomam materia et obiectum huius partis, et tractatus.

Non, inquam, id obstat nam cum homo quatenus habet liberum arbitrium, et suarum operationum est dominus, posit se movere in finem supernaturalem, et sit capax beatitudinis assequendae, idem est dicere hominem secundum quod habet liberum arbitrium, et suarum operationum potestatem esse materiam huius tractatus, ac dicere quod actus humanus, seu motus creaturae rationalis in Deum, ut in ultimum finem est materia huius partis, et tract.

De habitu Theologiae prout ad hanc 1am. 2ae. se extendit.

Inquires utrum habitus theologiae reduplicative et quatenus ad totam hanc partem se extendit, nempe quatenus comprehendit hanc primam secundae, et secundam secundae sit practicus? Cui quaesito affirmative respondetur: etenim doctrina quae in tota hac parte traditur est proprie practica. Quae conclusio seu responsio facile suadetur. Nam illa doctrina quae per se ordinatur ad operationem nequit non esse practica; sed praesens doctrina, quae in tota hac parte traditur, per se ordinatur ad operationem; ergo est practica. maior constat, etenim iudicium directivum operationis, non habet pro fine contemplationem veritatis, sed potius ipsam operationem ut efficitam iuxta regulas rectae rationis; sed eo ipso, ut constat tale iudicium non est speculativum, sed practicum, quo pacto dicitur in libris de Anima quod intellectus extensione fit practicus; ergo doctrina, quae per se ordinatur ad operationem nequit non esse practica. Probatur ergo principalis min. quia praesens doctrina per se ordinatur ad actus

quibus

quatenus morales, et quia deserviunt ad executionem ultimi finis, ergo praesens doctrina per se ordinatur ad operationem.

Conf. quia in praesenti, etsi sermo sit de natura, et quidditate actuum humanorum, et de ultimi finis essentia, et natura; tamen totum hoc catenus consideratur quatenus conducit ut faciliori modo disponantur intellectus, et Voluntas ad recta elicientiam humanorum actuum, ut per ipsos auxilijs supernaturalibus divinae gratiae munitos ultimus finis adipiscatur, et consequatur: ergo in hac doctrina contemplatio veritatis potius ordinatur ad opus, quam opus ipsum ad veritatis contemplationem: ergo praedicta doctrina est practica.

Rursus, praesens doctrina est plena regulis morum; ergo est practica: ant. patet cum in praesenti explicetur quid teneamur facere, quidve vitare debeamus; cons. autem prob. quia eo ipso traditio regularum morum ordinatur ad operationem: ergo habitus theologiae quatenus ad hanc materiam se extendit est proprie practicus.

Dices, Obiectum attributionis totius theologiae et per consequens huius partis est Deus: sed Deus non est obiectum practicum, cum non sit a nobis factibilis, seu operabilis; ergo haec pars non est practica ex parte obiecti, proinde neque erit simpliciter practica ex parte habitus, cum habitus ab obiecto speciem et mensurationem sortiatur.

Resp. quod Deus dupliciter potest considerari, vel ut est in se, unus et trinus, et secundum suam substantiam et attributa, vel ut ultimus finis creaturae rationalis; et quando Deus superiori consideratione contemplatur sic est obiectum stricte speculativum, seu ut formalius loquar est obiectum stricte speculabile, quo pacto specificat habitum theologiae et ipsum speculativum constituit, qua etiam ratione est obiectum, et materia praecipuorum tractatuum primae partis; si vero Deus sub secunda inspectione consideratur et ut est ultimus finis creaturae rationalis, in quem nostris actibus tendimus, ut ipsum assequamur, et ipso fruamur, et in ipso delectemur, sic sortitur rationem obiecti practici, licet non factibilis, tamen ut assequibilis, et consequi-

bilis, etenim ex ipso iuxta hanc consideratione respectu colliguntur et deducuntur regulæ directivæ actionum moralium, seu actuum humanorum. etenim ex prædictis regulis colligimus Deum esse summe diligendum et colendum, ex tota mente, ex toto corde, et tota anima, et ex totis viribus, ut dicitur Math. 22. diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota mente tua, et Deuter. c. 6. unde iuxta hoc præceptum seu regulam morum est Deus omnibus rebus creatis præferendum.

Ex quibus liquet quomodo nostra theologia, stante unitate specifica, imo et indivisibili qualitate habitus sit habitus simpliciter speculativus, et simul simpliciter practicus, cum sub eadem indivisibili ratione versetur circa obiectum simpliciter speculabile, et circa obiectum simpliciter practicum, nempe circa obiectum practice assequibile et consequibile, mediis actibus humanis auxiliis supernaturalibus prædictis et munitis, unde ut dicitur in proœmio primæ partis habitus theologiæ est simpliciter speculativus, et simul simpliciter practicus. quin hæc adunatio pratici, et speculativi obstet unitati specificæ et athomæ habitus, quia habitus superior simpliciter est.

DISPVTATIO PRIMA DE ACTIONIBVS, QVÆ FIVNT PROPTER FINEM.

QVÆSTIO I.

Vtrum D. TH. recte statuerit quidditatem actionis humanæ?

§. I.

Aperitur Sensus.

Ante-

1

Ante quam examinemus quę actiones sint proprie propter finę, quę autę non, operę precię duximus quidditatę actionis humanę examinare, cuius quidditas facile nobis innotescet, si D. Thę doctrinę, & normam ad unguem insequamur. Igitur Angelicus Magister in hac 1. q. ar. 1. in corp. sic ait: * Dicendū quod actionū quę ab homine aguntr, illę solę ppriè dicuntr humanę; quę sunt ppriè hominis inqtm homo: differt autem homo ab alijs irrationalibus creaturis in hoc quod est suorū actuū dominus, unde illę solę actiones vocantr ppriè humanę quarū homo est dominus; est autem homo dominus suorū actuū per rationē, & voluntatę, unde & liberū arbitriū dicitr facultas voluntatis, & raonis, illę ergo actiones propriè humanę dicuntr, quę ex voluntate deliberata procedunt; si quę autę aliæ actiones homini conveniant possunt dici quidē hominis actiones, sed n. ppriè humanę cū n. sint hominis in qtm homo est. * Hęc D. Ths. in quibus verbis sequens continetr discursus.

2

Illę actiones sunt humanę quę sunt propriè hominis in quantū homo, sd. hominis in qtm homo propriè est dominiū suarū actionū; ergo illę actiones sunt propriè humanę quarū homo est dominus: Rursus, sed homo est dominus suarū actionū per liberū arbitriū, quod est facultas quędā voluntatis, & raonis, igitr illę solę erunt actiones humanę, quę a voluntate deliberata procedunt.

3

Ex quo discursu, hęc definitio actionis humanę colligitur: Actio humana est illa cuius homo est dominus, & quę ex voluntate deliberata procedit. = Sd. tamen M. Conrradus, Victoria, & Cuniel, in presenti tenent quod hęc duo quę in pdicta definitione continentr, scilicet, cuius homo est dominus = & quę ex voluntate deliberata procedit: revera solū differunt verbis, & ex parte obiecti sunt omnino [illegible] cū hominę esse dominū suarū actionū non sit aliud quā habere liberū arbitriū ad deliberandū quid sit agendū vel relinquendū.

4

At revera pdicta duo non solū verbis differunt s. etiā ex parte

obiecti, etenim datr actio, quæ absolute est libera, et tamen non procedit ex deliberatione voluntatis, ut patet in prima intentione finis, quæ elicitr in primo instanti usus rationis, quæ est actio libera, et non ex deliberatione voluntatis, ut cernere licet in actione libera Angelorum quæ elicita fuit ab ipsis in primo instanti creationis, quæ fuit meritoria, proinde et libera et tn̄ illa actio nō fuit deliberata neq̃ processit ex deliberatione voluntatis, ut constat, cum non detr alia intentio ex qua determinatione, et deliberatione processisset; alias non esset prima. idq̃ constat in primo actu Xpi dni, elicitus in primo instanti, qui fuit liber et meritorius, et tn̄ non fuit deliberatus. cum non præcesserit alter actus a quo vel ex cuius deliberatione originem duceret; ergo stat aliquam actionem esse liberam, et tamen, quod non sit ex voluntate deliberata seu ex deliberatione voluntatis.

5 Rursus hoc ipsum suadetr quia ex terminis ut aliqua actio sit libera solum exigit ex parte intellectus iudicium indifferens, saltim indifferens quoad exercicium, quo regulatr actus voluntatis; cæterum ut actio aliqua ex voluntate deliberata, seu ex deliberatione voluntatis procedat, præter tale iudicium exigitur necessario aliqua determinatio voluntatis antecedens, ex qua determinatione movetr voluntas ad elicientiam actionis deliberatæ seu quæ ex voluntate deliberata procedit: igitur prædicta duo quæ in definitione actionis humanæ continentr plusquam verbis differunt. Unde in præsenti nostrum erit investigare, et examinare, utrum prædicta definitio actionis humanæ sit bona? et utrum omnes illæ particulæ sint essentiales, vel an sola prima particula exigatr, et proinde secunda sit veluti exemplum in aliquo inferiori strictiori? pro cuius luce sit:

§ II.

Prænotantur non-nulla.

6 Primo notandum est quod etsi in præsenti solum videatur

Sermo

Sermo de actione humana, tamen non est animus actionem humanam seiungere ab Angelicis operationibus quæ conducere possunt ad meritum, vel demeritum in Angelis, seu ad laudem et vituperium. Et fuerunt illæ actiones elicitæ ab Angelis in statu viæ, mediis quibus aliqui vitæ æternæ adepti fuerunt, alij autem perpetuo ad ignem æternum fuerunt aligati. Unde in præsenti, etsi sermo sit de actione humana, ut nobis notiore, tamen revera sermo est de actione in genere moris constituta quatenus digna est laude vel vituperio. Et inde actio humana non seiungitur quatenus ad præsens conducit ab operationibus Angelicis quarum Angelus est dominus, et quæ ex voluntate deliberata procedunt.

Secundo notandum est quod quando Angelicus Magister assumit illam propositionem, scilicet, illæ actiones sunt humanæ quæ sunt propriæ hominis inquantum homo, quæ est veluti maior praedicti discursus in quo nititur ratio D. Ths. illa particula inquantum, non reduplicat differentiam specificam hominis, secundum quam homo cadit sub consideratione metaphysica, constitutum nempe ex gradu communi, et generico, et ex gradu differentiali et proprio; scilicet ex animali, et rationali. illa ergo particula inquantum reduplicat hominem secundum quod cadit sub consideratione Ethicæ, et Politicæ, quæ scientiæ tantum considerant hominem secundum quod est principium actionum, quæ regulis moris subduntur, sub qua consideratione includit homo ut differentiam ultimam, ultimo sui constitutivam, non solum rationalitatem, sed potius dominium, seu libertatem supra suos actus, quod convenit homini iure sui arbitrij et libertatis, quo pacto Philosophus moralis solum considerat hominem ut radicantem actiones laude vel vituperio dignas.

Ratio autem quare in præsenti Ang. M. solum assumit illam particulam inquantum secundum quod reduplicat hominem modo assignato ex duplici capite potest deduci. Primo quia alias plures actiones quas Ang. M. excludit a ratione actionum humanarum, et eas asserit esse hominis, et non humanas, essent humanæ; 2.d

Hoc non est dicendum; ergo in praesenti dum inquantum solum reduplicat hominem secundum differentiam Ethicam seu politicam a nobis assignatam. Probatur maior: quia intelligere, quamvis conveniat omne exercitium libertatis, est actio propria hominis inquantum homo; immo videtur magis propria quam ipsum exercitium libertatis cum perfecto dominio suarum actionum, nam intelligere convenit homini prius priori ad libertatem, atqui talis intellectio sic praeveniens usum rationis non est actio humana, cum non sit laude vel vituperio digna, igitur eo est quia in praesenti illa particula inquantum solum reduplicat hominem secundum differentiam a nobis assignatam: maior constat quia intelligere magis essentiale est homini quam velle, immo ideo convenit homini velle quia ipsi prius aliquo priori convenit intelligere. Ergo si intellectio est actio propria hominis inquantum homo, si dum inquantum reduplicat differentiam metaphysicam, et essentialem hominis; sed eadem intellectio ut praeveniens libertatem, non est actio hominis inquantum homo, dum inquantum reduplicando differentiam Ethicam, et Politicam hominis modo a nobis assignato.

9 Secundo eadem ratio potest deduci ex eo quia in praesenti solum loquitur D. Th. et cum eo omnes Theologi de actionibus quatenus conducunt ad ultimum finem assequendum, seu solum loquitur de actionibus quae subiicibiles sunt regulis morum; atqui sub praedicta consideratione solum inspiciuntur actiones, quae libertatem supponunt, et inde sunt stricte et rigorose liberae, et laude vel vituperio dignae; ergo est signum quando Angelicus M. asserit quod actio humana est illa quae est propria hominis inquantum homo per dum inquantum solum intendit reduplicare hominem secundum quod cadit sub consideratione Ethicae et Politicae.

10 Pro cuius maiori intelligentia tertio notandum est quod aliqua actio potest esse propria hominis inquantum homo dupliciter, vel quo ad substantiam, vel quo ad substantiam et modum. Quoad substantiam solum est aliqua actio propria hominis inquantum homo quando est elicitive ab intellectu vel voluntate naturaliter, seu per modum naturae operantibus, immo etiam illae actiones quae a potentiis sensitivis, immo et vegetativis eliciuntur,

perfectiori

perfectiori modo quã a potentijs irrationalibus propter coniunctio-
nem quã habent in homine ad gradum intellectivum, hæ igitur ac-
tiones quoad substantiam sunt propriæ hominis in quantum homo.
cæterum quoad modum proprium operandi hominis in quantum homo
scilicet cum dominio et libertate, non sunt propriæ hominis, cum ab eo
egrediantur, et eliciantur naturaliter, ad modum quo naturale
est igni calefacere, et Soli illuminare. 11

E contra autem tunc di-
cuntur actiones propriæ hominis in quantum homo, quoad substan-
tiam, et modum quando elicitive sunt a libero arbitrio, vel
si sunt elicitive ab alijs potentijs eliciuntur medio impe-
rio libertatis, proindeque cum dominio supra earum elicientiam.
Ratio huius suppositionis est quia homo quando natura-
liter operatur, etsi sit per intellectum, et voluntatem non distingui-
tur in modo operandi ab irrationalibus, imo neque ab alijs
agentibus naturalibus, ut puta a Sole, igne, et alijs,
etenim tam naturale est et necessarium homini intelligere
supposita unione speciei intelligibilis quam igni comburere ap-
plicato ad combustibile: ergo prædictæ actiones non sunt propriæ
hominis in quantum homo; secus autem quando actiones sunt
sub dominio arbitrij, tunc enim distinguitur homo in operando
ab omni alio agenti quod non est homo; ergo tunc ope-
ratur homo ut homo, et ut cadit sub consideratione Theo-
logica, et Philosophiæ moralis. quibus positis sit:

§. III.

Statuitur Dico 1o.

Sit Dico 1o in prædicta definitione actionis humanæ solum est 12
essentialis prima particula, alia autem solum apponitur ut exem-
plum in notiori. Nempe Actio humana sic definitur: est illa
cuius homo est dominus. Unde sequentia verba scilicet,
et quæ a voluntate deliberata procedit. apponuntur solum ut
exemplum in notiori. Probatur et explicatur Dico 1o quia ex
terminis actio humana, prout in præsenti sumitur est illa,

quæ subiicibilis est regulis morum, unde digna est laude vel vituperio, sed huiusmodi actiones sunt omnes illæ, quæ sunt perfecte liberæ, etsi non sint deliberatæ, seu sunt illæ, quarum homo est dominus, etsi nullam habeat deliberationem circa illas; ergo actio humana optime definitur unice per hæc verba: est illa cuius homo est dominus. Mai. constat, cum totus iste tractatus, et tota hæc pars, sit in tradendis, et explicandis regulis morum. Min. autem prob. quia prima intentio finis procedens ex iudicio indifferenti, est talis conditionis, ut sit laude vel vituperio digna; sed talis actio, seu prima intentio finis, etsi sit libera, non procedit ex deliberatione voluntatis; ergo ad hoc ut aliqua actio sit stricte et simpliciter humana, proindeque laude, vel vituperio digna solum exigitur quod sit actio libera, cadens proinde sub dominio elicientis. mai. constat, cum prima intentio finis sit meritoria, vel demeritoria, imo meritum, vel demeritum ex prima intentione finis deribatur in alias actiones. Min. autem etiam constat, et in primis quoad id quod in ipsa supponitur, nempe quod talis actio sit libera, constat, quia supponit iudicium indifferens proponens obiectum cum indiff.ᵃ etenim illud non proponit ut summum bonum clare cognitum. unde sub hac inspectione nequit necessitare voluntatem. = Quod autem talis prima intentio non procedat ex voluntate deliberata etiam constat, quia alias ut supponeret aliam volitionem ex qua procederet non esset prima intentio: ergo a primo ad ultimum ut aliqua actio sit humana solum requiritur quod sit libera et sub potestate, et dominio elicientis; seu quod illius homo sit dominus.

13 Confirmatur. Prima operatio Angelorum quam quilibet illorum elicuit in primo instanti fuit actio bona, moraliter, meritoria, et digna laude, cum ut supponimus pro nunc omnes Angeli in primo instanti meruerint; imo in nostra et communi Thomistarum sententia, non potuerunt non mereri, et peccare non potuerunt; sed talis actio non fuit deliberata etsi fuisset libera; ergo ut aliqua actio sit humana non requiritur quod procedat ex voluntate deliberata. sed sufficit quod sit libera proindeque sub dominio elicientis. Min. constat

cum

cum ad illam primam operationem non se determinaverint Angeli, unde ut dicitur in tract. de Angelis. Angeli ad illam solum prefuerunt concursu elicitivo, non autem determinativo.

19

Confirmatur. Actio, quam Christus dominus elicuit in primo instanti fuit actio humana et bona moraliter, et illa mediante, ut adultus se disposuit ad gratiam, unde fuit meritoria, et elicita mediis auxiliis supernaturalibus divinae gratiae, sed talis actio non fuit deliberata ut constat, cum pro illo priori non praecesserit alia actio, ex cuius determinatione fuisset elicita, alias non esset prima operatio primi instantis; ergo ut aliqua actio sit humana, laude vel vituperio digna, sufficit quod eliciens sit illius dominus, etsi non procedat ex voluntate deliberata.

15

Dices quod D. Thomas in hac q. 1. ar. 1 in corp. videtur includere ad explicandam naturam actionis humanae hoc quod est esse a voluntate deliberata, unde eodem tenore verborum quo dicit: quod actio humana est illa cuius homo est dominus dicit etiam, et quae a voluntate deliberata procedit. ergo nullum est fundamentum in D. Th. ut una particula assignetur, ut de quidditate actionis humanae, et alia excludatur.

16

Rursus nam in eodem art. tertio loco, hoc contra se opponit Ang. M. argumentum: * Quia tunc videtur homo agere propter finem, quando deliberat; sed multa homo agit absque deliberatione, de quibus etiam quandoque nihil cogitat, sicut cum aliquis movet pedem, vel manum aliis intentus, vel fricat barbam, non ergo homo omnia agit propter finem * in quo argumento Angelicus M. enumerat actiones liberas quales sunt pedem movere, vel manum, et fricare barbam, et tamen Ang. M. has actiones non enumerat inter actiones humanas, ergo stat quod aliqua actio sit libera, proinde quod sit sub dominio hominis illam elicientis, et tamen quod non sit humana ex defectu nempe deliberationis, min. probatur ex eodem Ang. M. in solutione ad hoc argumentum, cui sic respondet: * Ad tertium dicendum quod huiusmodi actiones non sunt proprie humanae quia non procedunt ex deliberatione rationis, quae est proprium principium humanarum actionum, et ideo habent quidem finem imaginatum non autem per rationem praestitutum *

Quibus verbis Ang. Mag. ideo excludit prædictas actiones a ratione humanorum actuum, quia non procedunt ex deliberatione rationis, nota causalem, in qua causali non est sermo de defectu libertatis, et dominii illius, sed insuper de libertate, ut deliberata. Unde si de constitutivo essentiali actionis humanæ esset sola libertas, et dominium hanc absdubio assignaret causalem Ang. M. ideo tales actiones humanæ non sunt, quia non sunt sub dominio elicientis, vel quia non sunt liberæ.

17 Rursus in eadem solutione asserit Ang. Præceptor quod proprium principium humanorum actuum est deliberatio, ergo deficiente deliberatione deficit principium proprium a quo sumitur actionem esse humanam.

18 RR.^mi PP. Salmanticenses, ut a simili difficultate se expediant asserunt quod quando Ang. M. asserit quod actio humana est illa quæ ex voluntate deliberata procedit, nomine voluntatis deliberatæ non sumit deliberationem stricto modo sumptam, quatenus dicit consultationem, et inquisitionem mediorum, in qua consultatione, et deliberatione transit homo proprie deliberando, et se movendo de uno actu ad alium, sed sumit deliberationem lato modo sumptam, quatenus etiam comprehendit actiones illas, quas homo elicit ex solo iudicio indifferenti; etenim etiam istas actiones homo elicit cum dominio, et potestate super ipsas, unde mediis illis operatur homo ut homo, et quatenus distinguitur ab irrationalibus, proinde sive talis actio pertineat quoad substantiam ad gradum intellectivum, sive ad gradum animalis, ut sunt actiones stricte imperatæ elicitæ ab appetitu sensitivo, in quibus omnibus operationibus homo operatur, ut homo. Quæ solutio utique est subtilis, et ex ipsa patet responsio ad argumentum, et confirmationem.

19 Cæterum stando in nostra sententia asserente quod actio humana est illa cuius homo est dominus et quod sequentia verba apponuntur ut exemplum in notiori, Resp.^o quod etsi verum sit quod Ang. M. eodem tenore verborum videatur includere utramque cathegoricam in definitione actionis humanæ, tamen revera aliter, et aliter illas duas propositiones includit, quod mihi suadeo ex eo nempe, quia per primam cathegoricam scilicet

Scilicet per hanc: Cuius homo est Domini: sufficientissime explicatur, et quod homo operetur ut homo, quatenus ab irrationalibus, et ab agentibus naturalibus distinguitur, et quod operetur ut subiectus regulis moris, proindeque, ut dignus laude vel vituperio, quod unice requiritur ut aliqua actio dicatur, et sit stricte et rigorose humana, unde asserendum est quod alia cathegorica, quae apposuit Angelicus D. fuit ut in aliquo notiori exemplo explicaretur natura actionis humanae.

20

Ad Confirmationem Resp. quod praedictae actiones, scilicet movere pedem, levare manum, fricare barbam, et aliae similes, vel sunt omnino naturales, elicitaeque solum ex motione, et dispositione imaginativae, seu phantasiae, absque eo quod aliquomodo imperentur a iudicio rationis, vel sunt imperatae saltim virtualiter, et interpretative a voluntate; Si primo modo considerantur, neutiquam sunt liberae, nec humanae, unde incapaces sunt laude vel vituperio, cum non fiant aliquomodo ex imperio liberi arbitrii; Si autem secundo modo considerantur sic sunt virtualiter et interpretative liberae, imo et deliberatae, unde sic sunt actiones humanae, et dignae laude vel vituperio, iuxta exigentiam finis, a quo, vel propter quem fuerunt elicitae; quando autem D. Thomas asserit, praedictas actiones non esse humanas ideo est quia solum eliciuntur ab appetitu sensitivo, ut ab imaginatione moto, quod sane indicant ultima verba Angelici Magistri apposita in praedicta solutione ad 3. ait enim * et ideo habent quasi finem imaginatum, non autem per rationem praestitutum,* unde ex praedicta causali quam assignat D. Thomas nempe ex hac propositione, *quia non procedunt ex deliberatione rationis* nihil infertur contra nostrum modum dicendi, cum actiones praedictae talis conditionis sint, ut si aliquomodo essent humanae, scilicet, vel formaliter, vel saltim interpretative, et virtualiter, debebat esse, quia orirentur imperative ex imperio formali, vel interpretativo, et virtuali, ex aliqua priori intentione, et deliberatione voluntatis, qua vellet illas actiones elicere, vel propter finem honestum, ut puta propter subsidium necessarium naturae, quod sumitur iuxta regulas rationis, vel propter finem pravum, scilicet propter turpem delectationem capescendam, quo pacto praedictae actiones necessario si sunt aliquo

modo liberæ, etiam sunt eodem modo deliberatæ, quod non currit in alijs actibus a nobis assignatis in probatione conclusionis, qui taliter sunt liberi, quod non sunt nec possunt esse deliberati.

§. IV.

Solvuntur argumenta.

21. Obijcies primo: Dantur aliquæ actiones quæ nec sunt liberæ, nec deliberatæ, et tamen sunt actiones humanæ; ergo male asseritur quod actio humana est illa cuius homo est dominus. Consequentia patet, et ant. probatur primo, in actionibus peccaminosis, quæ ideo peccata sunt, quia debebant fieri, cum advertentia, et deliberatione, et tamen fuerunt elicitæ absque advertentia, et deliberatione, quibus positis, sic argumentor: implicat quod aliqua actio sit digna vituperio, et pœna, quin sit actio humana; sed in prædicto casu talis actio peccaminosa, digna est vituperio, et pœna, alias non esset peccaminosa, et tamen fuit elicita, non solum absque deliberatione, sed insuper absque libertate, cum ut supponimus, ideo sit peccaminosa quia neque est deliberata, nec libera, defectu privativo; ergo stat quod aliqua actio sit humana, absque eo quod sit deliberata, vel libera.

22. Secundo probatur idem ant. in actionibus peccaminosis patratis ab ebrijs, ut cum quis v.c. ob ebrietatem elicit actionem luxuriosam, vel homicidium committit, in quo casu sic argumentor. Quia tales actiones sunt humanæ, ut pote peccaminosæ, et dignæ pœna, et vituperio; sed in tali casu prædictæ actiones fiunt absque deliberatione, et libertate, ergo stat quod aliqua actio sit humana, absque eo quod verificetur, quod homo est dominus illius, et quod a voluntate deliberata procedit.

23. Respondeo negando ant. ad cuius primam probationem respondeo quod hoc casu scilicet quando quis indeliberate elicit actionem pravam ad cuius eliciendam tenebatur deliberare, datur deliberatio sufficiens ut sit actio humana prava, et peccaminosa, nam etsi non detur advertentia, et deliberatio formalis, et actualis, quæ ille homo debebat apponere, datur tamen deliberatio interpretativa sufficiens ad peccandum, etenim deliberatio interpretativa, est facultas quædam cum tempore

tempore sufficienti ad deliberandum.

24 Et per hoc patet ad 2^am probationem, etenim ebrius ratione praecedentis advertentiae ante ebrietatem, quam advertentiam habuit vel debuit habere, se ad praedictos inhonestos, et inordinatos actus determinavit, unde ideo humanae et peccaminosae sunt tales actiones, ipsique ebrio ad culpam imputantur quia adest virtualis, et interpretativa deliberatio, ex inde quod numquam verificatur aliquam actionem esse humanam, quin illius homo sit dominus saltem in causa.

25 Obiicies 2º. Actiones quas amentes, et Pueri antequam ad usum rationis perveniant, exercent per intellectum, et voluntatem sunt actiones proprie hominis, in quantum homo; ergo sunt humanae. Patet: sed tales actiones non fiunt cum libertate; ergo stat quod aliqua actio sit humana, absque eo quod homo sit dominus illius.

26 Huic argumento respondet M. Victoria in relect. de eo, ad quod tenetur puer perveniens ad usum rationis, punct. 1. n. 8. et asserit actiones, quae fiunt ab amentibus, si sunt bonae ex obiecto, esse humanas, et meritorias; quia inquit, quod absolute taliter fiunt, ut non fiant necessario, sed potius sint subiectae illarum dominio.

27 Sed mihi non placet, haec solutio, neque hic dicendi modus, etenim actus amentium, et puerorum ante adventum ad usum rationis, sunt omnino necessarii, et neutiquam liberi, namque indifferentia quae videtur adesse his actionibus, non est indifferentia iudicii cum de hoc sint destituti, unde illa indifferentia solum est talis, a coactione, quae et dicitur immunitas a coactione, imo indifferentia praedicta, quae videtur splendescere in actionibus amentium, et puerorum istique est ubi illa quae videtur adesse in Cane, equo, vel alio animali; nam etsi praedicta animalia irrationalia videantur iam ad unum, iam ad aliud se vertere; tamen, omnino necessario et absque dominio se exercent, unde in actionibus in quibus videntur ex se moveri, etsi videatur apparere aliqua immunitas seu spontaneitas, talis immunitas ut est de se ad meritum, vel demeritum non sufficit. ac proinde nulla est ratio ob quam cogamur dicere quod praedictae actiones, elicitae ab amentibus, et pueris ante adventum ad usum rationis, sunt actiones humanae.

28 Aliter ergo ad argum Resp. nempe dist. ans: tales actiones sunt proprie hominis inquantum homo, ly inquantum reduplicando differentiam metaphysicam hominis, conc. ans. ly inquantum reduplicando differentiam hominis moraliter inspecti, quatenus nempe cadit sub regulis morum nego ans. et conseq. quae solutio patet ex dictis, dicimus ergo quod tales actiones sunt hominis quoad substantiam, non autem quoad modum unde non sunt humanae.

§. V.

Quid de visione beata, et de amore beatifico: utrum ipsis conveniat definitio actionis humanae?

29 Circa praesens dubium varie opinantur Authores, dum alij affirmativam, alij negativam tuentur, nos igitur pro parte affirmativa haec non levis effor matr rao: Nam ex terminis illa est actio proprie humana quae est propria hominis inquantum homo; sed amor beatificus, (et idem dicas de visione beata) est talis naturae ut procedat a voluntate humana reduplicative ut est potentia quae est propria hominis inquantum homo; ergo amor beatificus est proprie actio humana. Mai constat, et est assumptum ab Ang. Mag. in har. 1. huius q. 1. ad explicandas actiones humanas, probatur ergo min. nam amor ille, seu actio illa, procedit a voluntate humana ut potentia quaedam propria hominis in quantum homo, quae in modo operandi seu in ipso egressu ita procedit a voluntate humana, ut ipsam distinguat ab omni alia potentia, et ab omni alio appetitu, tam naturali, quam animali: sed amor beatificus, in ipso egressu modo dicto procedit a voluntate humana; ergo amor beatificus in ipso egressu procedit a voluntate humana iuxta modum proprium operandi hominis in quantum homo. mai.

videtur

videtur evidens, unde solum restat probanda min. quia voluntas humana ita concurrit ad amorem beatificum, quod non currat ut appetitus brutorum absque cognitione clara, et clarissima obiecti; neque concurrit ut appetitus mere naturalis, scilicet ut determinata ab extrinseco agente, scilicet ab auctore suo, unde concurrit ad illum amorem ex perfectissima advertentia obiecti; quia amor beatificus in ipso regressu ita procedit a voluntate humana, ut ipsum distinguat ab omni alio appetitu, tam naturali, quam animali.

30

Dices quod maior propositio quae assumitur in hoc argumento, et fundamentum totius discursus, et quae ipse D. Th. assumit ad naturam actionis humanae explicandam, scilicet haec propositio: illa est actio proprie humana, quae est propria hominis in quantum homo, ut intendit concludat debet explicari, ut ibidem explicatur a D. Th. et ut supra a nobis est exposita et explanata, nempe ita ut illa intelligatur actio propria hominis in quantum homo, cuius homo est dominus, et quae a voluntate deliberata procedit, unde cum amoris beatifici homo non sit dominus, cum non sit in eius potestate in ipsum prorumpere, vel ab illo cessare, supposita visione beata, quae est clarissima propositio obiecti, proindeque cum talis amor non procedat ex deliberatione voluntatis, inde est quod amor beatificus non est proprie actio humana.

31

Unde ad rationem in argumento facto contentam respondendum potest quod ex illa solum convincitur amorem beatificum esse actionem propriam hominis in quantum homo, sumpto in quantum determinando differentiam metaphysicam hominis, non autem determinando differentiam ethicam, et politicam ipsius, sub cuius consideratione in praesenti inspicitur, et sub cuius inspectione subiicibilis est regulis morum unde amor beatificus metaphysice unice distinguit appetitum rationalem ab animali, et innato.

32

Sed contra in favorem sententiae affirmativae arguens et resplicabis, quia etsi praedicta maxima intelligenda sit modo dicto tamen adhuc non convincitur amorem beatificum non esse actionem proprie humanam; quia solutio nulla est: assumptum probatur, quia si amor beatificus non esset actio

proprie humana maxime ex defectu libertatis, et deliberationis; 3° esto amor beatificus sit actio necess.° tamen talis necessitas non excludit ab ipso sufficientem libertatem, et deliberationem ut sit actio humana ergo neutiquam convincitur amorem beatificum non esse actionem proprie humanam; cetera patent probatur min. nam amor beatificus etsi sit necessarius, tamen non est necessarius necessitate imperfectionis, et indigentiae, sed est necessarius necessitate plenitudinis, et firmitatis; sed talis necessitas non destruit libertatem, et deliberationem exactam ad rationem actionis humanae; ergo esto, amor beatificus sit actio necessaria, tamen non debet excludi a ratione actionis humanae. mai. constat, cum necessitas quam sortitur amor beatificus non sit orta ex inadvertentia neque ab agente extrinseco, scilicet ab autore naturae, neque est ex defectu cognitionis; ergo est necessitas plenitudinis et firmitatis, et perfectionis. min. autem probatur quia necessitas plenitudinis est necessitas adaequans totam indifferentiam voluntatis, et eminenter continens ipsam indifferentiam, unde est quid eminentius libero; sed eo ipso talis necessitas non destruit libertatem, et deliberationem exactam ad rationem actionis humanae, ergo talis necessitas ipsum non excludit a ratione actionis humanae. Mai constat, quia talis necessitas est necessitas orta ex plenissima advertentia obiecti et ex clara cognitione finis; ergo est necessitas eminenter continens indifferentiam libertatis.

33 Ulterius necessitas quam sortitur amor beatificus non destruit moralitatem in ipso amore; etenim amor beatificus et est bonus moraliter, et est iuxta regulas rationis, imo est ex coniunctione perfectissima cum ipsa regula moralitatis, qualis est summa, et infinita bonitas; ergo necessitas quae reperitur in amore beatifico non excludit libertatem et deliberationem exactam ad rationem actionis humanae, cum eo quia necessitatem sortitur ex plenitudine eminentialem libertatem, et deliberationem includat.

34 Confirmatur quia amor beatificus exigit necess.° ut regulam cui visionem beatam; sed eo ipso nequit non esse actio humana; ergo amor beatificus est proprie humana actio. probatur min. nam visio beata etsi in se formaliter libera non sit, tamen est

est radicaliter libera, cum non solum sit regula amoris necessarij erga Deum, sed et liberi erga creaturas; sed amor exigens pro regula sui, cognitionem liberam, etsi non formaliter, tamen eminenter virtualiter, nequit non esse actio humana, ergo amor beatificus est proprie actio humana. mai est evidens, et probatur min. quia talis amor eo ipso quod exigat ad sui elicientiam cognitionem virtualiter eminenter liberam est actio propria hominis in quantum homo, l(icet) in quantum determinando non solum differentiam metaphysicam hominis, sed etiam differentiam physicam, politicam, et moralem; ergo est actio humana. ans videtur evidens quia amor exigens ad sui elicientiam cognitionem aliquomodo liberam est amor physice, et politice condistinctum ab omni alio appetitu tam animali, quam naturali, et innato. 35

Dices quod etsi necessitas, quae reperitur in amore beatifico, sit necessitas plenitudinis, firmitatis, et perfectionis, orta proinde ex plenissima advertentia, et ex clara obiecti cognitione, tamen non sufficit ut amor beatificus sit actus humanus, cum stante tali necessitate, homo non sit dominus illius, neque ex propria deliberatione prorrumpat in amorem sed ut raptus ab obiecto, proindeque talis amor nequit esse actus humanus, = Accedit ad hoc quod actus humanus in praesenti sumitur pro actione sub qua potest cadere praeceptum et consequenter sumitur pro actione cui anexum est meritum vel demeritum, quae omnia amori beatifico non conveniunt. 36

Unde ad illud quod dicitur de moralitate, in prima confirmatione, Resp. moralitatem illam quam sortitur amor beatificus non esse sufficientem moralitatem ad illum constituendum in ratione actus humani, cum stante tali moralitate talis amor non sit meritorius, neque ut diximus potest cadere sub praecepto. proindeque potest dici illa moralitas, moralitas entitativa ut sic dicamus in linea entis, non tamen de linea meriti quae erat necessaria ad rationem actus humani. Seu potest dici moralitas obiectiva, et signata, non autem moralitas formalis, et exercita, quae moralitas neutiquam sufficit ad constituendam actionem in genere actus humani.

37 Ad Confirmationem Responderi potest pro parte negativa, quod etsi Amor beatificus exigat ut regula sui visionem beatam, quae ut argumentum convincit est etiam radicaliter eminenter libera, cum sit regula amoris liberi erga creaturas: tamen amor beatificus ex se, et ex natura sua non exposcit hanc radicalem eminentialem libertatem in visione, seu non exposcit ex natura sua visionem beatam regulare amorem liberum erga creaturas, unde potius ad eliciendum amoris beatifici, ipsiusque regulationis ut amor beatificus est, et ut est visio regula ipsius, talis eminentialis et radicalis libertas se habet materialiter, et pure identice, non autem formaliter, et regulative, unde non convincitur amorem beatificum in sui egressione oriri ut actum humanum, et iuxta modum proprium operandi hominis in gloria beati, scilicet modo libero, et cum dominio erga actum.

38 Quae solutio in favorem negativae potest confirmari, et approbari, in actu amoris divini, et increati notionalis, quo procedit Spiritus Sanctus a Patre, et Filio, ut ab uno principio spirante: etenim talis amor notionalis, divinus, et increatus, est ex perfectissima Patris, et Filij cognitione, et tamen haec perfectissima, et plenissima cognitio sufficiens non est ut talis amor dicatur esse sub potestate voluntatis divinae; alias processio Spiritus Sancti esset libera, quod etsi aliquibus placeat, tamen in veriori sententia, est plusquam falsum, ergo etsi amor beatificus procedat ex perfectissima cognitione, qualis est visio beata, non tamen ex inde colligi debet, quod sit actus humanus, procedens modo humano, et cum sufficienti deliberatione.

39 Replicabis contra hoc, nam etsi amor quo Spiritus Sanctus procedit, esset absolute, et simpliciter liber, ex illo ad amorem beatificum creatum nulla potest efformari efficax consequentia unde male et incongrue adducitur praedicta instantia ad praesens intentum. Ans[?] probatur in actu libero Dei quo ad extra producit creaturas, talis enim amor est simpliciter et omnibus modis liber, ut evidens est, et tamen talis amor dici non debet actus humanus, neque cum illo debet comparari et parificari, etenim per illum non meretur Deus nec potest mereri; ergo etsi amor quo Spiritus Sanctus procedit a Patre, et Filio esset omnino liber, ex illo ad actum humanum nulla efficax potest efformari doctrina.

Sed. ultra quia predicta instantia desumpta ex amore notionali, quo Spiritus Sanctus procedit a Patre, et Filio, solum adducitur ad suadendum quod ad hoc ut amor aliquis sit sub dominio elicientis, et sub determinatione, et deliberatione ipsius, non sufficit quod procedat ex advertentia perfectissima rationis, ut patet in praedicto actu notionali, quo Spiritus Sanctus procedit a Patre, et Filio. Unde potius instantia, quae affertur in contrarium desumpta ex actu libero Dei, suadet intentum contra ss. affirmantes amorem beatificum esse actum humanum, etenim talis actus liber Dei est sub perfectissimo dominio voluntatis divinae sub explicito liberi, et sub libera terminatione, sive sit terminatio intrinseca sive extrinseca connotatio, de quo in 1. p. q. 19. proinde ratio obliqua actus liber Dei non est actus moralis, de quo in praesenti, est quia actus morales de quibus in tota hac 1. 2. et 2. 2. est sermo, sunt talis conditionis, quod cadere possunt sub praecepto proindeque sunt meritorii, vel demeritorii. Actus autem liber Dei rationem meritorii nequit sortiri, neque aliquomodo cadere potest sub praecepto, non ex defectu libertatis neque ex defectu dominii, sed quia non est dabilis alius dominus superior ipso Deo, cuius praeceptis possit obtemperari, et apud quem possit mereri. Proindeque instantia supra apposita de actu notionali quo a Patre et Filio procedit Spiritus Sanctus, solum afferatur ad manifestandum quomodo etsi actus aliquis sit ex perfectissima advertentia, et ex clarissima cognitione, non exinde colligitur quod sit cum perfecto dominio elicientis, et per consequens instantia valde adest, unde absolute dicitur, et quia optime colligitur, quod ut actus aliquis seu amor quidam dicatur esse sub dominio voluntatis, non sufficit quod procedat ex perfecta advertentia, sed ultra hoc requiritur, quod sit sub dominio voluntatis.

§. VI.

Referuntur alii modi dicendi.

Alii ergo his rationibus pro parte affirmativa fere devicti, ipsam affirmativam partem deffendunt, et quorum numero est Medina, et

exponis Clart. unde asserunt amorem beatificum vere et proprie esse actum humanum, cæterum hanc suam sententiam explicant asserendo quod etsi amor beatificus formaliter non sit a voluntate deliberata, tamen terminative est ipsa voluntate deliberata, quatenus essentialiter supponit in via actus liberos, et deliberatos quibus fuit promerita visio, et amor.

42 Verum hæc sententia, et hic modus dicendi, et verum non continet, et est contra **D. TH.** et insuper est insufficiens. Et ab ultimo hoc incipiendo, constat eius insufficientia, ex eo quia hic modus dicendi, non explicat quomodo amor beatificus, quo Parvuli, qui post Baptismum, et ante usum rationis ex hac vita mortali ad æternam migrarunt, Deo fruentes, et in ipso delectantes, sit actus humanus, seu actio humana, etenim iuxta hunc discurrendi modum, talis amor non est liber neque deliberatus neque formaliter, neque terminative, nam formaliter, ut fatetur hæc sententia, nec terminative, cum non supponat actus liberos et deliberatos quibus fuisset promeritus amor ipse. Unde cum amor iste Parvulorum, seu illorum qui parvuli decesserunt sit eiusdem rationis cum amore beatifico adultorum, seu illorum qui iam adulti e vita migrarunt, infertur quod vel neuter amor est actus humanus, vel uterque est = Est etiam modus iste dicendi contra D. Thom. qui Ang. M. in præsenti, exponens naturam actionis humanæ, asserit esse illam: cuius homo est dominus, et quæ ex voluntate deliberata procedit. quorum neutrum convenit amori beatifico. = Est denique modus iste dicendi contra rationem quia terminus alicuius rei non denominatur eadem denominatione ac denominatur res illa, quæ in illo terminatur, seu ad ipsum ordinatur, ut patet in omnibus respectivis. Filius enim terminat relationem Paternitatis, et tamen filius non denominatur Pater, a relatione quam terminat, patet etiam in motu, et quiete, quies enim est terminus Motus, et non denominatur motus. similiter, Præmium est terminus meriti, et præmium non denominatur meritum. Similiter effectus actionis liberæ est terminus ipsius actionis liberæ, et non denominatur actio libera. et idem est de omnibus aliis terminis respectu illarum rerum quæ ad ipsos terminantur. ergo deprimo ad ultimum modus iste defendendi amorem beatificum esse actionem humanam sustineri nequit.

PP

PP. Salmanticenses, ut ab his et alijs difficultatibus se expediant, asserunt, et stis valde subtiliter, et Metaphysice quod homo potest considerari, et secundum se, nullo ordine inspecto ad statum, sed potius ut praescindit ab omni statu, tam viae, quam patriae vel determinate, prout includit statum viae; Si ergo Amor beatificus consideratur, secundum quod est actio hominis in quantum homo, praescindendo a statu viae, asserunt quod sic esse amorem beatificum actionem humanam proprie, et stricte, cum sit actio propria hominis in quantum homo; Caeterum si sermo sit de actibus humanis, inquiunt praedicti PP. secundum quod determinate respiciunt statum viae, sub hac inspectione asserunt amorem beatificum non esse actionem humanam, quia actus humanus prout sic exigit esse sub dominio voluntatis. — Et ad D. TH.em, qui ipsis videbatur in praesenti esse contrarium definiens actionem humanam ex eo quia est sub dominio voluntatis, et cuius homo est dominus, Respondent Ang.cum M. in praesenti illum definijsse actiones humanas quae sunt hominis propriae prout homo determinate includit statum viae. 44.

Sed mihi etiam non placet, hic modus, etsi subtilis, discurrendi, quia aliàs D. Th. non recte tradidisset definitionem actionis humanae secundum se si solum explicuisset actionem humanam secundum quod convenit homini in hoc statu viae, quod non est dicendum, sicut si inquirendo obiectum intellectus quid sit? daretur responsio assignando unice ens materiale, seu quidditatem materialem, revera esset defectuosa, et peccaminosa responsio, cum solum assignaretur obiectum intellectus prout includit determinate hunc statum abstractionis, quia inde ut esset optima et adaequata responsio erat necessarium dicere obiectum intellectus esse ens, seu verum, ut sic prout abstrahit ab omni ente tam materiali quam spirituali, naturali, et supernaturali. 45

Mihi ergo videtur relinquere hunc dicendi modum ex eo quia actiones humanae de quibus in hac 1.2. instituitur sermo, sunt illae, quae subesse possunt regulis morum, et quae cadere possunt sub praecepto. Et inde possunt esse meritoriae, vel demeritoriae; quorum neutrum

convenit amori beatifico, unde infertur ipsum non esse actionem humanam.

96 Et ad rationem quae in discursu praedictorum PP. videtur dinerri scilicet quod talis amor est actio conveniens homini in quantum homo, resp. distinguendo hanc maximam quae applicata ad amorem beatificum est vera, si tam in quantum reduplicat differentiam metaphysicam, et essentialem hominis; secus autem si solum reduplicat differentiam moralem, ethicam, et politicam hominis, secundum quam subiicibilis est regulis morum.

97 Poterat replicari in favorem sententiae affirmantis, stando et affirmando quod Amor beatificus nequit non esse actus humanus, praesertim sub praedicta consideratione, nempe quatenus est actio hominis in quantum homo, seu homo secundum se sumptus, ex eo quia in hac 1a 2ae solum tractatur de actibus humanis, et cum alias in hac parte etiam inserantur specialis tract. de Beatitudine, videtur colligi, et sic a posteriori tam visionem beatificam, quam amorem beatificum esse actiones humanas.

98 Sed facile resp. quod in hac 1a 2ae etsi principale intentum sit agere de actibus humanis, ut subiicibiles sunt regulis morum, quatenus per ipsos homo adipisci conatur beatitudinem, tamen etiam est sermo de eorum terminis, qualis est Beatitudo, et de eorum principiis, tam intrinsecis, ut sunt habitus virtutum, vel vitiorum, quam extrinsecis, ut sunt regulae, et leges, unde etiam inseruntur speciales tractatus, de virtutibus, de peccatis, de legibus de gratia, etc. unde ex eo quod in praesenti sit sermo de Beatitudine non colligitur visionem beatificam vel amorem beatificum esse actiones humanas.

§. VII.

Defenditur sententia negativa.

99 Sententiam negativam tenent plures theologi unde cum ipsis asserimus amorem beatificum, sicut et visionem beatam, non esse actionem humanam. Haec assertio praeter dicta contra sententiam affirmantem suadetur sequenti discursu. Nam

illa-

illa unice est proprie actio humana quae est propria hominis in quantum homo tam quoad substantiam, quam quoad modum, seu quae est propria hominis in quantum homo, tamquam in quantum reduplicando non solum differentiam metafisicam hominis, sed etiam differentiam moralem, ethicam, et politicam, secundum quam est subiicibilis regulis morum; sed amor beatificus, et idem est de visione beata, huiusmodi non est; ergo amor beatificus non est proprie actio humana. Probatur et explicatur maior, probanda postea minor. quia illa unice, est proprie actio humana, per quam homo differt in operando ab irrationalibus, et ab aliis agentibus naturalibus; sed talis differentia, et discriminatio salvari nequit, nisi actio taliter sit propria hominis, quod ipsi conveniat in quantum homo, tamquam in quantum reduplicando non solum differentiam metaphisicam hominis, sed etiam differentiam moralem ethicam, et politicam secundum quam est subiicibilis regulis morum, unde actio ut sit propria hominis in quantum homo debet esse propria hominis non solum quoad substantiam, sed etiam quoad modum; ergo illa est proprie actio humana quae est propria hominis in quantum homo, tamquam in quantum reduplicando non solum differentiam metaphisicam hominis, sed etiam differentiam moralem, ethicam, et politicam, propterea reduplicando non solum substantiam actionis, sed etiam modum ipsius. maior constat et probatur minor. nam si actio est solum propria hominis in quantum homo quoad substantiam actionis, et non quoad modum, sequitur quod etsi materialiter, et ideo secundum seu in esse rei distinguatur minime ab irrationalibus, et ab aliis agentibus naturalibus, tamen in modo operandi convenit cum ipsis, unde non minus naturaliter intellectus intelligit, proposita specie, ipsi impressa, et voluntas amat quando obiectum est summum bonum clare propositum, quam sol illuminat, ignis calefacit, et potentia visiva prorumpit in visionem quando apertis oculis, et amotis palpebris medium est illuminatum. ergo dummodo actio aliqua, non sit propria hominis in quantum homo, tamquam in quantum reduplicando etiam differentiam moralem, ethicam et politicam ipsius, et reduplicando non solum substantiam actionis sed etiam modum, non faciet quod homo differat per ipsam ab irrationalibus, et ab aliis agentibus naturalibus in modo operandi.

50

Probatur ergo principalis minor. nam modus proprius operandi hominis in quantum homo, et ut distinguitur ab irrationalibus, et ab omni alio agenti naturali, est operari cum dominio super actionem et cum deliberatione

circa ipsa, Sed amor beatificus non est actio cuius homo est dominus, neque ex propria deliberatione prorumpit in ipsus; ergo amor beatificus non est proprie actio humana. Maior constat, etenim solus per hoc quod est operari cum dominio, et ex determinatione, seu ex deliberatione propria differt homo ab omni alio agenti. Et solus convenit cum creaturis intellectualibus scilicet cum Angelis, a quorum operationibus non est animus seiungere actiones humanas, cum potius sit inter ipsas omnimoda convenientia, quoad praesens, etenim omnes

fuere Angeli, quando viatores capaces fuerunt meriti, vel demeriti. Sed ergo omnino non illius actionis est homo dominus, et illa actio procedit ex determinatione et deliberatione ipsius erga ipsam, cuius existentiam potest homo impedire, et circa quam potest dari praeceptum, et supra quam potest fundari meritum, vel demeritum, Sed nullum horum convenit amori beatifico, nec visioni beatae, ergo amor beatificus non est actio proprie humana.

51 Si dices: quod ex duabus operationibus quae conveniunt homini in quantum homo, scilicet ex eo quod est intelligere, et operari cum dominio, magis proprium hominis est intelligere, quam operari cum dominio; ergo ex hoc ratione non convincitur quod visio beata non sit propriae actio humana. Antecedens videtur certum nam intelligere convenit homini, ex eo quia intellectivus, operari autem cum dominio, convenit ipsi, quia volitivus, Sed esse intellectivum magis proprium hominis est, quam esse volitivum, etenim prius aliquo priori intelligitur homo intellectivus, quam volitivus, ergo actio intellectiva qualis est visio est magis propria hominis in quantum homo, quam operari cum dominio.

52 Respondeo quod si homo consideratur in linea metaphysica verum est quod pro aliquo priori intelligitur intellectivus, quam volitivus; caeterum si homo consideratur ut est animal politicum, et doctrinale, subiicibile regulis morum, et quatenus capax est praecepti, et directionis iuxta legem, et regulas, sic magis proprium ipsius est operari cum dominio, etenim super actiones liberas unice potest cadere praeceptum et supra ipsas unice fundatur meritum: non ergo infertur visionem beatam, neque amorem beatificum esse actiones humanas.

* * * * * * * * * *

Q. 2.

QUÆST. II.

UTRUM OMNES ACTIONES HUMANÆ SINT PROPTER FINEM?

§. I.

Prænotantur non-nulla.

Vidimus quæst. præd. in quo quidditas actionis humanæ consistat, nunc autem quod examinandum proponimus est utrum prædictæ actiones humanæ sint stricte, et rigorose propter finem. Pro cuius maiori intelligentia notandum est primo, quod actionum humanarum aliæ sunt elicitæ a voluntate, aliæ imperatæ, et insuper, ex imperatis aliæ sunt proprie imperatæ, idest elicitæ ab alia potentia a voluntate, ex imperio tamen et motione ipsius voluntatis, quo pacto imperatæ dicuntur; aliæ autem sunt, etsi elicitæ a voluntate, tamen supponunt aliam actionem ipsius voluntatis, ex cuius motione eliciuntur ab eadem voluntate; unde etsi sint elicitæ a voluntate, tamen revera, et stricte sunt imperatæ cum ex motione efficaci alterius motionis præsuppositæ, oriantur a voluntate. Igitur difficultatis pondus tam circa unas quam circa alias actiones, dummodo sint humanæ, versatur, et quærimus utrum omnes sint propter finem? etsi aliqua maior sit difficultas circa actiones pure elicitas, unde circa istas speciale §um erit operæ instituere.

Pro cuius etiam maiori intelligentia notandum est secundo quod esse aliquam actionem propter finem proprie, et formaliter, nihil aliud est, quam quod finis circa ipsam actionem, et circa ipsum agens, et eliciens actionem, exerceat

Suæ causalitatê, ita ut actio illa quæ egreditur ab agente sit rigorose effectus finis. = Ubi etiam notandum venit quod agens ut agens dupliciter agere pot. propter finem, primo ita ut non solum actio finaliter a fine, et sit effectus finis, sed ita taliter quod agens ut agens operetur ex intentione, et cognitione finis; = 2.º vel ita ut etsi agat propter finem, quia inde actio finaliter a fine, et sit effectus finis, tamen non sit ex intentione agentis erga finem neque ex cognitione ipsius finis. Igitur agere propter finem ex intentione, et cognitione finis est proprium naturæ rationis prædite; agere autem propter finem absque ipsius finis cognitione, et intentione, est opus proprium naturæ, seu agentis necessarij, quo pacto ignis ignit et sol illuminat absque cognitione finis intenti ab Authore naturæ, quiescit in illo servare speciem, et in isto bonum universi; sicut et cœli moventur ut impleatur numerus electorum. = Dubium ergo præsens non est de agentibus necessarijs, utrum nempe operentur propter finem? de hoc enim postea erit sermo. Unde similiter dubium non est de homine quatenus agit per actiones necessarias, solum ergo est quæstio circa actiones humanas, et liberas et quæ proinde sunt sub dominio et potestate, et arbitrio ipsius elicientis, seu operantis, utrum nempe omnes sint propter finem?

3 . Secundo intelligentia etiam necessario præmittendum, et supponendum duxi, quid sit finem exercere suam causalitatem erga actionem aliquam? Nam iuxta varios discurrendi modos circa causalitatem finis, varie in præsenti opinantur Authores dum aliqui autumnant quod quando dicitur quod omnis actio humana est propter finem est verum sive ly propter sumatur vel stricte, vel late, non autem si solum stricte consideratur. = Contra autem alij contendunt prædictam universalem esse veram, etiam si semper ly propter sumatur stricte, et rigorose.; cæterum Authores huiusmodi dicendi, asserunt, quod tunc ly propter sumitur stricte et rigorose quando finis movet agens ad eliciendam actionis ex præsupposito desiderio, et amore sui ipsius; unde videntur Authores huiusmodi dicendi constituere causalitatem finis in aliquo actu voluntatis, et insuper asserit hic modus dicendi, quod tunc sumitur ly propter late quando finis movet agens non ex præsupposito desiderio, et

et amore sui. Solum supposita cognitione bonitatis finis, quae bonitas alicit, et excitat voluntatem, ut prorumpat in sui amorem; unde iuxta hunc dicendi modum non omnes actiones sunt propter finem, sumendo propter finem stricte, et rigorose, prius dicit habitudinem finis [illegible] amati, sed sumendo propter finem in latiore acceptione quatenus solum dicit habitudinem finis cogniti ut alicientis.

Caeterum hoc videtur esse contra veritatem, nam quando dicitur quod finis finalizat amorem sui, non est sensus ita ut prius finis ametur, quam quod finalizet, sed sensus est, ita ut per amorem sui intelligatur bonitas et convenientia ipsius finis, quae cognita finis alicit, et attrahit voluntatem ad sui amorem, unde verior sententia in Philosophia constituit causalitatem finis in quadam motione morali quae supponit bonitatem ipsius finis, etiam ut cognitam, et antecedit amorem elicitum a voluntate, ratione cuius motionis allectivae, et attractivae voluntas exit et prorumpit in amorem.

Verum ut pro nunc praescindamus a diversitate sententiarum circa causalitatem finis dicimus quod in sententia quae causalitatem finis asserit consistere in ipso actu voluntatis etiam debet discurri pariformiter, ac in sententia constituente causalitatem finis in praedicta motione morali, debet enim pariformiter ita discurri in utraque sententia quoad hoc quod est investigare utrum omnis actio humana sit propter finem? cuius ratio est quia sententia constituens causalitatem finis in actu voluntatis distinguit in ipso actu voluntatis duplicem formalitatem, quatenus nempe talis actus est a voluntate efficienter, et prius est a fine finaliter, et haec formalitas est prior alia intentive, seu in intentione, etsi contra accidat executive, seu in executione in quo ordine talis actus prius intelligitur ut a voluntate quam ut a fine. Ac proinde sicut in alia veriori nobis sententia motio illa moralis, in qua sita est causalitas finis, praecedit intentive actum voluntatis, ita similiter in alia sententia formalitas actus eliciti ut a voluntate praecedit intentive actum voluntatis [illegible], unde exit hic ut ab illo, seu actio illa sit propter finem seu ex amore finis.

Pro cuius denique intelligentia

Ultimo notandum est quod quando in definitione finis dicitur quod finis est cuius gratia aliquid fit, lus cuius gratia, vel non significat cuius amore seu ex cuius amore aliquid fit, ut contendunt aliqui sed asserendum est significare, cuius bonitate aliquid fit. Vel si significat cuius amore, seu ex cuius amore, aliquid fit, lus cuius amore, seu illa praepositio ex debet construi, et intelligi intransitive. igitur praedicta particula sumi potest et construi potest dupliciter, transitive vel intransitive: transitive sumitur quando significat aliquem amorem praesuppositum qui sit causa ut voluntas exeat, et prorumpat in actum, unde lus ex amore transitive sumptum significat aliquid omnino distinctum ab eo quod fit, quo pacto omnes actiones humanae quae immediate versantur circa media, dicuntur fieri ex amore finis, scilicet ex amore distincto, ab amore quo finis amatur, et desideratur =

Intransitive autem sumitur praedicta particula quum significat ipsum amorem indistinctum ab amore, quo diligitur ipse finis. = Sicut quando dicitur quod calor agit, et producit ignem in virtute ignis, lus in virtute sumitur, et construitur intransitive, unde sicut ad hoc ut praedicta propositio sit vera, non requiritur quod inter calorem, et ignem mediet alia aliqua virtus qua calor constituatur potens ad producendam substantiam ignis, sed ipse calor est virtus ignis. ita similiter ut dicatur et verificetur, quod aliqua actio fit propter finem, et ex amore finis, non erit necessarium, quod inter ipsum finem, et illam actionem mediet aliquis amor distinctus ab illo amore quo fit ipsa actio, sed sufficiet quod ipse amor, quo diligitur finis fiat ipsa actio. quibus praenuntiatis praepositis iam erit clarior quaestionis resolutio. Ceterum antequam iudicium circa illam proferamus et ut praemissis sternamus certa ab incertis segregando prius de actionibus tantum elicitis a voluntate erit resolutio, postea de actionibus imperatis instituetur sermo. igitur sit.

§. II.

Utrum omnes actiones humanae elicitae a voluntate sint propter finem? seu sint effectus finis?

Prima.

Prima sententia circa presens dubium, distinguit inter actiones humanas immediate elicitas a Voluntate, aliquas, que immediate versantur circa finem, ut sunt simplex volitio finis, seu prima intentio efficax finis, et fruitio seu delectatio, qua mediante voluntas quiescit in fine iam adepto, et possesso; et aliquas que immediate versantur circa media, quarum precipue sunt consensus, et electio. = Ubi obiter nota quod ante electionem mediorum, et post intentionem efficacem finis datur alius actus voluntatis qui dicitur usus medio quo voluntas applicat intellectum ad consiliandum, et discernendum seu discurrendum inter media, similiter post electionem, et ante imperium rationis datur alius actus voluntatis qui dicitur usus, quo voluntas applicat intellectum ad imperandum executionem, que executio aliquando est actus ipsius voluntatis, et tunc iste actus dicitur usus passivus et aliquando executio pertinet ad alias potentias. = Predictus ergo usus passivus est actus simpliciter imperatus, unde de isto non est in presenti sermo. Solum ergo est presens dubium circa alios actus enumeratos voluntatis. 8

Igitur hec 1.a sententia asserit quod predicti actus eliciti, qui versantur immediate circa finem, ut sunt prima intentio, et fruitio seu delectatio, non sunt propter finem, unde asserit non esse effectus finis, neque finem in illos exercere suam causalitatem. Ita Vazquez hic disp. 3. Lorca. disp. etiam 3. Fonsec. 5. Metaph. c. 2. q. 11. sect. 2. Hanc sententiam etiam solent citari ex Thomistis Zumel. 1. p. q. 3. ar. 4. Banner. 1. p. q. 80. ar. 2. Soncin. 5. Metaph. q. 2. = Ceterum isti explicari possunt iuxta nostram sententiam inferius ponendam. 9

Secunda sententia affirmat omnes actus humanos elicitos a Voluntate esse propter finem, finemque erga omnes exercere suam causalitatem. Ita ex Thomistis. M. Ioan a S. Th. 1. 2. disp. 1. ar. 2. M. Gonet. 1. 2. disp. 1. ar. 2. § 2. M. Ferre. 1. 2. q. 3. § 3. PP. Salm. hic. disp. 2. § 1. M. Curiel. 1. 2. q. 1. ar. 1. dub. 2. § 3. Etsi iste asserat quod quando dicitur omnes actiones humanas elicitas a voluntate esse propter finem, lo propter debet sumi, stricte, vel late, non autem semper stricte, et rigorose. Et insuper asserit iste N. M. lo propter sumi late sufficit ut dicatur omnes actiones elicitas a voluntate non fieri ex alio amore quam ex superiori finis. Hec igitur sententia affirmativa Doctoris communis inter Thom. 10

11 Praeter has duas enumeratas sententias possumus aliam tertiam, et mediam superaddere, quae asserit dari in Voluntate aliquem actum neutrum, qui neque est propter finem, neque versatur circa media, vnde vocatur iste actus neuter. Sed proprie loquendo ista sententia reducitur ad 2.am quae asserit aliquem actum elicitum a voluntate, non esse propter finem, scilicet hunc actum neutrum. Hanc sententiam tenet Scotus in 1. dist. 1. q. 3. quem sequuntur Ochamus. Maior. Durandus et alij scotistae et Nominales. His praelibatis sit.

§. III.

Statuitur Conclusio

****

12 Sit Conclusio: Omnes actiones humanae sunt proprie, et formalissime propter finem, la propter stricte, et rigorose sumpta. Haec nostra Conclusio est D. Thomae in hac q. 1. ar. 1. vbi haec habet verba *: Oportet quod omnes actiones humanae propter finem sint. * quo nihil clarius pro nostra Conclusione.

13 Nec valet dicere D. Thomam explicari posse, distinguendo praedicta verba, et illa concedendo si la propter sumitur late, secus autem si sumitur stricte. = Non inquam id potest dici, cum Angelicus Mag. absolute et absque aliqua restrictione affirmet omnes actiones humanas esse propter finem alias nihil firmum haberetur in D. Thoma si sic pro libito posset quisque distinguere. Vnde relinquendus est M. Lorca qui D. Thomam cum distinctione asignata in hoc puncto sequitur, vnde iste S. M. asserit praedictam maximam D. Thomae solum esse veram sumpto la propter late, quod idem est ac tendere aliquomodo in finem, seu finem aliquomodo respicere. = Haec enim Solutio Mag. Lorcae relinquenda est. primo quia alias Angelicus M. non fuisset locutus formalissime in praesenti cum non explicuisset quomodo actiones humanae essent propter finem stricte, quod dicendum non est. vnde cum ita absolute proferat Angelicus M. illam propositionem in stricto, et rigoroso sensu debet intelligi. = Secundo potest haec nostra redargutio comprobari ex eo quod Angelicus Mag. aequaliter de omnibus actionibus humanis

asserit

asserit esse propter finem; etenim ipse Author ubi distinguit inter actiones humanas; Nunc sic, sed aliquae si stricte, et in toto rigore propter finem ut fatetur Lorca, ergo omnes. Atque ut ex dicendis constabit eo ipso quod aliqua actio aliquomodo versetur circa finem, finis exercet suam causalitatem in illam, unde sequitur quod sit stricte propter finem. = Quae omnia ad mentem D. Thom. dignoscenda possunt probari ex verbis, quae in solut. ad 2. apponit D. Thom. ait enim * quidquid ergo homo agit verum est dicere quod homo agat propter finem, aliquando agendo actionem quae est ultimus finis. *

Iam ergo probatur nostra conclusio multiplici ratione. Et primo suadetur ratione generali, quae militat in omni agente. Quia omnis actio cuiuscumque agentis egreditur effective ab ipso; sed eo ipso est effectus finis, et est propter finem; ergo omnes actiones humanae elicitae a voluntate sunt formalissime propter finem. maior est evidens, unde probatur min. quia implicat causam efficientem influere, seu prorumpere in actionem nisi ut mota a causa finali; sed si movetur a causa finali talis actio causae efficientis est effectus finis; ergo omnis actio quae effective egreditur ab agente est necessario effectus finis, proinde est propter finem, cum esse effectum finis, et propter finem idem sit ut diximus. Min. constat. Et probatur mai. quia inter omnes causas causa finalis est prima in movendo, intentive scilicet, seu in intentione; ergo si agens quodcumque operatur, est quia movetur a fine, patet conseq. quia inter causas adinvicem subordinatas, necesse est quod subtracta prima, reliquae omnes subtrahantur. sed ut diximus, et ut constans est, prima inter omnes causas est finalis; ergo implicat quod causa efficiens operetur et influat in actionem quin moveatur a fine.

Haec ratio ut iacet militat ut diximus in omni agente tam operante necessario, quam operante libere, et humano modo unde ut specialiter applicetur ad actiones humanas egent alio fulcimento unde poterat subsumi haec seq. min.

Sed in agentibus in quibus Actio praesupponit cognitionem finis et quae est ex cognitione finis, actio quae est effective ab agente libero est stricte, et rigorose propter finem; ergo omnes actiones humanae elicitae a voluntate sunt stricte propter finem. hoc min. subsumptum tamen iam ex notabilibus constat etenim ut vidimus agere propter finem supponit cognitionem finis est esse stricte propter finem, ut extra in agentibus in quibus non praecedit cognitio finis proprie non agunt propter finem, sed potius aguntur a fine.

16 Probatur ergo 2o. a priori ratione, specialiter ex hac generali ratione deducta: quia omnia quae sunt in aliquo genere derivantur a principio illius generis; sed finis est principium in operabilibus ab homine, quia homo est; ergo in actionibus humanis elicitis a voluntate quibus homo operatur ut homo, movetur a fine, proindeque erunt stricte, et rigorose propter finem. min. constat ex Phil. 2. Physic. et est evidenter nota, nam finis est causa propter quam res fiunt, et ex cuius intentione, et ex eius amore et bonitate res fiunt alias essent a casu, unde finis definitur quod sit, id cuius gratia aliquid fit, et etiam est finis principium et causa in operabilibus ab homine, etenim prius intenditur finis, et ex eius intentione incipit operatio. mai. etiam constat ex Phil. 2. et 10. Metaph. c. 2. ex quibus locis est desumpta praedicta maxima scilicet haec: primum in unoquoque genere est causa et mensura caeterorum: ait enim Arist. 2. Metaph. * Unumquodque vero id ipsum maxime est, secundum quod aliis univocatio inest, ut puta ignis calidissimus etenim caeteris hic est caliditatis causa.* et 10 Metaph. c. 1. ait * Maxime autem mensura esse cuiusque generis primorum* Unde audiendi non sunt qui praedictam maximam conantur enervare aliquibus instantiis, inter quos Vazquez 1.2. q.1. dub. 1.

17 Primo ergo contra praedictam maximam opponunt, quod albedo est primum in genere Coloris, et tamen non est Causa caeterorum Colorum. = Similiter Homo est primum et perfectissimum in genere Animalium, et non est Causa aliorum Animalium = Similiter punctum

est

est primus in genere quantitatis, et tamen non est causa quantitatis, et idem de 1mo unit. relativo ad numerum, et de primo dic relato ad alios et sic de alijs quae plurimis exemplis. 18

Non inquam hi Authores sunt audiendi nam praedicta maxima ut verum teneat, et nullas patiatur instantias, debet intelligi, ut in praesenti explicatur a D. Tho. et ut explicatur ab eodem. 1.2. q.167. ar.3. ad 3. scilicet, ita ut 1a primum sit quomodo cumque sit primum, 2o primum idest maxime tale, vel ut principium, et non quomodo cumque principium 3o. ut principians alia, ipsa quae sibi subordinans, aliud enim est esse primum ut cumque et principium ut cumque, aliud autem est esse primum idest maxime tale, seu principium principians alia, ipsa que sibi subordinans. Igitur principians taliter est principium quod influit in principiata, eaque sibi subordinat, et cum alias sit verum, quod propter quod unum quodque tale, et illud magis, si principiata habent aliquid perfectionis, et bonitatis, talis perfectio et bonitas excellentiori modo erit in principio, erit que proinde tale primum principium causa ceterarum perfectionum et bonitatum. Similiter primum quod est maxime tale supponit quod in genere in quo est tale, datur magis et minus, unde cetera mensurantur per ipsum. unde erit causa illorum quae sunt sub illo genere saltim in genere causae exemplaris. 19

Vel 2do dicitur quod primum in uno quoque genere est causa, et mensura ceterorum, haec causa non requiritur quod sit determinate de linea efficientis, sed sufficit esse in aliquo genere causarum, scilicet, vel efficientis, vel finalis, vel formalis saltim extrinsecae. = Similiter quando ~~dicitur quod~~ datur univocatio, de supponimus quod univoce dicitur, et praedicatur de alijs contentis sub ipso, tunc vel inferiora illa inter se subordinantur, ita ut inter illa detur magis, et minus; vel non subordinantur, neque inter illa datur magis et minus? Si primo modo se habet univocatio, si ce illud genus primum, tunc casus illud primum est causa ceterorum saltim exemplaris; si secundo modo, primum etsi sit perfectius alio non est causa ceterorum. 20

Denique nota quod quando dicitur quod primum in uno quoque genere

est causa, et mensura ceterorum, per genus non intelligitur genus stricte, et rigorose logice sumptum, sed lato modo genus dicitur denominatione simile, ut patet in illo quod est primum in genere entis veri, et boni quod est causa ceterorum non autem est genus strictum.

21

Quibus propositis facile corruunt praedictae instantiae. nam animal hominis neque est principium principiatorum, neque est maxime tale cum subiecto non suscipiat magis et minus, neque albedo est principium cuiuslibet coloris, neque magis color quam alii colores. et idem est de puncto, unitate, et die. nam punctus non est quantitas, et inde punctus non est in genere quantitatis. ex quibus sufficienter haec nostra ratio desumpta ex D. Tho.. Nam in genere operationum humanarum participantium bonitatem, seu malitiam moralem datur aliquod primum principium, illae bonitatis, et malitiae principiatorum, et subordinatorum, et inde est maxime tale in genere habendi bonitatem, vel malitiam; et hoc primum est finis, ergo finis est causa humanorum actuum, et inde actiones humanae sunt stricte propter finem.

22

Confirmatur haec ratio. quia omnes actiones humanae elicitae a voluntate, vel sunt meritoriae, et praemio dignae, vel demeritoriae, et vituperio afficiendae; ergo necessario omnes sunt stricte effectus alicuius finis, ac per consequens stricte et rigorose sunt propter finem. consequentia docet [illegible]. etenim eo ipso quod tales actiones sint meritoriae vel demeritoriae sunt ab agente operante propter finem ut praecognitum ergo strictissime tales actiones sunt effectus finis, ac inde sunt propter finem stricte, et rigorose.

23

Ulterius probatur nostra conclusio alia ratione deducta ex Ang. M. in hac q. 1. ar. 1. Quia omnes actiones alicuius potentiae debent procedere ab illa secundum rationem sui obiecti formalis; sed obiectum formale voluntatis est finis, ut exercet rationem finis; ergo omnes actiones humanae a voluntate elicitae sunt stricte propter finem. maior est evidens: nam ex terminis implicat potentiam operari, et non se exercere erga suum obiectum formale; implicat enim intellectio, quae non sit circa aliquod intelligibile, et visio quae non sit circa aliquod visibile, scilicet circa lucidum coloratum. et sic de aliis, minor etiam est certa nam obiectum formale voluntatis est

finis,

finis ut in actu exercito exerceat rationem finis; et ratio formalis finis modo dicto consistit in eo quod finis exerceat suam causalitatem erga illud quod fit gratia ipsius; ergo Si omnes actiones humanae elicitae a voluntate debent esse circa obiectum formale voluntatis, quod est finis, omnes actiones humanae erunt propter finem.

§. IV.

Proponitur quaedam specialis replica.

Dices hanc rationem, quae potissimum fundamentum D. Thomae impugnationi est, deficere ex duplici capite; primo deficit in illatione, nam etiam si praemissae sint verae, unice ex illis infertur quod quia finis est obiectum voluntatis, sit finis causa formalis extrinseca cuiusque actus voluntatis, etenim solum convincitur ex praedicta ratione finem concurrere ut obiectum ac proinde in genere causae formalis extrinsecae: quod comprobatur, et parificatur in quolibet obiecto cuiuscumque potentiae, tam spiritualis, quam materialis, tam internae, quam externae: etenim quia ens v.g. est obiectum intellectus nullus est dabilis actus intellectus qui non versetur circa ens, unde ens est causa formalis extrinseca specificativa intellectus. Similiter quia obiectum visus est color lucidus, nullus actus potentiae visivae dabilis est, qui non sit circa lucidum coloratum, et idem est de alijs potentijs et habitibus. Ergo pariformiter ex eo quod finis sit obiectum voluntatis, solum debet inferri quod nullus actus voluntatis erit, qui non versetur erga finem tamquam circa obiectum ipsius; proindeque finis erit causa obiectiva, seu formalis extrinseca respectu actuum voluntatis, eosque extrinsece specificabit.

Secundo deficit praedicta ratio in praemissis, etenim minor est falsa saltim in probabilissima sententia Thomistarum asserente obiectum voluntati coalescere, et ex fine, et ex medijs, tamquam ex obiectis partialibus, et inadaequatis, ingredientibus proinde medijs non solum ut obiectis secundarijs, sed etiam primarijs, siquidem media, ut media

specificant aliquos actus voluntatis imo, et aliquos, ut sunt consensus, electio, et usus. Unde cum in propositione minori videatur supponi quod obiectum adaequatum voluntatis est finis, infertur inde falsam esse propositionem min., saltem in propositione ss. Si enim finis non est obiectum adaequatum voluntatis, sed tantum partiale, et inadaequatum, ergo poterit voluntas elicere aliquem actum qui non sit circa finem, sed circa aliud partiale obiectum, scilicet circa media: Unde cum haec ss. sit probabiliss. inter thomistas non debemus efformare rationem ad probandum nostram ingeniosam sententiam, quae est communis inter thomistas destruendo hanc ss. probabilem.

26 Confirmatur hoc idem assumptum nam si finis esset obiectum adaequatum voluntatis nullus esset actus elicitus a Voluntate, qui non esset erga finem, ut patet discurrendo per omnes alias potentias, et habitus, qui neutiquam possunt prorrumpere in actum, qui non sit circa suum obiectum; sed sic est quod datur aliquis actus elicitus a Voluntate, qui non est circa finem, ut patet in actionibus indeliberatis, quae ut sic non sunt propter finem nisi lato modo, admodum quo ignis ignit propter finem, et Sol illuminet propter finem; ergo falsa est propositio min quatenus supponit finem esse obiectum adaequatum voluntatis.

§. V.

Soluitur.

27 Resp.o ad primum, finem quia obiectum est voluntatis duplicem causalitatem exercere circa quemlibet actum voluntatis, scilicet, et causalitatem finalem, et causalitatem formalem extrinsecam, et existere, et a priori infertur alia, nam quaelibet causalitas, quae identice concurrit in hoc materiali quod est finis est prior in suo genere, finis enim habet duo munia erga actum voluntatis, nempe, * [illegible] * et movere absolute voluntatem ipsam et terminare, et simul etiam movere illam non absolute. Atque

ut cuminq sed etiam ipsam alliciendo, attrahendo, et ponderando: primum genus motionis, et terminationis pertinet ad genus causæ formalis, extrinsecæ et obiective, quæ fortitas in hoc genere prior est alia, nam prius est movere quam movere allective et attractive, seu ponderative; Secundum autem genus motionis expectat ad genus causæ finalis, et recte infertur ex primo genere motionis, nam si finis movet movet subordinando sibi actum motum, quem etiam subordinat media motione morali seu media causalitate finali, unde necessario finis exercet etiam suam causalitatem finalem erga actum quemlibet voluntatis elicitum ab ipsa, et quem etiam specificat obiective sub alio signo et prioritate, seu formalitate: unde omnis actus humanus elicitus a voluntate est propter finem.

28

Et per hoc patet ad instantias desumptas ex alijs obiectis potentiarum, et habituum, etenim alia obiecta neque identice habent quum obiecta sunt honestatem seu bonitatem alliciendi neque attrahendi, unde neutiquam movent, neque movere possunt nisi in genere causæ formalis obiectivæ; non autem movent allective neque attractive seu ponderative.

29

Ad secundum Resp.° quod in omnium Thomistarum sententia finis est obiectum formale voluntatis, saltim ut quo, seu adminus est ratio formalis sub qua; etenim ex Thomistis alij contendunt media ut talia non habere bonitatem intrinsecam, sed illam habere precisse relate ad finem, et in hac sententia media non sunt obiectum formale quod voluntatis, neque partiale, et inadequatum. Verum quia mihi probabilior est contraria sententia asserens media gaudere bonitate intrinseca, proindeque mihi probabilior est sententia asserens obiectum formale quod voluntatis coalescere ex fine, et ex medijs ut ex partialibus et inadequatis obiectis, Resp.° ad argumentum quod ut verificetur prædicta min., et ut recte concludat intentum sufficit quod finis sit obiectum quo voluntatis, seu sit ratio formalis sub qua, etenim in omnibus potentijs, et habitibus constat esse implicationem attingere aliquod obiectum quod partiale et inadequatum, quin attingatur quatenus cadit sub ratione formali sub qua, seu quatenus formalizatur ab obiecto quo, proindeque omnes actiones humanæ, sive terminentur ad finem, sive ad media sunt propter finem.

30

Ad Confirmat.^m

Resp. negando ant., seu illud explicando, nam quando dicimus quod finis est obiectum voluntatis, intelligitur, ut operantis humano modo, quo pacto omnes actiones sunt propter finem, etenim voluntatis operantis non humano modo, sed naturaliter, seu voluntatis secundum se inspectae eius obiectum est bonum ut sic, quod aliquando identice est finis, vel in alia sunt etiam medium. unde bonum quod terminat actus naturales, et necessarios seu non liberos voluntatis est finis identice et ut illos actus terminat non exercet rationem finis, sicut dicitur de appetitu brutorum.

§ VI.

Ab induct. probatur D. Lo.

31 Omnes actiones humanae elicitae a voluntate, vel sunt circa finem, vel sunt circa media, sed ex his nulla est quae non sit propter finem, seu propter stricte, et rigorose sumptum: ergo omnes actiones humanae elicitae a voluntate sunt stricte propter finem, caetera patent. et probatur min. et in primis si actiones humanae elicitae a voluntate versantur circa finem immediate, ut sunt simplex volitio, seu prima intentio inefficax finis, et intentio efficax finis, seu desiderium ipsius, hae omnes sunt stricte propter finem; etenim tam simplex volitio quam intentio efficax finis, sunt stricte et in rigore propter finem. assumptum probatur nam prima intentio finis, est primus amor finis, efficax, vel inefficax modo quo est intentio, sed primus amor finis est stricte propter finem, ergo prima intentio finis est stricte propter finem. probatur min. quia primus amor finis supponit causalitatem finis, ergo est stricte effectus finis, et est stricte propter finem. consequentia vero ex anti. pat. probatur ant. nam ideo voluntas intendit finem, seu prorrumpit in primum amorem finis quia a fine est mota, et excitata, seu quia est allecta, et attracta a fine, sed causalitas finis consistit, ut diximus in illa motione seu excitatione morali quae supponit bonitatem finis, et antecedit amorem ipsius voluntatis; ergo prima intentio sive efficax, sive inefficax, seu primus amor finis supponit causalitatem finis, ac per consequens est effectus finis, et consequenter stricte, et rigorose propter finem.

dices

Dices: quod in probabili s^a adstruente causalitatem finis, non in praedicta motione, sed in ipso actu seu amore voluntatis procedente a fine non probat praedicta ratio, quandoquidem iste talis amor cum sit ipsa causalitas finis, non supponit causalitatem finis, alias supponeret se ipsum quod videtur falsum. 32

Resp.° quod etiam in hac s^a utique probabili, convincit intentum ratio efformata, nam in hac s^a distinguitur in praedicto amore duplex formalitas, una prout a fine, alia prout a voluntate est efficienter productus, et formalitas huius amoris prout a fine praecedit in intentione seu in genere intentivo, et in linea causae finalis, aliam formalitatem qua consideratur prout a voluntate efficienter productus, ac proinde cum formalitas qua talis primus amor finis est actus humanus, sit formalitas qua consideratur prout egreditur effective a voluntate, infertur quod talis amor est stricte effectus finis, ac proinde stricte et rigorose est propter finem. 33

Iam ergo probatur praedicta principalis conclusio de actionibus quae s^t immediate circa media, ut sunt, electio, consensus, et usus nam praedicti actus supponunt amorem finis, et ex intentione finis voluntas prorumpit in illos, ergo sunt strictissime propter finem. 34

Dices: hos actus qui immediate versantur circa media non esse proprie propter finem, assumptum probatur, quia esse aliquid propter finem est quod finis exerceat suam causalitatem erga ipsum, sed finis non exercet suam causalitatem circa tres praedictos actus scilicet electionem, consensum, et usum, etenim isti actus non versantur circa finem, sed circa media; ergo praedicti actus non s^t stricte effectus finis. 35

Resp.° quod etsi praedicti actus non respiciant immediate finem ut obiectum quod, seu ut rationem formalem quae, ut tenet mihi probabilior sententia tamen isti actus respiciunt finem, ut obiectum quo sive ut rationem formalem sub qua unde strictissime et in toto rigore finis exercet suam causalitatem erga illos; imo praedicti actus strictiori modo fiunt gratia finis et ex amore finis causantur, et s^t propter finem. 36

§. VII.
Circa primam intentionem finis.
An sit propter finem.

37) Etsi ex dictis posset liquido constare primam intentionem finis esse stricte propter finem; quia aliqua se offerunt argumenta contra dicta, ideo hoc specialiter selligimus enodandum, cum et sic contra praedictam rationem replicabis: primo ex D. Th. l. contra g. c. 73 ubi haec habet verba * Causalitas finis in hoc consistit quod propter ipsum alia desiderentur * ex quibus verbis sequentem poteris contra ere replicam: ergo tunc solum finis exercet suam causalitatem finalem quando alia desiderantur propter ipsum; ergo solum exercet suam causalitatem erga media, et inde ergo solum actiones quae versantur erga media erunt propter finem: unde est D. Th. et prima cons. patet, cum illa alia a fine quae possunt desiderari non possint esse nisi media.

38 Deinde a ratione probatur idem assumptum scilicet quod prima intentio finis non est propter finem: ergo tunc aliqua actio est propter finem, quando fit gratia finis; sed prima intentio finis non fit gratia finis, ergo prima intentio finis non est propter finem. mai. est evidens, et colligitur ex definitione finis. probatur ergo min. quia fieri aliquam actionem gratia finis est procedere ex amore finis; sed prima intentio finis non procedit ex amore finis, ergo prima intentio finis non fit gratia finis. mai. constat ex communi filosoforum consensu explicantium illam particulam definitionis finis, scilicet, cuius gratia, penes hoc quod significet, idem ac cuius amore, seu ex cuius amore. min. autem probatur nam si prima intentio finis procederet ex amore finis, prima intentio finis non esset prima intentio; sed hoc implicat, ergo prima intentio finis non procedit ex amore finis. probatur mai. nam prima intentio finis, ut ex terminis constat, est illa quae non supponit alium amorem finis, ex quo amore procedat seu oriatur prima intentio, alias

prima

Prima non esset; 3° si prima intentio finis procederet ex intentione finis supponeret aliu amore finis ex quo procederet, et oriretur; ergo si prima intentio finis procederet ex intentione finis, prima intentio non esset prima: ac proinde implicat primam intentionem finis esse propter finem. 39

Hoc argumento convincuntur Authores contrarii sic ad asserendum primam intentionem finis non esse propter finem; sed immerito. Unde iuxta superius dicta resp.° primam intentionem finis esse stricte propter finem cum ut vidimus eius causalitatem supponat. Ad authoritatem ergo desumptam ex D. Th. 1. 2. q. c. 15 resp.° Angelicum Mag. ibi non explicasse causalitatem adequatam finis, quatenus se extendit tam ad actiones, que sunt circa finem, quam ad illas, que sunt circa media: Solum ergo ibi explicuit causalitatem inadequatam finis quatenus est circa actiones, que sunt circa media, quia ad intentum D. Tho. ibi dicta predicta inadequata causalitas sufficiebat. Quod autem hec sit legitima intelligentia predicte authoritatis constat ex alijs locis Angelici Mag. nam q. 22 de Verit. asserit * quod sicut influere cause efficientis est agere; ita influere cause finalis est appeti, et desiderari * sed finis desideratur per primam intentionem, quando quidem est amor finis ergo finis ibi desideratur precipue, ergo gratia finis prorumpit voluntas in primam actionem, unde inpresenti asserit D. Th. universaliter quod omnes actiones humane sunt propter finem, ergo cum prima intentio sit actio humana, debet iuxta D. Th. esse propter finem; ac proinde et est effectus finis, et finis in illa exercet suam causalitatem. Unde Ang. M. necessario est intelligendus in predicto loco ex dictis ut nuper diximus, nec dicimus fuisse sibi contrarius:

Ad Argumentum ratione petitum resp.° neg.° assumptum; et ad probationem neg. min, ad cuius probationem dist. mai. fieri aliquam actionem gratia finis est procedere ex amore finis, l: ex amore sumpto transitive, vel intransitive conc. mai. sumpto precise transitive nego mai. et dist. min sed prima intentio finis non procedit ex amore finis l: ex amore sumpto transitive conc. min. sumpto intransitive nego min. et cons.; que solutio constat ex dictis, et neutiquam infringitur probationibus adductis.

41 Dices cum M. Curiel in hac q. 1. ar. 1. dub. 2. §. 3: quod etsi praedicta solutio verum contineat, quoad partem, quatenus nempe asserit quod prima intentio finis procedit sufficienter ex amore finis, ut dicatur esse propter finem, tamen quatenus asserit et intendit praedicta solutio quod hoc sufficit ut prima intentio finis sit stricte propter finem est falsa, et verum non continet, quia inquit ill. M. quod ut aliqua actio sit stricte propter finem requiritur indispensabiliter quod [illegible] ex amore constituatur transitive, ita ut inferat, et supponat alium amorem ex quo fiat.

42 Sed contra nam ex terminis ut aliqua actio sit stricte, et rigorose propter finem unice requiritur quod sit stricte effectus finis, et insuper ut aliqua actio sit stricte effectus finis unice requiritur, quod finis causalitatem suam exerceat circa ipsam actionem; sed prima intentio finis, supponit causalitatem finis ut exercitam erga ipsam primam intentionem, sive talis causalitas finis consistat in motione metaforica, sive consistat in actu voluntatis prout a fine, ut supra explicuimus; ergo perperam intendit M. Curiel primam intentionem finis non esse stricte propter finem.

§. VIII.

Circa Fruitionem finis. Utrum sit stricte propter finem.

43 Dices hanc ultimam rationem qua ab inductione contendimus probare omnes actiones humanas esse propter finem esse insufficientem, et non esse universaliter veram. Assumptum probas. quia fruitio (et idem dico de delectatione, seu gaudio, omnia enim ista in eodem actu inveniuntur) est vera actio deliberata, seu est actio stricte humana, elicita a voluntate; sed fruitio nequit esse propter finem; ergo et insufficienter enumeravimus actiones humanas elicitas a voluntate, et insuper non omnes sunt propter finem. maior est certa; et videtur esse iuxta communem theologorum sententiam statuentium tres actiones humanas circa finem ut docet D. Th. q. 8. huius partis, quos actus appellat etiam M.

Velle

Velle, intendere, et frui: lg velle est enim simplex quidam Amor, seu simplex vel inefficax volitio, intentio, seu desiderium finis; lg autem intendere est amor, volitio, intentio seu desiderium efficax finis; et demum lg frui, est fruitio, delectatio, seu gaudium. Min autem nempe quod fruitio nequeat esse propter finem probatur 1° quia iuxta Philosophum 1. de Generat. tex. 55. ubi ait. * adepto fine cessat actio, et motus * ac si diceret, cessat actio quae sit propter finem, etenim iam habetur finis, nunc sic sed adepto fine non cessat fruitio, imo fruitio est de fine adepto, ergo iuxta Arist. fruitio non est propter finem.

44

Secundo probatur eadem min. ex D. Th. 1.2. q.2. ar.6. ad 1. quo in loco cum sibi obiecisset delectationem esse ultimum finem, eo quod non appetatur, seu ametur propter aliud, sed propter se sic ait: * dicendum quod eiusdem rationis est quod appetatur bonum, et quod appetatur delectatio, quae nihil aliud est, quam quietatio appetitus in bono, sicut ex eadem virtute naturae est quod grave feratur deorsum et quod ibi quiescat, unde sicut bonum propter se ipsum appetitur, ita delectatio propter se, et non propter aliud appetitur, si lg propter dicat causam finalem; si vero dicat causam formalem vel potius causam motivam, sic delectatio est appetibilis propter aliud, idest propter bonum quod est delectationis obiectum. et per consequens est principium eius, et dat ei formam, ex hoc enim delectatio habet quod appetatur, quia est quies in bono desiderato. * in quibus verbis expresse docet Ang. M. quod delectatio seu fruitio non est propter aliud. (diximus, et supponimus, delectationem, gaudium, et fruitionem esse eundem actum.)

45.

Nec valet si respondeamus quod ibi Ang. M. sumit delectationem, seu fruitionem obiective, quatenus nempe est res quaedam quae appetitur, et desideratur medio alio actu intentionis, seu desiderij, non vero sumit Ang. M. delectationem, formaliter quatenus nempe est quidam actus circa finem elicitus a voluntate; nam delectatio obiective sumpta et ut est res quaedam quae medio alio actu desideratur, sic non appetitur propter aliud sed propter se, seu quod idem est non ponit in numero cum obiecto, quod est delectationis obiectum, ergo ex delectatione, et

ex suo obiecto. Aflatr integru obiectu desiderij, tq quq ex rigoroso obiecto, et ex aliquo indispensabilitr nexo cu illo, quuj nempe conectitr proprietas cu sua essentia, sicut quando quis desiderat finem ut possessum, finis seu obiectu possessionis, et ipsa possessio seu assecutio finis n. ponunt in numero, nec actus possessionis, seu assecutionis, appetitr propter aliud, sed appetitr propter se, quatenus nempe est id quo finis indispensabilitr possidetr, vnde ex actu possessivo, et ex obiecto possesso cflatr vnicu obiectu illius desiderij, actus fruitio consideratr formalitr, et ut est quidem actus elicitus a Voluntate, sic est propter finem.

46 Dices hanc responsionem non valere, nec subsistere posse cu doctrina Angelici Magni D. Th. non loquitur de delectatione obiective sumpta, seu de bono delectabili, sed loquitr de actu voluntatis qui est fruitio, seu delectatio, ut ex littera D. Th. constat.

47 Confirmabis assumptum ex eo quia D. Th. asserit quod delectatio appetitr propter se, et non propter aliud, si tq propter dicit causam finalem, sive dicit causam forte est appetibilis propter bonum quod est delectationis obiectu; sed delectatio obiective sumpta non est appetibilis propter bonu quod est delectationis obiectu, sed potius est ipsu delectationis obiectu, seu est ipsu bonu delectabile; ergo D. Th. nequit intelligi de delectatione obiective sumpta, sed de ipsa formalitr accepta, et ut est quidem actus elicitus a voluntate, ac per consequens isto modo accepta delectatione non est propter finem.

48 Probatur 3° eadem min. ratione. quia si fruitio esset propter finem maxime propter finem circa quem est ipsa fruitio; sed circa talem finem n. est fruitio propter illum; ergo fruitio non est propter finem. mai patet cu non sit alius finis propter quem possit esse, probatur ergo min. ergo circa finem de quo est fruitio, potius dicitr quod fruitio est illius vel de illo, seu in illo, quam propter illum. ergo fruitio non est propter finem.

19 Quarto et urgentius probatur eadem min. ratione ergo si fruitio esset propter finem, fruitio esset effectus finis, sed non est effectus finis; ergo fruitio non

non est propter finem. Probatur minor. Si fruitio esset effectus finis, finis exerceret suam causalitatem respectu fruitionis; sed finis nequit exercere suam causalitatem respectu fruitionis; ergo fruitio non est effectus finis. consequentia patent. Probatur minor. Ut finis exerceat suam Causalitatem finalem respectu cuiuscumque effectus, debet esse in intentione, seu debet existere in intentione; finis enim contrapositive ad causam efficientem causat existendo in intentione, et causa efficiens in executione seu ut in re existens; sed quando existit fruitio iam finis non est in intentione, sed iam in executione possessus; ergo finis nequit exercere suam causalitatem finalem circa fruitionem; ergo et primo ad ultimum fruitio quae est actus elicitus a Voluntate non est propter finem.

§. IX.

Praenotantur non-nulla, ad huius argumenti solutionem.

Praedicto argumento, utique difficili, Convincitur M. Greg. Mart. dub. 1. corollar. 9. ad asserendam fruitionem non esse propter finem hanc eandem ssam tenet M. Gonet. disp. 1. §. 2. Cl. 3. fateor enim aliquam prae se ferre difficultatem, ast sufficiens non est, ut nos a Conclusione supra stabilita dimoveat, praesertim cum nostra Conclusio sit expressa D. Tho. etenim ut vidimus universaliter asseruit Angelicus M. omnes actiones humanas esse propter finem, ergo si fruitio est actio humana, debet esse iuxta D. Thomam propter finem. nulla enim est ratio, ut praedicta actio excipiatur ab illa universali, procuius argumenti solutione et ut percipiatur quomodo fruitio sit propter finem. Notandum 50 51

venit ex D. Tho. q. 11. huius partis, ar. 3. fruitionem proprie non dici de medijs, sed de fine, quapropter etiam si quis delectetur de possessione alicuius medij conducentis ad aliquem

fine actus iste seu fruitio ista, est solum impropriè talis, et revera est usus, unde quando Apost. ad Rom. 15. dixit * Si primum vobis ex parte fruitus fuero * et ad Philemonem * ego te fruar in Domino * fruitio ista est solum impropriè talis, et revera usus, utique bonus, et laudabilis, etenim fruitio ista creaturarum est, in ordine ad Deum, ut de se constat. = Igitur fruitio propriè talis, est de fine simpliciter ultimo, qui utique solum est Deus, qui est nostra Beatitudo obiectiva; caeterum per extensionem fruitio etiam dicitur de quolibet fine ultimo in aliquo negotio, seu de quacumque re delectabili, de quo fine capitur, et percipitur aliqua delectatio. Et circa hanc propriissimam fruitionis acceptionem dixit Augustinus lib. 1. de doct. Christiana c. 33 non esse fruendum nisi de summo, et incommutabili bono, unde perversitas humanarum actionum oritur ex eo quod peccator fruitur utendis, et fruendis utitur. unde Aug. lib 83. quaestionum. q. 30 dixit * creaturis non esse fruendum sed utendum *

52 Fruitio ergo, quae propriissime est talis, et de vero ultimo fine, nempe de Deo summo, et incommutabili bono, non est actio humana; ut supra diximus de Amore beatifico, et de visione beata, quae supposito constat, etenim talis fruitio est actus necessarius, et de fine ultimo, ut in re, et in executione possesso. quae etiam fruitio haberi nequit neque possideri in hac praesenti vita, iuxta illud * non videbit me homo, et vivet *.

53 E contra autem, fruitio, quae est actio humana, et quae est talis. etsi propriè, tamen per extensionem, est semper de aliquo fine ultimo creato, unde necessario est peccaminosa, imo in hoc consistit peccatum, ut quis fruatur utendis, quae fruitio, etsi forsitan inspecta sit necessaria, ex suppositione nempe illius ultimi finis pravi, quia tamen absolute est in libera hominis potestate, illum finem ultimum relinquere, et verum finem eligere; inde est quod talis fruitio est libera interpretative, quod sufficit ut sit verus actus humanus capax proinde alicuius moralitatis, et peccati.

54 Ulterius, et maxime notandum est quod bonitas, quae est propriissima finis, est bonitas honestatis, non autem illa quae est utilis, vel delectabilis. Supponimus enim quod

quod bonum dividitur adequate, in utile, delectabile, et honestum, bonitas quod utilis est bonitas mediorum, bonitas autem delectabilis etiam per se loquendo est mediorum, unde eligere delectationem propter honestum finem, est bonum etiam moraliter. ut patet in delectatione quam quis licite percipit ~~in deambulatione~~, quando recreationis causa rure deambulat, et ut patet in aliis delectationibus licitis; caeterum per accidens, bonitas delectationis, assumitur, et si perverse pro fine, licet regulariter loquendo, quando peccator eligit pro fine delectationem, et respuit honestatem finis veri, iudicat, etsi ~~erronee~~ erronee, quod pro tunc est melior, et honestior delectatio, quam quodlibet aliud bonum, unde fingit seu apprehendit, saltim practice in fine pravo aliquam honestatem, etsi speculative sit homo persuasus illum finem esse pravum, et inhonestum.

55 Igitur quando in praesenti dubitamus utrum fruitio sit propter finem, difficultas procedit de fruitione, quae est actio humana, scilicet de fruitione, quam homo habere potest in praesenti vita; nam fruitio vera, quam beatus percipit de Deo clare viso, et possesso, non est actio humana, sed est omnino necessaria, et absque deliberatione et dominio.

§ X.

Soluitur dubium

56 Ex his igitur erit pervia argumenti solutio unde dico primo fruitionem finis, quae habetur in hac vita, et quae est verus actus humanus, revera esse propter finem, propterea illa propositio universalis D. Tho. qua asserit, omnes actus humanos esse propter finem, est absolute et universaliter vera, imo si ita absolute, et universaliter non esset vera, simpliciter esset falsa, cum ut aliqua universalis propositio sit falsa, sufficiat quod aliqua particularis contenta sub illa sit falsa, alias duae propositiones contradictoriae essent simul falsae, propterea ut universaliter verificetur praedicta propositio, fatendum est fruitionem esse propter finem. cuius ratio est, quia fruitio, quae habetur in hac—

vita, vel est impropprietatis, et ordinatur ad ulteriorem finem, quo pacto si finis est honestus, fruitio est laudabilis, ut supra diximus de illa fruitione Pauli ad Philemonem, ego te fruar in domino. vel si est proprietatis, est de aliqua creatura, ut de fine ultimo, unde est simpliciter peccatum, imo in hoc consistit peccatum quod homo fruitur utendis. unde est simpliciter propter finem, malitia enim omnis, sicut et bonitas quae reperitur in humanis actionibus descendit a fine, unde est propter finem.

57) Ad argumentum ex autoritate, et ex ratione petitum respondeo concessa mai. negando min. ad cuius primam probationem desumptam ex autoritate Phil. ex lib. 1. de gener. tex. 55. dico quod quando dixit quod adepto fine cessat actio, et motus, intelligendum est solum de actione quae sit ad assequendum, et consequendum finem; si enim iam est finis assecutus non erit ulterius motus aliquis assecutivus unde manet locus ut aliae actiones possessivae, et non assecutivae, vel finales, sint, quoniam stat adepto fine, possessio, fruitio, et fruitio ipsius finis. et istae sunt propter finem saltem interpretative, finis enim exercet similiter suam causalitatem erga illas, ut paulo inferius magis explicabimus.

58 Ad 2am min. probationem desumptam ex D. Th. q. 2. huius partis. ar. 6. ad. 1. dicimus solutionem ibi assignatam esse optimam, nec illam infringit aliquomodo replica facta, imo in illa patitur magnam aequivocationem arguens, longe enim aliter intelligit M. Goriet delectationem obiective sumptam quam debet intelligi. etenim M. Goriet per delectatione obiective sumpta intelligit ipsum obiectum delectationis; quae intelligentia, quod pressius germana non est, nec genuina, igitur quando dicimus quod delectatio de qua asserit Angelicus D. quod appetitur propter se, et non propter aliud si illud propter dicit causam finalem, non autem si dicit causam formalem est intelligenda per delectatione obiective sumpta, non autem formaliter. illud obiective non sonat ipsum obiectum delectationis sed sonat pro recto, ipsam delectationem ut est

res

res quędam, seu entitas quędam appetibilis, et amabilis medio alio actu reflexo intentionis, seu desiderij, dixi reflexo, quia amor est alterius amoris, et sub hac consideratione inspecta delectatione vel non ponit in numero cum obiecto delectationis, ita ut ex ipsa delectatione directa (ut prędicamus) et ex suo obiecto conflatur aliud obiectum alterius amoris intentivi, seu alterius desiderij reflexi; vel quod verius iudico delectatio sic accepta, ut est res et entitas quędam bona, et amabilis, medio alio actu ac distincto, diligitur propter se ipsam, quatenus est finis illius desiderij reflexi, ut cum quis appetit citarizationem, vel musicam, non quatenus sunt quidam actus sed ut sunt res, seu entitates quędam, et hoc modo delectatio ut asserit D. Ths. non est propter finem, sed potius est finis qui illius actus quandoquidem ut vidimus, hoc modo sumpta delectatio etsi identice sit actus tamen formaliter, et ut inspicitur ab illo alio actu quasi reflexo intentionis seu desiderij non consideratur ut actus; sed ut res, et entitas quędam, ut iam diximus, unde manet locum; at hoc ut formaliter inspecta, et ut est actus quidam elicitus a voluntate sit propter finem, et a fine habeat suam bonitatem, vel malitiam. 59

Ad 3am min. probationem resp. concessa mai. negando min., ad cuius probationem resp. quod fruitio, quę non est propter finem, sed de fine, seu in fine, est fruitio strictissima, et de ultimo fine vero, scilicet de Deo summo bono, quę fruitio non est actio humana, et solum reperitur in Patria: fruitio autem talis qualis de fine ultimo creato, quę habetur in hac vita, est actus humanus, et propter finem nam ut iam diximus a fine venatur suam bonitatem, vel malitiam, ut nunc magis explicabimus. 60

Ad quartam min. probationem in qua fidit potissimum ss. Thracia resp. conc. mai. et neg. min. et similiter ad eius probationem et similiter ad probationem conc. mai. dist. min. quod exsistit fruitio, finis non est in intentione, sed in executione, si sermo sit de bonitate practica, et si apparenti, et ficta, conc. min. Si sermo sit de bonitate finis speculative sumpta neg. min. et cons. = Explicatur solutio. fruitio enim quam quis habet de ultimo fine creato, si est proprie talis, respicit practice, et in re bonitatem

finis, de quo est fruitio, quae bonitas prout in re videratur, et est practice existens, est apparenter honesta, (supponimus enim quod fruitio solum est circa bonitatem ut honestam) quod utique revera est falsum, cum nequeat esse honestum frui aliquo bono creato, ut de ultimo fine; imo peccatum ut iam diximus essentialiter consistit in eo quod quis fruatur creatura, cum ista solum habeat bonitatem utensibilem in ordine ad Deum, unde bonitas huius finis revera non est in re sed apparenter, et ficticie, existens solum in apprehensione peccatoris fruentis, qui fingit in re illa bonitatem ut honestam, ut de illa possit habere fruitionem; ceterum speculative advertit et cognoscit homo iste, quod ille finis de quo habet hanc fruitionem non habet bonitatem honestam alias non esset illa fruitio peccatum, quapropter Regius Psaltes reputat praevaricantes, et ignorantes peccatores terrae, iuxta illud omnis peccans est ignorans, ignorans utique in operatione practica, cum practice existimet bonum, illud quod non est bonum; etsi speculative veritatem cognoscat, imo peccatum exigit necessario cognitionem speculativam rectam alias si esset omnino ignorans non daretur peccatum, unde revera etsi fruitio versetur circa ultimum finem ut in re possessum, tamen quia iste non habet bonitatem in re sed apparentem, et in apprehensione, inde est quod remanet locus ut finis possit exercere suam causalitatem erga fruitionem, et quod fruitio posit esse effectus finis, non quod bonitas finis est in apprehensione, etsi practice existimetur in re talis bonitas finis. Quaeque optime salvatur quod fruitio, quae est actus humanus est stricte propter finem.

§. XI.

Quid de actu neutro? Utrum sit?

61 Pro sententia Scoti et Nominalium constituentium in voluntate actum aliquem qui nec sit propter finem, nec circa media, unde ipsum vocant neutrum; arguitur sic: Quia nulla est repugnantia in eo quod voluntas diligat

diligat bonitatẽ ut sic; prout abstrahit a bonitate finis, et mediorũ nullã explicando determinatã bonitatẽ; Seu nulla est repugnantia in eo quod voluntas diligat bonitatẽ prout abstrahit a bonitate utili et delectabili et honesta; Sed minor est. quo voluntas fertur in hac hypotesi in talẽ bonitatẽ n. est propter finẽ aliquomodo, alias non esset circa bonitatẽ ut praescindentẽ omnino a fine; ergo ig. datur aliquis actus humanus qui non est propter finẽ. non videtur vera.

Et min. certa ind. sed duo restat probanda maior quia potest intellectus quẽ optime praescindere bonitatẽ ut sic ab inferioribus praecontinentibus bonitatẽ determinatã; Sed semel sic abstracta bonitate nulla est repugnantia in eo quod ipsã ut diligendã proponat voluntati, imo semel sic abstracta bonitate voluntas fertur in illã aliquo actu, ergo nulla est repugnantia in eo quod voluntas diligat bonitatẽ ut sic, et prout abstrahit a bonit. finis, et mediorũ, Seu a bonitate utili, honesta, et delectabili

62

Resp.

negando mai. ad cuius probationẽ negatur min. nã etiã si intellectus possit abstrahere illã bonitatẽ, tamen nequit illã ut diligendã seu ut appetibilẽ voluntati proponere, cuius rao est, quia ut aliquod obiectũ materiale, seu partiale, et inadaequatũ alicuius potentiae possit attingi ab illa potentia illa quae terminare necessũ est quod formalicetur a ratione formali sub qua illius potentiae, et quod sub illa stet, ut constat discurrendo per omnes potentias; etenim ut intellectus intelligat aliquod partiale obiectũ, debet tale obiectum esse subinditũ a ratione formali sub qua intellectus, ab ipsa formalicatũ, quae formalis ratio sub qua est abstractio a materia, Similiter ut visus attingat aliquod partiale obiectũ v.g. colorem determinatũ, scilicet albũ, l. nigrũ, debet esse formalicatus talis color a luce, quae est ratio formalis sub qua visus, et sic de alijs potentijs; nunc sic, sed ratio formalis sub qua voluntatis, est bonitas finis, imo in aliquorũ probabili sententia bonitas finis non solũ est ratio formalis sub qua, sed etiã ratio formalis quae; ergo nulla bonitas potest attingi a Voluntate, nisi ut formalicatur ultimo a bonitate finis.

63 Replicabis: Si bonitas finis esset ratio formalis sub qua obiecti voluntatis, voluntas non posset se exercere circa aliquod obiectum, nisi ut caderet sub illa ratione formali sub qua, nempe sub bonitate finis; sed hoc est falsum; ergo bonitas finis non est ratio formalis sub qua voluntatis; mai. est evidens, nulla enim est potentia quae possit extrahi a ratione formali sub qua sui obiecti; et min. constat in actibus indeliberatis, et in primo primis, in quibus voluntas non operatur propter finem; ergo non formalicatur a fine; ergo est quia bonitas finis non est ratio formalis sub qua obiecti voluntatis; unde restat quod ratio formalis sub qua obiecti voluntatis, sit bonitas ut sic, prout abstrahit ab omni bonitate. Quod patet, tum quia voluntas appetit obiectum quia bonum; tum quia voluntas habet ita universale obiectum ac intellectus; ratio autem formalis sub qua intellectus est ratio veri, ergo ratio formalis sub qua voluntatis est ratio boni alias utraque potentia non haberent ita universale obiectum: nunc sic. Si bonitas illa sub illa universalitate abstracta, est formalicata a ratione sub qua voluntatis, nempe a bonitate, ut patet; ergo voluntas potest ferri in illam, ac proinde actus iste ut dicitur esset nec circa finem, nec circa media unde esset neuter.

64 Resp. quod quando dicitur quod ratio formalis sub qua obiecti voluntatis est bonitas finis, sermo est de ratione formali sub qua obiecti voluntatis ut operantis humano modo, scilicet cum dominio, et deliberatione supra suos actus quo pacto semper quod operatur, operatur propter finem unde probationes in contrarium nullius ponderis sunt.

65 Si adhuc replicas, stante illa bonitate ut sic, abstracta a bonitate finis, et mediorum, seu a bonitate utili, honesta, et delectabili est liber intellectus in illa proponenda vel non proponenda voluntati, etenim libere se exercuit intellectus illam ab inferioribus abstrahendo, ergo voluntas libere, et cum dominio sui actus potest versari circa illum ergo est quia ratio formalis sub qua voluntatis, etiam ut operantis humano modo est bonitas ut sic, et non determinate bonitas finis.

determinate

Confirmatur assumptu; nam illa bonitas ut sic, et ita universaliter, et libere abstracta ab intellectu est obiectum alicuius potentiae non alterius a voluntate; ergo est obiectum voluntatis, et cum alias ibi resplendeat libertas nequit non esse obiectum voluntatis, ut operantis humano modo. caetera patet, et an in quo poterat esse difficultas est etiam evidens, implicat enim res aliqua inattingibilis ab aliqua potentia. 66

67

Hac ultima confirmatione victus M. Ferre responderet ad argumentum negando suppositum, negando scilicet quod intellectus possit concipere bonitatem ut sic, ut abstractam a bonitate finis, et mediorum, unde asserit, sibi esse evidens quod si semel conceditur bonitas ut sic ut praecisa et abstracta ab inferioribus est necessario obiectum determinate voluntatis: ratio autem qua sibi suadet quod intellectus non potest abstrahere illam bonitatem ut sic est quia bonum ut sic est analogum attributionis, ad modum quo sanum respectu animalis, urinae, et medicinae, unde asserit quod bonitas unice reperitur intrinsece, in fine, et extrinsece in medijs. 68

Sed mihi non placet iste modus dicendi quia alligatur sententiae asserenti quod obiectum quod adaequatum voluntatis, est finis, unde negat haec sententia medijs intrinsecam bonitatem, quae sententia etsi probabilis sit etiam inter Thomistas, tamen contraria sic adstruens in medijs intrinsecam bonitatem est plausibilior etiam inter Thomistas, et mihi certior, unde debemus argumento solutionem praebere praescindendo ab his duabus sententijs 69

Igitur solutio supra a nobis assignata legitima, et genuina est, quatenus asserit quod ratio formalis sub qua obiecti voluntatis ut operantis humano modo, est bonitas finis, et ad replicam contra hoc factam quatenus intendit quod bonitas illa ut sic, et ut abstracta ab intellectu, libere potest amari a voluntate, cum libere illam abstrahat intellectus, et libere illam abstractam servet, Respondeo quod bonitas sub illa abstractione, vel metafisica, vel logica neutiquam est amabilis, seu appetibilis a voluntate; cuius ratio est quia bonitas sub illa abstractione solum est talis nominaliter; non autem partici-

pialiter, quo pacto, seu sub qua consideratione bonitas non est prosequibilis practice a voluntate, quod ut communiter dicitur in metaphysica, bonum practice amabile a voluntate, est bonum existens, seu ut dicens ordinem ad existentiam, quam existentiam, seu quem ordinem ad illam non sortitur bonitas sub illa abstractione. Sed potius praescindit ab omni ordine ad existentiam, unde non est mirum quod non ametur a voluntate.

7.° Quod instatur, et confirmatur in creaturis possibilibus quae, in communiori thomistarum sententia non amantur a Deo, quia bonitas illa, quae consideratur in illis, ibi est talis nominaliter, non participialiter: imo creaturae possibiles habent bonitatem cum ordine ad existentiam saltim possibiliter, et bonitas illa sub illa universalitate abstracta, neque possibiliter dicit ordinem ad existentiam, cum sub illa universalitate. Sit ens rationis si intelligitur ut abstracta abstractione positiva, et logica, si vero intelligitur ut abstracta negative, seu abstractione metaphisica, etsi non sit ens rationis sub hac consideratione, tamen sub illo statu ipsi existentia repugnat; igitur sicut creaturae possibiles non sunt amabiles, nec bonitas illa sub praedicta abstractione erit amabilis, unde nego quod sub illa abstractione sit obiectum alicuius potentiae appetentis, sicut creaturae possibiles reduplicato statu, non sunt obiectum potentiae appetitivae.

7.1 Et ad replicam, quod scilicet, quod iam data aliqua res quae non sit obiectum alicuius potentiae, respondeo negando suppositum, negando scilicet quod sit res bona participialiter, quo pacto bonum unice est obiectum appetitus, etenim bonitas quae solum est talis nominaliter non est obiectum appetitus cum sub illo statu non sit conveniens respectu appetentis, proinde neque amabilis; iuxta illud; Amabile bonum unicuique proprium. Ergo a primo ad ultimum dabilis non est aliquis actus humanus neuter, qui proinde nec sit circa finem, nec circa media. Unde relinquitur quod omnis actus humanus elicitus a voluntate est propter finem.

§. XII.

utrum

Utrum Actiones humanæ imperatæ a Voluntate sint propter finem?

* * *
* * *

Vidimus supra actiones humanas aliquas esse elicitas immediate a Voluntate, et alias imperatas, quarum ut etiam iam diximus aliæ sunt elicitæ a voluntate; aliæ ab aliis potentijs; = de illis quæ sunt pure elicitis diximus iam; unde solum restat difficultas circa actiones imperatas, quæ ut dicimus aliæ sunt pure imperatæ, elicitæ proinde ab alijs potentijs, aliæ autem etsi elicitæ a voluntate tamen rigorose sunt imperatæ, cum ex alio actu præsupposito originem habeant: igitur de imperatis est nunc sermo; utrum scilicet, omnes sint propter finem. Quod dubium fere ex iam dictis manet discussum, unde sit — 2

Conclusio. omnes actiones liberæ, et humanæ, imperatæ a voluntate, sunt stricte, et in rigore propter finem: Hæc nostra Conclusio est expressa D. Thomæ ubi supra etenim Angelicus Magister, absolute, et universaliter et absque ulla restrictione, et limitatione affirmat omnes actiones humanas esse propter finem, unde cum actiones imperatæ sint humanæ fatendum est esse propter finem unde probabitur nostra Conclusio ratione suadetur. — 3

Omnis actio a voluntate imperata est effectus finis, ergo est propter finem: ans probatur: omnis actio a voluntate imperata procedit ab ipsa ut operante in ordine ad ultimum finem ergo est effectus finis. ans videtur certum, quia ut sæpius diximus obiectum voluntatis ut operantis humano modo est finis, iuxta aliquos tam obiectum quod, et quo, et iuxta omnes ad minus est obiectum quo, seu ratio formalis sub qua; Sed ex terminis implicat potentiam aliquam attingere obiectum aliquod, seu aliquomodo se exercere circa illud nisi resplendeat in tali obiecto, ut quod attacto ratio formalis sub qua attingendi; — 4

g° implicat: quod voluntas operando humano modo operetur sive, elicitive, sive imperative nisi in ordine ad ultimum finem: cseq. autem etiam est certa, nam si voluntas in actionibus imperatis, operatur in ordine ad ultimum finem actio imperata, supponit motionem finis, g° est effectus finis.

5 Nec valet dicere quod etsi obiectum voluntatis sit finis, obiectum aliarum potentiarum quae imperantur a voluntate non est finis; v.g. obiectum intellectus est verum, & obiectum aliarum potentiarum quae imperantur a voluntate est aliud a fine, ut patet discurrendo per omnes.

6 Non inquam id valet, nam etsi obiectum aliarum potentiarum a voluntate sit aliud a fine tamen quatenus imperantur ut motae a voluntate, operantur ex motione finis, & in ordine ad finem; g° operantur propter finem.

7 Sed dices: non repugnat quod actio imperata sit ultimus finis voluntatis operantis humano modo ut patet in peccatoribus qui voluptatem ventris, seu actiones comedendi & generandi habent pro fine ultimo de quibus dixit Apost. ad Philip. 3. quorum Deus venter est. S. implicat quod actiones illae quae sunt ultimus finis, sint propter finem; g° non omnes actiones imperatae sunt propter finem; maior inter ponendum manet explicata, & prob. min. quia actio quae est propter finem est posterior illo in hoc genere; g° supposito quod aliqua actio imperata sit ultimus finis, non poterit esse propter finem alias illa actio esset prior & posterior respectu sui ipsius; & similiter esset causa, & effectus sui ipsius, quod implicat, g° iam aliqua actio humana, & imperata non est propter finem.

8 Hoc idem argumentum sibi opposuit Ang. Mag. in ar. 1. huius quaest. his verbis: * id quod est ultimus finis non est propter finem, sed in quibusdam ipsae actiones sunt ultimus finis, ut docet Philosophus in 1. Ethic. g° aliquae actiones non fiunt

ab

ab homine propter finem. sed potius ipsæ sunt fines.* 79

Occasione huius argumenti disputant in præsenti Authores, utrum aliqua actio humana possit esse ultimus finis? et utrum supposita sententia affirmante, sit ulterior finis? et insuper est dubium utrum quando D. Thomas asseruit, quod actio humana aliquando est ultimus finis, sit intelligendus de fine qui seu de fine obiectivo, vel potius sit intelligendus de fine quo, seu de fine formali? unde antequam argumento solutionem præbeamus necessum iudicavi ut plenius solutio capiatur, id imprimis examinare. igitur sit:

§ XIII.

Utrum aliqua actio humana possit esse ultimus finis?

Procedit quæstio: tam de actionibus pure imperatis, quam de pure elicitis, et de illis quæ simul sunt elicitæ, et imperatæ. Sit igitur Conclusio Voluntas creata prave et inordinate operando potest constituere sibi finem ultimum in aliquibus actionibus humanis, dummodo tales actiones sint pure imperatæ, et neutiquam elicitæ a voluntate. 80

Hæc Conclusio est Philosophi 2. Ethic. cap. 1. ubi ait * quod in quibusdam actiones sunt ultimus finis * ubi etsi non distinguat de actionibus, asserit tamen quod actio potest esse ultimus finis. = Cæterum nostra Conclusio quoad omnes suas partes est expressa D. Thomæ in præsenti, ar. 1. solut. ad 2. ubi hæc habet verba *. ad secundum dicendum quod aliqua actio humana sit ultimus finis oportet eam esse voluntariam, alias non esset humana ut dictum est, actio autem aliqua dupliciter dicitur voluntaria, uno modo quia imperatur a voluntate, sicut ambulare, vel loqui, alio modo quia elicitur a voluntate, sicut ipsum velle: impossibile autem est quod ipse actus a voluntate elicitus sit 81

ultimus finis, nam obiectum voluntatis est finis, sicut obiectum visus est Color, unde sicut impossibile est, quod primum visibile sit ipsum videre, quia omne videre est alicuius obiecti visibilis; ita impossibile est quod primum appetibile, quod est finis, sit ipsum velle: unde relinquitur quod siqua actio humana sit ultimus finis, quod ipsa sit imperata a Voluntate, et ita ibi aliqua actio hominis ad minus ipsum velle, est propter finem, quidquid ergo homo facit verum est dicere quod homo agat propter finem etiam agendo actionem quae est ultimus finis.* hucusque D. Ths. in quibus verbis ita expresse habetur nostra, Co, ut nullus relinquatur ambigendi locus de mente Divi Thomae.

82 Probatur ergo Co ratione deducta ex praedicta authoritate quia actus quilibet elicitus a voluntate, qui proinde est velle necessario debet sistere in aliquo obiecto quod non solum sit obiectum illius, et in genere causae formalis concurrat, ad illum specificandum sed quod etiam sit finis, et in hoc genere causae finalis ipsum causet; quandoquidem ut iam vidimus omnis Actus humanus elicitus a voluntate est effectus finis; ergo talis actus elicitus a voluntate non potest habere pro obiecto ipsum velle; alias primum volibile, seu primum obiectum voluntatis, esset ipse actus voluntatis, quod repugnat ut patet discurrendo per omnes alias potentias quarum obiecta nequeunt esse sui actus proprij.

83 Si dices quod Voluntas est reflexiva, est enim potentia Spiritualis, nobilissima, unde et potest amare ipsum amorem, quem a se elicit, et producit, amor etenim bonus est, quo pacto similiter dicitur de intellectu quod quia est potentia spiritualis, et proinde reflexiva, potest intelligere ipsam intellectionem perquam intelligit, quia similiter intellectio ens, et vera est, unde regius Psalter dixit * Concupivit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore * concupivit enim desiderare, idest amavit amare, seu voluit volitionem perquam desideravit iustificationes Dei in omni tempore. ergo iam unus actus elicitus a voluntate potest esse obiectum alterius actus etiam eliciti a voluntate.

unde

unde unius actus elicitus a voluntate poterit esse finis alterius.

84.

S.d D.o nam etsi verum sit quod Voluntas est reflexiva, et potest amare amorem quia ut optime in argumento notatur, amor ipse est in se bonum, unde amor ipse subinduit etiam rationem obiecti voluntatis, tamen amor ille directus volitus seu amatus ab alio amore reflexo, (liceat sic loqui) nequit esse finis ultimus illius actus qui est amor reflexus, quo diligitur amor directus; ergo etsi voluntas sit reflexiva tamen nullus actus elicitus a voluntate potest esse ultimus finis. assumptum probo. quia exterminis implicat quod finis ultimus ordinetur ex se, et ex natura sua, ad alium finem; alias esset, et non esset ultimus, S.d amor directus volitus et amatus per amorem reflexum est amor alicuius obiecti distincti ab amore elicito a voluntate, seu est amor obiecti distincti ab omni alio actu elicito a voluntate, Sicut est amor obiecti distincti a se ipso, alias talis amor directus, non esset amor directus, sed reflexus, cum vel se ipsum vel alium Amorem diligeret, ergo ordinatur talis amor directus ad alium finem ergo implicat quod ipse sit finis ultimus; unde necesse est quod primum appetibile, ut res quaedam. et ut obiectum volitum sit aliud ab actu omni elicito a voluntate.

85

At e contra, in actibus imperatis pure non militat haec ratio, nam licet actus imperati, ut stant sub imperio voluntatis sistit posteriori obiecto actus eliciti a voluntate, et fine ipsius actus eliciti, tamen tales actus imperati secundum se antecedunt actum elicitum unde respectu ipsius possunt sortiri rationem obiecti, et finis, ac proinde secundum hanc considerationem poss. assumi per modum finis ultimi, unde relinquitur quod voluntas creata humano modo operando, etsi prave, et inordinate potest sibi constituere finem ultimum in aliquo actu, seu in aliqua actione dummodo non sit elicita a voluntate, sed imperata, et elicita ab alia potentia a voluntate.

86.

Replicabis, argumento desumpto ex paritate, unius actionis ad aliam, quia iuxta rationem traditam,

ideo actus elicitus a Voluntate, non pot esse finis ultimus respectu alterius amoris reflexi, quia alias amor ille directus esset finis ultimus, et non esset finis ultimus, esset finis ultimus ut supponitur, quia et non esset, quia ordinaretur ad finem cuius est amor, seu propter quem est, sed hæc eadem ratio militat in actionibus imperatis, ergo vel actio imperata non potest esse finis ultimus respectu actus eliciti a voluntate, vel unus actus elicitus a voluntate potest esse finis ultimus alterius actus eliciti a voluntate. cætera patent; et probatur min. quia etiam actus imperatus ordinatur ad aliud obiectum, cum nullus detur actus qui non habeat obiectum ad quod ordinetur, et cum alias obiectum actus imperati, sit etiam finis ipsius actus imperati, iam actus imperatus ordinatur ad alium finem; ergo esset ultimus, et non esset ultimus; ans est certum, etenim obiectum citarizationis, est sonus citaræ, et obiectum ædificationis, seu actionis ædificativæ, est domus.

87) Respondeo ad hanc replicam quod quando actus elicitus a voluntate respicit pro obiecto actum imperatum, ibi sistit, et non curat de obiecto actus imperati; imo si aliquomodo in intentione operantis resplendeat cognitio obiecti actionis imperatæ, quæ actio imperata, ut dicimus est ultimus finis actus eliciti, tale obiectum ordinatur ab extrinseca voluntate operantis, ad ipsam actionem imperatam quæ tunc respicit ut ultimum finem; cuius ratio est, quia cum actio imperata secundum se, sit res quædam, quæ non est ipsum velle, potest esse primum volibile, ut obiectum, etenim et si demus quod ordinatur ad aliud non tamen ordinatur ad illud ut ad obiectum volibile, et appetibile, ut patet, cum ipsa actio pure imperata non sit volitio, ergo ipsa actio imperata potest esse primum volibile, et primum appetibile, unde illam potest homo pro sua libertate amare, propter ipsam, et quia sibi grata, et non propter obiectum actionis,

88 Et per hoc patet ad replicam

replica tacita que in predicta solutione continetur: Nã poterat quis replicare et dicere quod etiã homo prave, & inordinate operando potest diligere ipsũ actũ elicitũ a voluntate tanquã ultimũ finẽ, ordinando nempe omnia ad ipsũ actũ, etiã ordinando ad ipsũ, obiectũ ipsius actũ dilecti, ut ultimi finis.

89

Patet inquam Solutio ad hanc replicã nã ille amor dilectus ut finis ultimus essentialiter, & ex natura sua seu ex prædicatis intrinsecis ordinatur ad aliũ finẽ, & est propter finẽ; ergo non est primũ volibile; sed ultimus finis est necessario primũ volibile, ergo est chymera quod aliquis actus elicitus a voluntate sit ultimus finis.

90

Replicabis Si actio elicita a Voluntate nequit esse ultimus finis respectu alterius actionis seu amoris reflexi, quia implicat quod actio elicita a voluntate sit primũ volibile, sequitur quod neque actio imperata possit esse ultimus finis, ergo dicta hucusque ruunt: sequella probatur quia actio illa imperata, ut diximus, & ut docet D. Thomas est propter finẽ, quandoquidẽ actio illa est actio humana, & omnis actio humana diximus quod est propter finẽ; sed eo ipso implicat quod sit primũ volibile; ergo si ideo actio elicita a voluntate nequit esse ultimus finis quia nequit esse primũ volibile, eadẽ ratione actio imperata non poterit esse ultimus finis, maior constat & minor videtur certa nã actio que est propter finẽ non diligitur propter se sed propter finẽ ut constat, unde prius supponitur finis volitus; ergo nequit esse primũ volibile.

91

Respondeo negando sequellã etenim actio actio imperata etsi sit propter finẽ, tamen non est volitio, unde potest apprehendi ut res volita, seu ut res volibilis, proindeque potest accipi ut ultimus finis, nã etsi ut imperata dicat ordinẽ ad aliũ finẽ, tamen finis iste non est finis operis, sed operantis, proindeque est finis extrinsecus & non essentialis actioni, unde potest absolute, & simpliciter concipi ut præscindens ab hoc ordine ad finẽ, ac proinde concipi potest ut ultimus finis. quo in casu ipsa

nest actio imperata erit elicita propter seipsam tamquam propter finem ultimum, unde sub una consideratione erit finis, et sub alia effectus finis.

§. XIV.
Solvitur principalis replica.

92 Iam ergo ex dictis patet solutio ad argumentum supra n. 71 appositum ex quo motivum sumpsimus ad dubium nuper resolutum. Respondeo ergo concessa maiori neg.do min. et ad probat. dist. ans: actio quae est propter finem est posterior fine, si finis est quid distinctum ab actione conc. ans: si est quid indistinctum, subdist. est posterior sub formalitate, sub qua est effectus finis conc. ans, sub formalitate, sub qua non est effectus finis, sed potius causa neg. ans, et cons. unde ad id quod subsumitur quia nempe sequeretur quod idem esset prius et posterius se ipso, et causa, et effectus sui ipsius similiter dist. esset prius et posterius, causa et effectus, sub eadem formalitate, neg. sub diversa formalitate concedo: in quo nulla est repugnantia, cum causae adinvicem sint sibi causae, ut profert communis parloquium, quidquid in contrarium sentiant alii.

93 Replicabis: etsi verum sit quod inter causas dabilis est mutua causalitas tamen entitas, quae identice est finis ultimus humanarum actionum implicat quod sub aliqua formalitate sit effectus, et sit posterius alio.

94 Respondeo hoc esse verum de fine ultimo vero, et reali: Deus enim Optimus Maximus, nequit esse effectus respectu alicuius alterius finis, neque posterius alio; at de fine ultimo apparenti, et ficto hoc non repugnat; imo hoc est necessarium, cum finis ultimus pervertens, et malificans actiones humanas, sit necessario creatura, unde malitia humana in eo consistit quod quis respiciat creaturam ut finem ultimum suorum actuum.

§. XV.
Corollaria ex dictis.

Ex

Ex dictis infertur quod quando D. Ths. in præsenti, solut.e ad 2um ait quod: * quidquid homo facit verum est dicere quod agat propter finem etiam agendo actionem quæ est ultimus finis * per hæc ultima verba, scilicet, per illam actionem quæ est ultimus finis, intelligendus est Ang.s M. loqui de fine ultimo, et obiectivo, qui talis est per modum rei, et ut res quædam, seu ut obiectum quod; non autem loqui de fine ultimo quo, et formali seu de ipsa assecutione finis obiectivi.

95

Pro cuius maiori intelligentia recolenda sunt quæ superius diximus de distinctione, inter finem qui, et finem quo, seu inter finem obiectivum, et formalem: finis enim obiectivus est res illa quæ allicit et excitat seu movet voluntatem ad sui assecutionem, et possessionem; finis autem quo, et formalis est actio illa qua assequitur seu consequitur finis qui et obiectivus. quibus prænotatis probatur assumptum.

96

Quia prædicta verba ex solut.e ad 2um intelligenda sunt iuxta sensum in quo procedebat argumentum; alias solutio non esset ad rem, si aliter venirent intelligenda ac procedebat argumentum; sed in 2o arg.to loquitur D. Ths. de fine qui, et obiectivo, et qui talis est per modum rei; ergo in prædicta solutione loquitur de eodem fine qui, et obiectivo, et non de fine quo, et formali. mai. pat. et probatur min. cuius veritas ut facilius percipiatur placet referre argumentum quod secundo loco opposuit D. Ths, ad suadendum, quod non omnia agit homo propter finem, eo verba quæ in prædicto argumento affert Ang.s M. * id quod est ultimus finis non est propter finem; sed in quibusdam ipsæ actiones sunt ultimus finis; ut docet Philosophus. 1. Ethic. ergo non omnia homo agit propter finem * in quibus verbis manifeste loquitur de actionibus quæ sunt finis qui ultimus, et obiectivus.

97

Quod insuper sic adstruitur quia in hoc arg.to loquitur D. Ths. de illo fine de quo loquebatur Philosophus in prædicto loco, alias si D. Ths. non loqueretur de fine iuxta mentem Philosophi in prædicto loco; incongrue ipsum Philosophum adduceret D. Ths. quod non est dicendum: sed Philosophus ibi loquitur de actionibus quæ habent, vel possunt habere rationem

98

finis qui, et obiectivi, non autem de actionibus quae essent finis quo, et formalis, seu quae essent assecutio finis obiectivi: etenim loquitur Arist. de actionibus, quae in aliquibus artibus; habent rationem finis qui, et obiectivi, cuiusmodi sunt equitatio, citarizatio, et aliae similes, unde ipse divus Mag. 1.2. q. 103. ar. 2. ad. 2. adducens eundem locum Aristotelis illum exponit de fine obiectivo, et non de fine formali, ut patet per haec verba * Philosophus loquitur de finibus artium quarum quaedam habent pro finibus operationes ipsas, sicut citharistae finis est citharizare, quaedam vero habent pro fine quoddam operatum sicut aedificatoris finis non est aedificare, sed domus. * ubi luce clarius est sermo de actionibus quae habent rationem finis qui, et obiectivi. —

99 Tum quia D. Th. ut probet quod finis de quo loquitur non potest esse actus voluntatis, affert pro medio quod actus voluntatis esset primum appetibile, quod supponit esse impossibile: dum ait: quod sicut impossibile est quod primum visibile, sit ~~ipsum videre~~ primum videre ita impossibile est quod primum appetibile quod est finis sit ipsum velle: Nunc sic sed primum appetibile evidenter constat quod est finis qui, et obiectivus, seu qui talis est per modum rei, non autem formalis seu per modum actionis assecutivae, seu per modum assecutionis, ergo actio illa de qua asserit D. Th. quod esset ultimus finis non est intelligenda de actione, quae sit finis quo sed de actione quae sit finis qui, et obiectivus.

200 Tum ulterius quia postea scilicet in hac 1.2. q. 3. ar. 4. ex professo probat quod beatitudo ~~[illegible]~~ formalis, seu finis quo, et formalis, non potest esse actus voluntatis, sed quod consistit in actu intellectus. ergo ante quaestionem 3um non fuit institutus sermo de fine formali, seu de fine quo, proinde quia ante quaestionem 3um non fuerat ostensum quod actio elicita a voluntate, non est finis quo, et formalis aliarum actuum agentis. unde relinquitur quod in praesenti loquitur de fine qui, et obiectivo.

QUÆST. III.

UTRUM DEUS AGAT PROPTER FINEM.

§. I.

Prænotantur nonnulla.

* * * * * *

Operari Semovendo, & Sedeterminando, ex cognitione finis diximus supra quod est proprie agere propter finem, unde cum Deus operetur ex perfectissima cognitione, & comprehensione finis, discutiendum restat utrum vere agat propter finem. Pro cujus intelligentia notandum est primo quod actiones Dei possunt considerari in duplici differentia nam aliæ sunt operationes ad intra, omnino necessariæ etiam quoad exercitium activum actionis, aliæ vero liberæ, et effectibiles quæ proinde quo ad explicitum libertatis, etsi hæc effectibilitas solum sit quoad obliquum, seu extrinsece obliqui, non autem quoad rectum, de quo 1. p. ad. q. 19. 1

Insuper operationes ad intra, necessariæ etiam & immanentes, aliæ sunt notionales, aliæ essentiales, ubi notandum venit quod hæ essentiales non sumitur prout contraponitur Libero, nam hoc modo etiam actiones notionales sunt essentiales & non liberæ, sed sumitur prout contra ponitur actionibus personalibus, igitur operationes essentiales dicuntur illæ & sunt illæ actiones quæ intelliguntur convenire absolute huic Deo praescindendo a personis quales sunt cognitio, seu intellectio, & amor, seu volitio; operationes autem notionales dicuntur, & sunt illæ, quæ determinate uni vel alteri personæ conveniunt, quales sunt processiones divinæ ad intra, quæ personas 2

neutiquam conveniunt huic Deo, exigitive a Deo ex ratione. igitur quaestio praesens procedit tam de actionibus liberis, quam necessarijs, sive sint essentiales, sive notionales.

3 Secundo supponendum est operationes liberas Dei quibus ad extra producit effectus seu creaturas esse subjective sumptas formaliter immanentes, licet sint eminenter virtualiter transeuntes non autem sunt formaliter transeuntes, iuxta communem Thomistarum sententiam, quam cum ipsis tradidimus ad q. 11. 1. p. de immensitatis attributo disceptantes. Unde actiones liberae quibus ad extra Deus operatur et producit creaturas, subjective sumptae sunt aliquid intra Deum, et ut sic sunt omnino necessariae, et cum ipsa substantia Dei identificatae.

4 Pro cuius maiori intelligentia notandum est 3° quod actiones liberae, quibus ad extra operatur creaturas ipsas producendo, et possunt considerari subjective, et prout se tenent ex parte Dei, et terminative, et prout se tenent ex parte effectus scilicet ex parte creaturarum; seu quod idem est possunt considerari pro recto, et pro obliquo, seu pro explicito terminationis activae, vel secundum terminationem passivam. igitur actio libera Dei subjective sumpta seu pro recto, et pro explicito terminationis activae, quo pacto est quid intrinsecum Deo identificatum cum substantia Dei, et est idem ac entitas actus necessarij; effectum actus liber Dei pro obliquo, et secundum terminationem passivam, sive haec terminatio sit quid intrinsecum effectibilem in esse terminationis, sive non, iuxta varios explicandi modos actus liberi Dei, revera sub hanc considerationem est actio libera Dei ipsae creaturae.

5 Quarto et maxime notandum est longe aliter esse, aliquam actionem habere veram, et strictam causam finalem; aliter autem esse habere rationem finis: ad primum enim essentialiter requiritur distinctio inter ipsam causam finalem, et eius effectum, qualiter universaliter requiritur inter veram causam et effectum

effectu; ad secundum autem sufficit quedam prioritas in illo genere: quo circa quando dicitur aliquam actionem esse propter finem, illud propter et potest significare veram et strictam causalitatem, et potest significare quamdam prioritatem inter finem, seu id quod habet rationem finis ex una parte et inter actionem ex alia: sicut quando in genere effectivo dicitur unum oriri ex alio, illud ex, et potest denotare veram causalitatem ad quam requiritur indispensabiliter distinctio realis inter principium, a quo egreditur actio, et inter ipsam actionem, vel potest sumi illud ex secundum quod solum dicit rationem a priori unius ex alio, quo pacto inter attributa divina datur quedam prioritas v.g. ex immutabilitate, ut ex aliquo priori inferunt theologi eternitatem, et ex immaterialitate intellectualitatem, et ex intellectu voluntatem, et sic de aliis quibus stabilitis sit.

§. II.

De operationibus ad intra.

Sit conclusio 1.o Deus per operationes ad intra, sive sint essentiales, sive notionales non agit propter finem: si illud propter dicit veram causalitatem finalem; secus autem si illud propter dicit rationem finis, seu prioritatem in hoc genere. Probatur conclusio 1.o: cui repugnat habere causam vere efficientem, repugnat et habere veram causam finalem; sed actionibus quibus Deus operatur ad intra repugnat habere veram causam efficientem; ergo et ipsis repugnat habere veram causam finalem: maior est certa, omne enim quod habet veram causam finalem habet efficientem, sicut et quod habet efficientem habet finalem, quod et ratione constat, cum causa efficiens solum agat ut mota a fine, et finis non nisi ad efficiendum moveat; ergo cui repugnat habere veram causam efficientem, repugnat et habere veram

causam finalem; min. etiam est certa, nam actiones imma-
nentes quibus Deus operatur intra sunt formaliter
quid increatum, et omnino independens, unde identifican-
tur cum Deo, seu sunt ipse Deus: ergo actionibus
quibus Deus operatur ad intra repugnat habere veram cau-
sam efficientem, ac per consequens et finalem.

Dices: quod si prop-
ter aliquam rationem operationibus ad intra repugnaret habe-
re veram causam finalem maxime propter identitatem quae datur inter
operationes ad intra cum substantia Dei, et eius bonitate, sed haec
indistinctio seu identitas harum formalitatum non obstat ad hoc ut divina
bonitas vere alliciat, et moveat Deum ad agendum ad intra: ergo si-
militer non obstat ad hoc ut divina bonitas vere exerceat causa-
litatem finalem circa actiones immanentes, et ad intra; ergo operatio-
nibus Dei ad intra non repugnat habere veram causam finalem. cae-
tera patent. Probatur min: nam identitas, et indistinctio quae datur
inter actiones praedictas et summam bonitatem Dei non aufert dis-
tinctionem virtualem inter illa praedicata; ergo identitas seu indistinctio
inter praedictas formalitates non aufert quod divina bonitas ve-
re alliciat et moveat, unde veram, et [illegible] exerceat causalitatem
finalem. ans est notum; cons. autem probatur: quia in rebus crea-
tis sufficit quod inter effectum ex una parte, et causalitatem ex
alia detur distinctio virtualis, etsi non sit realis formalis,
et similiter eo ipso quod inter praedictas formalitates divinas
detur distinctio virtualis, etsi sit cum identitate formali,
poterit una formalitas respectu alterius veram causalita-
tem finalem exercere. ans constat, tum inter causalita-
tem materiae primae, et eius effectum; tum similiter inter
causalitatem formalem et eius effectum, inter quas solum
datur distinctio virtualis, etenim causalitas materiae est
unio ad formam, et effectus est materia ut unita, simi-
liter causalitas formae est unio ipsius ad materiam, et
effectus est ipsa forma unita. Quod efficacius mili-
tat in sententia adstruente unionem indistinctam a mate-
ria et forma =

8 Insuper constat idem ans. in sententia
adstruente

adstruente causalitate finis in actu voluntatis pro-
ut a fine, etenim in hac sententia actus idem secundum
entitatem solum cum distinctione virtuali, inter formalitatem
ipsius prout a fine, et aliam formalitatem ipsius
prout à voluntate exercet causalitatem finalem circa
se, et est effectus sui ipsius.

9

Respondeo conc. mai. et neg.
min. et ad probationem concesso ant. negatur consequentia quam
suadent instantiae factae namque materia, quae est causa ma-
terialis sui ut communicata formae distinguitur a se ipsa
ut est effectus, distinguitur enim penes includens, et inclu-
sum, et idem est de forma, etenim effectus materialis ma-
terialis namque est ipsa materia ut communicata formae, quae
prout sic includit formam, et est totum compositum, similiter effec-
tus formalis formae est ipsa forma ut communicata materiae
qui effectus est ipsa forma ut includens materiam saltem
in obliquo, unde est similiter totum compositum.

10

Similiter in
illa sententia adstruente causalitatem finis in actu volun-
tatis prout a fine, causalitas finis, pariterque effec-
tus finis distinguitur realiter a causa finali; quod
non accidit in divinis namque si aliqua esset causalitas
finalis esset utique summa et infinita bonitas, sed haec
identificatur cum actionibus ad intra, ergo non possunt habe-
re inter se rationem verae causae, et effectus.

11

Oppones
secundo et dices quod divina bonitas allicit, et mo-
vet Patrem, et Filium ad spirandum Spiritum Sanctum, ergo
processio, qua Spiritus Sanctus procedit a Patre, et
Filio, quae utique est actio ad intra, est propter finem;
ans videtur certum cum propriori processionis, seu Spira-
tionis activae, quia Pater, et Filius producunt [seu spirant] Spiritum
Sanctum deter cognitio perfectissima, ut pote comprehensiva
totius bonitatis, sed Bonitas ut cognita [sub] ut dicente
cognitione [conditione] allicit, et movet cognoscentem ad suum amorem,
ergo divina bonitas exercet veram causalitatem finalem

erga processionem Spiritus Sancti

12 Resp. quod Pater, et Filius non finalizantur nec moventur a divina bonitate ad producendum Spiritum Sanctum, sed ex fecunditate naturæ sunt determinati necessario, ad necess.o spirandum Spiritum S.tum

13 Quod ipsum respondetur ad argumentum quod posterat formari ad suadendum Filium, seu Verbum procedere a Patre ex motione finis, nempe ex motione divinæ bonitatis, ut cognitæ, etenim ex fecunditate suæ naturæ est Pater æternum determinatus ad Filium generandum.

14 Quod autem sint propter finem si hoc propter dicit solum rationem finis, modo explicato, quatenus nempe solum dicit prioritatem in hoc genere, constat, namque hoc modo esse propter finem nulla est imperfectio, cum non arguat distinctionem inter formalitatem, quæ consideratur ut causa qualis est divina Bonitas, et inter actionem sic finalizatam qualis est operatio ad intra, sed potius infert summam identitatem inter utramque formalitatem.

15 Secundo namque eo modo quo alicui formalitati non repugnat habere causam efficientem, et ipsi non repugnat illam habere finalitatem etenim id ipsum quod est primum efficiens, est ultimus finis, iuxta illud ego sum Alpha, et Omega, principium et finis; sed prædictis actionibus ad intra non repugnat, sed potius convenit habere causam efficientem, quæ sit talis solum virtualiter, quatenus nempe solum dicit rationem aprioni, ergo et ipsis non repugnat sed potius convenit habere prædicto modo causam finalem.

§. III.

Quid de actione libera Dei secundum utramque terminationem utrum sit propter finem?

quantum

Quantum ad actiones liberas, quibus Deus ad extra producit effectus, scilicet creaturas diximus posse considerari bifarie, et secundum nempe terminationem activam, et secundum terminationem passivam, seu quoad rectum, et quoad obliquum, seu subiective, et quoad entitatem, et terminative, et quoad ... unde ut cum claritate procedamus duplicem conclusionem statuere decrevi 16

17 Sit igitur Prima Conclusio: Si actiones liberae Dei considerantur subiective, seu pro recto, et quoad entitatem, seu secundum terminationem activam non sunt effectus finis, nec actiones liberae hoc modo sumptae sunt propter finem, id est propter dicendo veram causam finalem, secus autem si propter solum dicit rationem finis seu prioritas in ratione finalizandi.

18 Haec conclusio hoc modo explicata constat ratione supra facta, qua probavimus actiones Dei ad intra non esse propter finem, id est propter dicendo strictam et rigorosam causam finalem, sed solum quatenus dicit rationem a priori in hoc genere. Etenim actiones liberae sub praedicta consideratione non minus identificantur cum Deo quam actiones essentiales et naturales ad intra: similiter quod sub praedicta consideratione habeant rationem finis seu supponant causalitatem finalem impropriam, et virtualem constat etiam eadem ratione qua supra de actionibus ad intra id persuasimus

19 Hoc idem assumptum probari insuper potest ex D. Thoma 1 p. q. 19 ar. 5. ubi haec habet verba * quod in Deo velle finem, non est ei causa volendi finem, sed tamen vult ea quae sunt ad finem ordinari in finem; vult ergo hoc esse propter hoc sed non propter hoc vult hoc * quo nihil clarius pro praedicta conclusione. = Similiter 1. contra g. c. 87 ait * quamvis autem aliqua ratio divinae voluntatis assignari possit non tamen sequitur quod voluntatis eius sit aliqua causa.

20 A ratione autem probatur insuper praedicta conclusio: quia illud quod

pro priori ad operationem liberam procedit movendo divinam voluntatem ad elicientiam operationis liberæ, licet non procedat movendo stricta, et rigorosa motione exercita prout inter extrema realiter distincta, quorum unum sit movens et aliud sit motum; Si tamen aliquo modo movet, saltem quia inter talia extrema datur prioritas, et posterioritas, cum distinctione virtuali vere habet rationem finis, et si non sit stricta, et rigorosa causa finalis, defectu distinctionis, Sed inter divinam bonitatem ex una parte, et actum liberum quoad rectum ex alia datur talis prioritas, et posterioritas, etenim pro priori ad actum liberum, etiam subiective, pro recto sumptum, intelligitur ut cognita divina bonitas, ergo divina bonitas est vera ratio finalis movendi ad actum liberum Dei, seu ad elicientiam ipsius, etiam secundum terminationem activam, seu subiective, et pro recto inspecti. proinde quia divina bonitas habet prioritatem in genere finalizandi respectu actionis liberæ, etiam pro recto inspectæ, et ista etiam pro recto inspecta est [illegible] finem, licet propter dicendum solum prioritatem in hoc genere.

21 Quæ ratio colligitur ex D. Th. 1. p. q. 19. ar. 1 ad 3. ubi ait * obiectum divinæ voluntatis est bonitas Sua, quæ est eius essentia, unde cum voluntas Dei sit eius essentia non movetur ab alio a Se, sed a se tantum eo modo loquendi quo intelligere, et velle dicitur motus * quod ipsum repetit ar. 2 in solut. ad 2.

22 Sed dices de ratione amoris amicitiæ est quod amans finaliter a bonitate quam in amico amato amat, Sed Deus per actum liberum divinæ voluntatis amat creaturas amore amicitiæ, ut dicitur tract. de Charit. et constat ex illo * vos amici mei estis, * et ex illo * iam non dicam vos servos sed amicos * ergo amor divinus quo Deus amicabiliter diligit creaturas, qui amor, utique liber est, est vere [illegible] finem etiam secundum terminationem activam, et pro recto sumptum, etiam si [illegible] propter dicat strictam et rigorosam causam finalem.

Mai.

mai patet, cum in amore amicitiæ bonitas, quæ resplendet in amico amato sit finis amoris, qui est in amante amicabiliter, cum iste amet amicum propter ipsum, alias si non propter amicum ipsum amat sed propter se, et propter commoditatem propriam, talis amor non erit amicitiæ, sed concupiscentiæ. 23

Idem etiam probatur quia amor ille, qui supponit bonitatem obiecti ut cognitam, et in superius talis bonitas obiecti ut cognita, movet et allicit voluntatem ad elicientiam amoris, est vere amor finalizatus a bonitate obiecti cogniti, sed bonitas, quæ resplendet, et est in amico amato, supponitur ut cognita in intentione amantis, illum movet ut eliciat amorem propter amicum; ergo talis amor amicitiæ est vere propter finem etiam secundum terminationem activam, et pro recto, seu subiective inspectus. 24

Respondeo quod de ratione amicitiæ, ut abstrahit a creata, et increata non est ut amans amet amicum propter ipsum amicum, sistendo in ipso amico amato, sed potius de ratione amoris amicitiæ est quod amet amicum illum ordinando ad ultimum finem, cuius ratio evidentissima est, quia de ratione amoris amicitiæ quod taliter amans diligat amicum quod velit ipsi amico suam maiorem convenientiam, utilitatem, et perfectionem, unde cum maior perfectio, cuiuslibet creaturæ sit ordinari ad Deum, ut ad suum ultimum finem a quo omnis perfectio derivatur infertur quod quando Deus amat creaturas amore amicitiæ non requiritur quod sistat in ipsis, sed potius exigitur quod ipsas ad se ordinet, cum ista ordinatio sit earum maior perfectio. = Cæterum quando creatura amat Deum ut amicum tunc non debet Deum ad alium finem referre sed potius debet ipsum Deum amare propter ipsum, et sistendo in ipso Deo, cum non sit alius finis ultimus ad quem possit Deus ordinari. = Unde ex eo quod Deus per actiones liberas amet creaturas amore amicitiæ non sequitur quod debeat amare ipsas propter ipsas, ac per consequens non possunt actiones liberæ Ei

finalizari a bonitate creata. Sumptæ actiones liberæ divinæ pro recto, et subiective. seu secundum terminationem activam.

§ IV.
Statuitur secunda Conclusio.

25 Si actiones liberæ Dei considerantur secundum terminationem passivam, seu secundum obliquum et notatum, quod stilo est Creatura. sic rigorose sunt propter finem ly propter dicente veram causalitatem finalem = Hæc nostra Conclusio primo suadetur ex sacra pagina scilicet ex illo Prov. 16 * universa propter se met ipsum operatus est in nobis Dominus * – et ad Hebræos 2. dicitur * decebat eum propter quem omnia, et per quem omnia * et Apoc. ultimo. dicitur * ego sum Alpha et Omega, primus, et novissimus, principium, et finis *.

26 Suadetur secundo ex D. Tho. 1 contra g. c. 86. ubi ait * finis est ratio volendi ea quæ sunt ad finem, Deus autem vult bonitatem suam tamquam finem, omnia autem vult tamquam ea quæ sunt ad finem; sua igitur bonitas est ratio quare vult ipsa quæ sunt diversa ab ipsa * et 1 p. q. 19. ar. 2. ad 2. ait * dicendum quod licet nihil aliud a Deo sit finis Dei, tamen ~~quæ~~ ipse met est finis respectu omnium quæ ab eo fiunt * quod et alibi sæpe docet.

27 Adeo clara et certa est hæc nostra Conclusio ut vix egeat probatione, ceterum hac generali ratione suadetur: Quotiescumque Deus operatur ad extra producit determinatum effectum; ergo propter determinatum finem. antecedens est evidens cum non producat Deus creaturas logice sumptas sed fisice, et existentes. Consequentia autem probatur. Si producit determinatum effectum convenit ut agens determinatum sed agens determinatur a determinato fine; ergo agit propter determinatum finem, seu ut motum a determinato fine.

28 Sed dices quod ex hac ratione solum convincitur quod effectus Dei sunt propter finem, ut producti a Deo: modo

modo quo effectus causarum naturalium, & creatarum sunt propter finem: v.g. modo quo illuminatio quæ producit Sol est propter finem, & ignis ignitus, seu genitus est propter finem: nunc sic, sed effectus causarum naturalium creatarum sunt propter finem latissimo modo; cum ipsæ non se moveant in finem sed solum sint motæ ab auctore naturæ, scilicet a Deo, ut fine, ergo ex prædicta ratione solum vincitur quod effectus Dei prout a Deo sunt propter finem latissimo modo.

29

Resp.° verum esse quod si prædicta ratio consideratur unice ratione formæ, & ratione dispositionis syllogisticæ solum vincit quod intendit replica; ast si consideratur prædicta ratio ut determinate exercetur in tali materia, & ut applicata Deo ut agenti cum cognitione finis probat insuper quod effectus sint propter finem modo strictissimo, cum supponatur ordinationem effectuum ad ultimum finem, esse factam ab ipso agente nempe a Deo.

§ V.

Soluitur dubium incidens.

30

Inquires: utrum Deus ordinat omnem creaturam ad aliquid ut ad finem licet non ultimum? Responsio est affirmativa, nam sicut non repugnat rationi causæ efficientis perfectissimæ, & strictissimæ qualis est prima concurrere ad productionem effectus creati cum consortio aliarum causarum efficientium dummodo ut subordinatæ concurrant; ita non repugnat, imo est valde conforme naturæ, rerum quod ad productionem effectus creati concurrant plures fines dummodo isti sint inter se subordinati, & ultimo in Deum ut in ultimum finem referibiles. unde ad Corinth. 2 dicitur: *omnia vestra sunt, vos autem Xpi, Xpus autem Dei.*

31 Quod & docet D. Th. 1 p. q. 19. ar. 5. ad 3. his verbis: * Deus voluit hominem habere manus ut deservirent intellectui, operando diversa opera, & voluit eum habere intellectum ad hoc quod esset homo, & voluit eum esse hominem ut frueretur ipso, vel ad complementum Universi *

32 Ex dictis inferes quod si actio qua Deus operatur ad extra est formaliter transiens, ut extra scholas D. Th. docetur, & in creatura recepta, erit rigorose propter finem etiam pro recto, & subjective accepta secundum activam terminationem, quod constat eum etiam sub ista consideratione sit quid creatum.

QUÆST. IV.

UTRUM CREATURÆ POSSINT DICI UTILES RESPECTU DEI?

§. I.

Apperitur sensus quæstionis & prænotantur nonnulla.

1 Utilitas ex terminis est respectu alicuius, seu alicui est utilitas, unde utilitas includit ordinem unius ad aliud, nempe illius quod est utile, ad aliquid, cui vel respectu cuius est utile, unde idem est esse aliquid utile ad aliud, ac esse medium deducens ad illud, quæ deducentia oritur ex indigentia termini, cuius vel cui est utilitas: proinde idem est inquirere, an creaturæ possint esse utiles respectu Dei, ac inquirere utrum creaturæ habeant rigorosam rationem medij respectu Dei.

2 Ast cum absolute evidens sit

sit quod Deus nullius creaturę habet indigentia, etenim Deus independens est ab omni creatura, quandoquidem ita Beatus est Deus prosigno æternitatis, in quo habet creaturas, quæ pro signo æternitatis in quo erat absque creaturis: Dubium ergo solummodo procedit ex suppositione quod Deus libere vellet aliquem finem, utrum scilicet creaturę sint utiles Deo ad talem finem? Et utrum saltim respectu huius finis, præintenti a Deo, creaturę vere habeant rationem medij. 8

Pro cuius decisione supponendum est 1.o quod in creaturis si aliquomodo resplendet aliqua utilitas seu aliqua ratio medij proprie dicti in ordine ad aliquem finem libere præintentum a Deo, talis utilitas, seu talis ratio medij debet coincidere in ipsis creaturis cum illa formalitate secundum quam terminant amorem divinum, etenim si a Deo diliguntur, quia utiles ad præfatum finem eadem formalitas secundum quam sunt, et considerantur ut utiles erit proinde ratio formalis terminandi amorem divinum. quæ doctrina patet in quolibet medio conducente ad finem, etenim ideo eligitur quia utile, unde formalitas per quam constituitur ut utile est formalitas per quam terminat electionem. 9

Secundo notandum est quod sicut in omnibus creaturis est eadem ratio formalis secundum quam terminant influxum Dei ut efficientis, nempe ratio entis factibilis; ita in omnibus creaturis debet assignari aliqua ratio formalis secundum quam terminent amorem Dei, seu per quam terminent causalitatem ~~Dei~~ finalem Dei; etenim ratio efficientis et finalizantis, coincidunt, et sicut principium, ut principium, est unum respectu omnium, ita finis, ut finis, seu ut finalizans est etiam unum respectu omnium; Similiter quæ terminatio passiva creaturarum, per quam terminant causalitatem efficientem est una, et eadem formaliter in omnibus, ita ergo pariformiter creaturę omnes debent secundum eandem rationem formalem termi-

nare causalitatem finalem Dei, eiusque amorem, et dilectionem terminare: etenim sicut omnes creaturae habent immediatum ordinem ad divinam Omnipotentiam ut ad suum principium effectivum; propterea quae immediate terminant hanc dependentiam secundum formalitatem entis factibilis; ita similiter omnes creaturae prout a Deo diligunt habent esse immediate ad ipsum sicut ad finem, seu ad ipsum immediate respiciunt, ut ad finem; ~

5 Ut percipiatur utrum creaturae sint utiles respectu Dei, et vere obtineant rationem medii ducentis ad finem ... a Deo inquirendum et investigandum est quid sit illud perquod terminant immediate dilectionem divinam, seu quae formalitas resplendet in creaturis ut dilectis a Deo, secundum quam immediate terminant ipsam dilectionem divinam; non quia sint terminus primarius, et immediatus dilectionis divinae, sed quia etsi solum sint obiecta materialia, et secundaria dilecta propter divinam bonitatem primario dilectam, tamen constitui debent in ratione termini secundarii per aliquam formalitatem omnibus communem; unde talis formalitas erit immediata ratio terminandi ex parte creaturarum dilectionem divinam.

6 Sextio denique notandum est discrimen quod reperitur inter amorem Dei, et creaturarum, nam amor creaturarum ad Deum, imo, et unius creaturae ad aliam est pure affectivus, quocirca communiter nuncupatur amor affectionis, seu affectivus, proindeque voluntas creata medio amore a se elicito fertur ad rem amatam, ad ipsamque rem amatam afficitur, seu trahitur, per modum cuiusdam ponderis, seu inclinationis, Amor autem Dei ad creaturas est effectivus, etenim amando, et diligendo Deus creaturas praebet ipsis bonitatem, in qua Deus complacet, et quam Deus diligit.

7 Igitur inter utrumque amorem affectivum, et effectivum duplex versatur discrimen, quorum primum est quod amor pure affectivus,

Supponit

Supponit in creatura seu in obiecto amato bonitatem quam diligendo prosequitur, et ad quam allicitur, et trahitur; e contra autem, amor effectivus nullam bonitatem supponit in creatura, seu in obiecto amato, sed illam diligendo producit, causat et conservat. Secundum est quod per amorem pure affectivum potius obiectum amatum trahit et unit ad se amantem quam e contra, amans trahat ad se amatum, quo pacto communiter dicitur quod intellectus trahit res ad se, et voluntas fertur ad res, iuxta illud Augustini: amor meus pondus meum, amore feror quocumque feror: etenim obiectum amatum media sua bonitate allicit amantis eius affectum, movet, et ad se trahit per modum cuiusdam ponderis, et inclinationis: amor autem effectivus trahit, et unit ad se obiectum amatum, communicando nempe ipsi obiecto amato entitatem, et bonitatem quam ipsi amanti assimilet.

8

Unde etiam potest aliud tertium discrimen inter utrumque amorem assignari, nempe quod per amorem pure affectivum, potius dicitur obiectum amatum amantem possidere quam e contra, unde obiectum amatum dominatur affectui amantis, et amans subservit obiecto amato, quapropter inter effectus istius amoris affectivi ponitur, et enumeratur extasis, per quam, qui extasim patitur exit a se, et ab obiecto amato trahitur et rapitur, per quamdam, ut sic dicamus, affectivam violentiam, unde potius amans, est in amato quam in se ipso = e contra autem per amorem effectivum, amans possidet amatum, et est dominus ipsius seu ipsi obiecto amato dominatur, ipsumque sibi subiicit, et subordinat. His pernotatis sit.

§ II.

Statuitur prima Conclusio.

9 Creaturæ non possunt esse utiles respectu Dei. vnde Deus non respicit eas quatenus conducentes permodum medij. - Probatur 1º: Si creaturæ essent utiles respectu Dei creaturæ haberent aliqua conducentia respectu Dei, sed creaturæ nulla dicunt conducentia ad divinæ bonitatem, ergo creaturæ nec sunt, nec possunt esse utiles respectu Dei. Probatur min. Si creaturæ conducerent ad divinæ bonitatem, bonitas divina haberet aliqua indigentia creaturarum; sed hoc est impossibile, ergo creaturæ nullam habent conducentia ad divinæ bonitatem. maior constat, cum utilitas, et conducentia ad aliud dicit indigentiam, et necessitatem illius quod est utile in termino Cui vel respectu Cuius est utilitas.

10 Ulterius Si creaturæ haberent vel habere possent aliqua utilitatem respectu Dei talis utilitas splendesceret maxime in illa formalitate secundum quæ terminant amorem divinum. Creaturæ enim cum diligantur a Deo in ordine ad ipsum Deum et propter ipsum Deum si haberent aliqua utilitatem respectu Dei esset secundum illam formalitatem sub quæ terminant dilectionem divinam sed nulla utilitas seu conducentia splendescere potest in prædicta formalitate, ergo creaturæ nullam habent utilitatem respectu Dei, maior patet, et probatur min. quia si splendesceret aliqua utilitas respectu Dei in formalitate illa secundum quæ creaturæ terminant divinam dilectionem creaturæ non amarentur a Deo amore benevolentiæ, sed amore concupiscentiæ, sed Deus non diligit creaturas amore concupiscentiæ, etenim nullum commodum provenire potest Deo ex creaturis, ergo nulla utilitas splendescere potest in formalitate secundum quam creaturæ terminant dilectionem divinam.

11 Denique quod amatur ut utile ad aliud influit aliquomodo in illud aliud, Cui, vel respectu Cuius est utile sed creaturæ neutiquam possunt influere

in

in divinæ bonitate ut est evidens: ergo creaturæ non sunt utiles respectu Dei. — Et per hoc patet secunda pars Conclusionis etenim si Creaturæ nullam haberent utilitatem vel conducentiam respectu Dei, sortiri non poterunt respectu Dei rationem medii, cum medium eo sit medium quia utile, et conducens ad finem. 42

Dices quod et si ex prædicta ratione convincatur quod absolute et exterminis creaturæ non possunt esse utiles Deo, ipsique conducentes; tamen ex suppositione Decreti liberi nulla est repugnantia ad hoc ut Deus indigeat aliqua creatura ad aliquem finem, quem libere intendit; imo de facto, et iuxta præsentem providentiam, Deus elegit, seu sibi determinavit aliquem finem cui, vel respectu cuius datur conducentia, et utilitas in creaturis respectu Dei; igitur in creaturis dabilis est aliqua utilitas respectu Dei. Maior constat nam eo ipso quod absolute, et ex terminis non detur in creaturis utilitas, seu indigentia respectu Dei verificatur illud Psalmi 15. quoniam bonorum meorum non eges, cum quo stare potest ut dicebamus quod ex aliqua suppositione libera Deo possit Deus aliquam utilitatem capere ex creaturis. seu creaturis ad aliquid indigere. — Assumptum probatur quia non minus repugnat Deum absolute obligari ex stricta et rigorosa iustitia creaturis, quam ex creaturis aliquam utilitatem adipiscere; sed non obstante illa absoluta repugnantia stat Deum ex suppositione sibi libera obligari creaturis stricta, et rigorosa iustitia, ut constat ex suppositione decreti efficacis quo decrevit dare in executione gloriam creaturis ex meritis; tale enim decretum infert infallibiliter in creaturis merita, quibus ex stricta, et rigorosa iustitia debetur gloria; ergo non obstante repugnantia quæ videtur esse in eo quod Deus absolute, et simpliciter, et exterminis aliquam utilitatem, et conducentiam capiat ex creaturis, tamen ex suppositione decreti libera nulla erit repugnantia in eo quod Deus aliqua indigeat creatura, ad aliquem finem, quem libere intendit. min intui

ipsa exponenda probata manet. et mai videtr certa, unde solu restat sequentia manifestare. quae videtr stare ex parte ibi inclusa, et insuper hoc discursu suadetr nam de facto Deus vult, seu decernit manifestationem suorum attributorum ergo ad predictam manifestationem, quae absolute est Deo libera sunt utiles et conducentes creaturae; ergo etsi ex terminis repugnet quod Deus respiciat aliquam utilitatem in creaturis ipsisque indigeat, tamen hoc ipsi non repugnat ex suppositione Dei libera.

13 Resp.º quod ista communicatio, et manifestatio attributorum vel sumitur active, quatenus se tenet ex parte Dei, vel passive quatenus splendet in creaturis, seu quatenus ipsa est aliquid creatum; si consideratur primo modo certum est creaturas non dicere ad illam aliquam utilitatem, cum ut sic talis communicatio sit quid increatum, proindeque incapax recipiendi influxum aliquem ex creaturis. Si autem sumitur secundo modo non est ad rem cum finis per intentus a Deo non sit ista communicatio attributorum passive sumpta, sed ipse Deus ut docet D. Th. 3. C. Gen. a c. 18. ad. 19. ubi ait. * dicendum quod communicatio bonitatis non est ultimus finis sed ipsa divina bonitas ex cuius amore est quod Deus eam communicare vult. *

14 Itemque dices quod etsi creaturae respective ut in se nullam dicant utilitatem, tamen una creatura utilis est respectu alterius, et Deus ordinat unam creaturam ad aliam, ergo Deus jam diligit in creaturis aliquam utilitatem saltim unius creaturae respectu alterius, ac proinde ista utilitas erit terminus formalis dilectionis Dei.

15 Resp.º quod adhuc data hac utilitate unius creaturae respectu alterius terminus formalis dilectionis Dei, seu ratio formalis terminandi dilectionem activam Dei, non est praedicta utilitas unius ad aliam, assumptumque suadetr quia data hypotesi quod Deus solum crearet unam creaturam, eodem modo termi-

terminaret dilectionem Dei ac nunc terminat: Creationes enim formaliter non variantur in novum, ut patet in formalitate. Secundum quae creaturae terminant productionem activam Dei, quae eadem est nunc, ac esset si unica tantum creatura esset producta, scilicet est ratio entis factibilis, seu producibilis. 2° tunc illa creatura non terminaret dilectionem Dei, quia utilis, seu ratione utilitatis, cum in praedicta hypothesi nullius esset utilis. 3° Similiter modo, creaturae non terminant dilectionem Dei, quia utiles, pro in Deus non diligit creaturas ut utiles.

§ III.

Ostenditur quae sit ratio formalis terminandi in creaturis dilectionem Dei.

Sit Secunda Conclusio: Ratio formalis proxima ex parte creaturarum ad terminandum dilectionem Dei ad ipsas, et ad ipsum respiciendum ut finem, est similitudo creaturarum ad Deum quatenus sunt similes in bonitate participata, et si sit talis similitudo, et participatio bonitatis inadaequata, et secundum deficientiam. 16

Probatur Conclusio ex D. Thoma 1. contra G. c. 78 ubi sic ait * Voluntas Dei ad alia operatur in quantum bonitatem participant ex ordine ad bonitatem divinam, quae est ratio volendi Deo * in quibus verbis videtur expressa nostra Conclusio. 17 18

Ratione autem probatur quia illa est ratio formalis ex parte creaturarum terminandi dilectionem Dei et ipsas referendi in ipsum ut in finem, quae fundat in ipsis appetibilitatem, et quae est ratio omnino ultima per modum finis, et si non ultimi tamen referibilis ultimo in Deum,

ut in ultimum finem; 2° Cuius modi formalitas, quae convenit creaturis sub-formalitate similitudinis in bonitate ipsarum respectu Dei, quatenus in bonitate participata Deo assimilantur, et si per effectum, et per efficientiam; ergo ratio formalis terminandi ex parte creaturarum dilectionem Dei ad ipsam, et ad ipsum respiciendum, ut ad terminum seu ut ad finem est similitudo creaturarum ad Deum, quatenus Deo assimilantur in bonitate. maior videtur certa, etenim cum Creaturae omnes sint inter se ordinatae, et inter quae datur ordinatio, unum sit ad aliud, sive refertur aliud, illa in omnibus creaturis erit ratio formalis terminandi dilectionem divinam quae fundat hanc ordinationem. min autem probatur quia talis similitudo in bonitate ut participata dicit ex natura sua appetibilitatem per modum finis, 2° quia talis similitudo est formalitas univoca, et conveniens, respectu omnium Creaturarum, ergo sic explicata ratio terminandi dilectionem Dei, est omnino eadem in omnibus, sicut formalitas per quam omnes Creaturae terminant causalitatem effectivam, seu productivam Dei, est omnino eadem in omnibus, scilicet ratio entis producibilis, ergo talis similitudo bonitatis creatae, ut participatae est ratio formalis terminandi dilectionem Dei.

QUAEST. V.

UTRUM CREATURAE RATIONE CARENTES OPERENTUR PROPTER FINEM?

§. I.

Praenotantur non-nulla.

procedit

Procedit quæstio de omnibus creaturis operativis, tam sensibilibus quam insensibilibus usu rationis carentibus, sive tales creaturæ sint animatæ, et sensu præditæ, ut bruta, sive sint inanimes, et non viventes ut elementa, et alia huiusmodi, pro cuius intelligentia notandum et recolendum est illud quod antea diximus q. 2. explicando quid sit agere propter finem. igitur agere propter finem stat dupliciter, vel quia agens movetur a fine supposita ipsius finis cognitione, etenim finis non operatur nisi in intentione, ut contingit in actionibus liberis, et deliberatis, per quas se exercent creaturæ rationales, vel quia agens movetur ab alio exteriori agente, ex cuius directione, et motione exit in actionem propter finem præstitutum ab eodem extrinseco agente, et motore unde agens quod sic operatur non sibi præstituit finem, neque ex cognitione finis operatur, quandoquidem tale agens, non est cognoscitivum

Igitur supponendum est 1°. quod saltem in hoc secundo sensu verum est dicere quod omne agens operatur propter finem; etenim ut in prædicto sensu verificetur quod agens operatur propter finem, sufficit quod agens extrinsecum quod movet et applicat illud agens ad agendum, operetur ex intentione finis, nam ut propositione agens agat propter finem necessarium est ex terminis, quod actio quatenus exit a proximo agente sit gratia finis ad quod requiritur indispensabiliter quod tale agens cognoscat finem, ut finem, et ut est alliciens, et movens, ut gratia ipsius operetur agens, 2° ut aliquomodo sit verum dicere quod agens operatur propter finem sufficit quod applicetur ab extrinseco agente ut operetur propter finem.

3 Vᵈᵒ Saltem in hoc sensu vera est propositio D. Thom. in hac. q. 1. ar. 2. in corp. quatenus asserit quod omnia agentia necesse est agere propter finem, quam propositionem quoque optime probat Angel. Mag. ibidem. nam ut ait Angelicus Preceptor Causarum ad invicem subordinatarum si prima subtrahatur necesse est alias subtrahi, sed prima omnium causarum est finis ergo si causa finalis non movet aliquo modo implicabit quod aliquid operetur agens.

4 Constat etiam veritas huius nostrae suppositionis, ex Arist. 2. Physic. cap. 7. ubi ait * Natura, alicuius gratia, operari * et ex 1. de Caelo. cap. 4. ubi ait * Deus et natura, nihil faciunt frustra * et ulterius suadetur haec nostra suppositio ratione, quia omne agens, quantumvis necessarium, ut ignis, v.g. dum ignit, vel Sol dum illuminat, et agit, agit et producit determinatum effectum, scilicet hunc ignem B. vel hanc illuminationem; sed haec determinatio effectus nequit non provenire nisi a determinato fine praeintento saltem ab agente extrinseco, scilicet ab Authore naturae, aliàs nulla esset ratio ob quam potius hunc effectum quam alium ad alium finem conducentem, produceret, ergo est quia determinatio oritur a fine.

5 Sed Contra Primo et dices cum P. Salas. hic tract. 1. disp. 4. quod praedicta determinatio agentis, ad determinatum effectum est a praedeterminatione fisica orta a primo agente, media qua effective determinatur ad individualem actionem, et effectum.

6 Sed Contra Primo quia determinatio effectus in agentibus necessariis, esset solum a praedeterminatione seu a praedeterminante idem posset philosophari de determinatione effectus ab agente libero, etenim agens liberum in nostra, et vera

vera sententia praedeterminatur ad individuales actiones, et ad individuales effectus. Dico secundo quia praedeterminatio solis determinat indifferentiam suspensivam in genere effectivo, non autem in linea causae finalis, hoc enim genus determinationis in genere causae finalis non est genus fisicum sed morale et metaforicum. 8

Igitur praecipua controversia est circa animalia bruta sensibus praedita utrum operentur libere, sive, seu propter ut aliqua strictiori acceptione quae in agentibus inanimatis sumitur, et ut certa ab incertis separemus notandum est quod bruta neutiquam habent usum rationis, neque imperfectum, etenim omnino sunt irrationalia, seu ratione omnino carentia. quidquid in contrarium sentiant aliqui ut sunt Molina 1. p. q. 14. ar. 13. disp. 12 Salas. hic disp. 9. sect. 9. Arriaga tract. de beatit.[e] sect. 5. quorum sententiam plusquam falsam iudico ex parte sacris litteris namque quo circa solum de homine dicitur Genescos 1. quod est factus ad imaginem, et similitudinem Dei. 9

Unde non possum non mirari Authores, alias pios hominis aliquem usum rationis etsi imperfectissimum tribuere, etenim si aliquem usum rationis quantumvis imperfectum haberent, possent utique saltem imperfecte inter bonum, et malum discernere, unde similiter possent mereri, et demereri, ac per consequens erunt, capacia beatitudinis gloriae, vel ignis tartarei quod quid absurdum, et impium. 10

Nec valet dicere bruta operari cum indifferentia cum ita ad unam partem, ita ad aliam vertibilia sint; non inquam id valet quia illa indifferentia non est indifferentia arbitrij vel iudicij, unde nihil

amplius dicit illa indifferenter quæ operari non vi- sibiliter, neque re vera sunt determinata ad unum ex instinctu ab Authore naturæ prædito, et ipsis indito.

11 Nec similiter urget mirus ordo, qui in ope- rationibus aliquorum animalium conspicimus, ut patet in simili admirabili astutia et ... in mellificatione apum, in formicarum regimine, in obedientia, et subiectione, seu docilitate aliorum = Non urget iste mirificus ordo = præter quæ quod et ...tur in actionibus mere naturalibus, et necessarijs, ut patet in miro et admirabili ordine quo prata florescunt, rubicantia semper in rosa, purpurizant semper in viola, candentia in lilijs, quibus omni- bus ita mirabiliter distribuit natura colores, ut vix quæ in his operationibus erret, unde in eodem horto conspicimus in quodam strictissimo spacio quam plures florescentes herbas et virescentes flores, quin inter ipsos aliqua oriatur confusio.

12 Unde præter hanc instantiam qua mirus ordo operationum quarundam anima- lium vel statur, convicitur quod talis mirus modus ope- randi in aliquibus animalibus solum arguit, om- nia prædicta animalia, esse ornata et imbuta mi- ro instinctu ab Authore naturæ prædito, per quem operantur valde uniformiter, et iuxta fines ab ipso Authore naturæ præstitutos, ut ipsos sequantur et adipiscantur ut Autor naturæ præfixit.

13 Relinqui- tur ergo ut omnino certum et ut verum dici, quod nullum animal præter hominem præditum est usu rationis quantumvis minimo, et imperfecto, quo sic stabilito adhuc remanet dubium, utrum bruta per imaginationem vel phantasiam cognoscant aliquomodo rationem finis, ita ut aliquomodo operentur propter finem, et ex cogni- tione finis. ex cognitione scilicet imaginativa, et phantastica.

§. II

§ II.

Statuitur Cl[usi]o.

Sit Cl[usi]o. Bruta non operantur ex cognitione etiam sensitiva finis = est Angelici Praeceptoris in praesenti nam in ar. 2. in corp. contradistinguit natura rationalem ad alias omnes naturas absque exclusione animalium irrationalium penes hoc quod rationalis natura operatur ex determinatione appetitus supposita cognitione finis, et in omnibus alijs naturis operatio est ex inclinatione naturali naturae, unde eodem modo loquitur de Brutis animalibus ac de plantis seu elementis. 14

Ratione etiam suadetur quia si Bruta operarentur ex aliqua cognitione finis saltim sensitiva, cognoscerent finem, ut finem; sed Bruta non cognoscunt finem ut finem; ergo non possunt operari ex cognitione finis; maior constat, et min. prob. nam si Bruta cognoscerent finem ut finem conferrent illum finem cum medijs, sed implicat quod Bruta talem differentiam seu separationem inter finem et media faciant; ergo Bruta non cognoscunt finem ut finem: min. prob. nam separatio quaelibet extremorum inter se est intellectus discursus saltim virtualis, ut in Angelis sed Brutis implicat discursus ergo implicat quod Bruta aliquam differentiam seu separationem faciant inter finem, et media. 15

Dices quod Bruta cognoscunt bonum ut delectabile, et ex ipsius allicientia operantur ergo cognoscunt finem ut finem; ans videtur certum cum ex delectatione, quam in aliquibus operationibus percipiunt operentur. 16

Respondeo 17

quod Bruta cognoscant bonum delectabile materialiter, et identice, non autem formaliter, et ut delectabile, idest cognoscunt entitatem delectabilem, cum qua delectatione possumus dicere quod ignis ignit, et nix infrigidat, unde Bruta percipiunt delectationem absque eo quod percipiant in tali delectatione rationem bonitatis, vel malitiae, ista enim formalitas a Brutis non percipitur, neque talis formalitas excedit naturae sensibilis captum, et capacitatem.

18 Dices quod Bruta percipiunt obiectum ut delectabile, seu percipiunt delectationem in sua actione, sed implicat hanc delectationem percipere quin in ipsa percipiant rationem boni, ergo Bruta cognoscunt bonum ut delectabile formaliter. Probatur min. nam delectabile, seu delectatio est quaedam species boni, ergo necessario illud quod percipitur delectabile percipitur ut bonum.

19 Resp. quod delectabile est bonum identice, et materialiter relate ad Bruta, et si relate ad cognitionem perfectam sit formaliter quaedam species boni, unde quando dicitur quod Bruta percipiunt delectabile, seu delectationem, tunc inde quae dicitur quod percipiunt bonum, ut bonum, illud ut debet sumi specificative, non autem reduplicative, unde Bruta solum cognoscunt entitatem quae est delectabilis identice, non tamen illam cognoscunt ut formaliter et explicite dicit bonitatem delectationis, cum ratio bonitatis solum sit obiectum appetitus rationalis; ac per consequens cum ratio finis sit ratio boni eo ipso quod Brutis repugnaret cognoscere rationem boni, implicat etiam quod cognoscant rationem finis.

§. III.

Solvuntur argumenta.

obiicies. 1°

Obiicies primo: Si bruta non operarentur ex cognitione finis, maxime quia non cognoscunt rationem finis neque bonitatem; sed hoc est falsum, cum bruta cognoscant rationem finis: ergo bruta operantur propter finem: probatur min. si bruta non cognoscerent rationem finis, maxime quia non possent comparare finem cum utilitate et proportione mediorum; sed bruta possunt facere, et faciunt comparationem inter finem, et media ergo bruta cognoscunt rationem finis; probatur min. et prior in sententia affirmante quod phantasia facit ens rationis quae sententia est mihi probabilior, in hac enim sententia sic probatur: extra sphaeram phantasiae non est collatio unius cum alio, seu comparatio unius ad aliud; ergo bruta per imaginativam, vel phantasiam possunt comparare unum extremum ad aliud, ac per consequens bruta possunt conferre finem cum medijs. 20

Secundo probatur eadem mini. nam bruta eligunt media conducentia ad finem, spretis alijs, unde bruta ad servandam vitam fugiunt pericula, et quaerunt commoda, ut patet ex eorum operationibus; ergo bruta faciunt comparationem, et collationem inter finem et media. 21

Resp. negando quod bruta faciant, nec possint facere comparationem inter aliqua extrema, ac per consequens nequeunt cognoscere rationem finis, unde nego min. primi, et secundi syllogismi, ad cuius primam probationem respondeo quod phantasia quae facit ens rationis est phantasia quae est propria hominis ob discursum imperfectum quem participat ex coniunctione cum intellectu. quae ratio non militat in phantasijs brutorum. 22

Ad 2am probationem respondeo negando quod bruta eligant media 23

ut media, unde in Brutis non datur vera electio sed solum datur instinctus medio quo determinata sunt, ad eliciendas operationes spontaneas ad finem suae conservationis

24 Obiicies secundo Bruta alliciuntur a fine; ergo bruta operantur propter finem, et ex cognitione finis, ans. videtur certum nam ostenso obiecto alicui bruto allicitur ab eius bonitate, ut patet si cani v.g. ostendas panem movetur enim a pane ergo cum talis motio non sit effectiva, prout de pane, erit moralis et metaforica, quae est propria causae finalis, unde Canis allicitur a pane.

25 Resp. quod allicientia illa non est ex fine, seu ex illo obiecto ut habet rationem finis, sed est allicientia ab illo obiecto materialiter, et identice bono, unde motio illa est, etsi sit metaforica, obiecti concurrentis in genere causae finalis, sed reducitur ad motionem phisicam modo quo res inanimatae moventur ex inclinatione speciali alicuius obiecti, ~~modo~~ quo pacto ferrum movetur a Magnete.

26 Sed Replicabis motio illa qua canis v.g. allicitur ab obiecto sibi proposito, a pane, vel ab alio cibo v.g. alterius conditionis est ac motio qua magnes attrahit ferrum; ergo est quia ad talem motionem aliter concurrit panis, ac concurrit Magnes; sed motio qua magnes attrahit ferrum, vel motio qua magnes movetur in Polum articum, vel antarticum fixum est et linea physica, cum ut evidenter constat magnes motus a ~~[illegible]~~ Polo, et ferrum motum a magnete sint inanimata, quo pacto philosophi recurrunt ad qualitatem occultam quam movens imprimit per quamdam simpatiam in motum; ergo est quia motio qua canis movetur ab obiecto est

in

in genere causæ finalis.

Resp.° utraq; motionem tam illam qua Magnes movet ferrum, ac illam qua Canis movetur a pane esse physicam, et naturalem, et in nulla dari recursum causæ finalis, unde distinctio quæ est inter utramq; motionem est quia Canis ad se movendum indiget acquirere per sensum formam naturalem qualis est species Magnes autem habet naturaliter inditam a natura qualitatem occultam seu formam naturalem attractivam ferri, ac proinde maior perfectio quæ reperitur in motione qua Canis movetur a cibo vel ab obiecto sibi proposito, quam alia motione qua ferrum a Magnete habetur, desumitur ex eo quia Canis acquirit per se formam inclinantem ad obiectum qualis est species illa sensibilis; Magnes autem illam habet naturaliter inditam, et congenitam, et per quandam simpatiam illam imprimit in ferro, unde eodem modo movetur Canis in obiectum delectabile quo ferrum in Magnetem vel Magnes in Polum fixum.

Replicabis: Si motio illa qua Canis movetur in panem, vel in cibum ut alendum a Cibo est motio stricte de linea causæ finalis, ergo ruit solutio. ans. pbr. nam in præsenti panis, vel cibus ut ostensus Cani concurrit alliciendo; ergo est determinate per modum finis; ac per consequens motio qua Canis movetur in cibum est de linea causæ finalis, prima idea pbr. Si cibus ut obiectum, seu ut ostensus Cani non aliceret per modum finis, canis non appeteret et eligeret media, ut media, et ut ducentia ad consecutionem finis; Sed Canis appetit, et eligit media, ut media, et ut ducentia ad Cibi consecutionem; ergo Cibus allicit Canem per modum finis. pba. min. quia Si Cani vinculis alligato ostenditur panem, vel Cibum aliquem appetit et desiderat solvi

Conatu vinculorum ruptionem, unde ad illam valde anxiat; sed ruptio vinculorum est medium conducens ad cibi receptionem, ergo appetit media ut media, et ut conducentia ad finem.

29 Resp. negando quod cibus ut ostensus Cani ipsum alliciat per modum finis, unde etiam negatur quod ruptio vinculorum desideretur a Cane per modum medij; nam medium, ut medium dicit ordinem ad finem in quo respectu, et ordine necessario intercedit comparatio unius ad aliud, quae comparatio unice fieri potest ab intellectu vel a potentia participante discursum, unde Canis non appetit neque eligit, vel desiderat ruptionem vinculorum ut medium conducens ad finem, sed utrumque, scilicet tam Cibus quam vinculorum ruptio simul desideratur per modum unius obiecti, unde in hoc suo appetitu unum non desideratur per ordinem ad aliud.

30 Replicabis quod Canis post ostensum sibi cibum, seu post ostensionem cibi incipit de novo, ad vinculorum ruptionem appetendam, cum antea ad illam non conaretur, ergo signum est quod Canis appetit, et desiderat vinculorum ruptionem ut medium ad consecutionem cibi, ut finis.

31 Resp. quod ut diximus Canis non appetit vinculorum ruptionem ut unum obiectum adaequatum conducens ad consecutionem Cibi; sed ex pane, seu ex cibo, et ex vinculorum ruptione integratur unum obiectum appetibile respectu Canis, quo circa ut Canis de novo incipiat ad vinculorum ruptionem appetendam sufficit quod talis ruptio repraesentetur ipsi, ut pars illius obiecti, ac per consequens nunquam verificatur quod Canis appetat seu eligat et desideret media, ut media, et ut conducentia ad finis consecutionem.

Obiicies 3°.

Obiicies tertio. Si Bruta non moverentur ex cognitione finis, sed solum operarentur ut mota a Superiori intelligentia, nullus daretur effectus monstruosus in rerum natura, sed hoc est falsum ergo bruta moventur ex cognitione finis. mai. seu sequella probatur Si Bruta non moverentur ex cognitione finis effectus quilibet esset praecognitus et praeintentus a Superiori intelligentia, movente Brutum, vel quodlibet aliud agens ad productionem illius effectus, qui dicitur monstruosus; sed eo ipso non esset monstruosus, cum eo dicatur monstruosus, quia est omnino praeter intentionem agentis, ergo Si bruta solum moventur a Superiori intelligentia et non moventur a se ex cognitione finis nullus daretur effectus monstruosus. 33

Resp. quod relative ad Authorem naturae nullum datur monstrum, seu nullus datur effectus monstruosus, cum quilibet effectus sit, non casu, et fortuito respectu ipsius sed propter determinatum finem scilicet, vel propter pulchritudinem Universi, vel ad ostensionem suae virtutis unde monstruosi effectus ideo dicuntur tales quia sunt praeter intentionem causae particularis, seu quia sunt diversae naturae ab ipsa Causa particulari producente. 34

Obiicies quarto: Bruta moventur a se, ergo operantur se movendo a se in finem; ans est certum cum iuxta omnium doctrinam philosophorum, viventia distinguantur a non viventibus penes moveri a se, vel non, quae doctrina desumitur ex Arist. 2. de Anima. tex. 28 ubi ait * officium vitae est moveri a se, * quod ipsum docet D. Thom. ibidem et 1. p. q. 18. ar. 1. Cona autem probatur quia si moventur ab Authore naturae non moventur a se: ut patet. 35

Resp. instando primo in vegetativis, quae viventia sunt, et proinde moventur a se, et tamen non moventur a se in finem, seu ex cogni-

tione finis, cum finem non cognoscant ut patet evidenter quod est quod aliud est moveri a se, aliud moveri a se in finem: = unde Respondeo quod quando dicitur quod viventia distinguuntur a non viventibus quod viventia moventur a se, secus autem non viventia, intelligitur de motione in linea physica, et in genere causae efficientis, nam in hoc genere datur pars actualis movens, et pars mota; at in genere causae finalis non se possunt movere cum in hoc genere actio non percontineatur in ipsis, cuius ratio est quae supra dedimus, quod nempe bruta non cognoscunt rationem finis, quod indispensabiliter exigitur ad se moveri in finem unde bruta nequeunt moveri propter finem.

36 Quod ut Clarius percipiatur recolenda est doctrina quae tradi solet in libris de anima, etenim tripliciter contingere potest viventia se moveri a se: scilicet, vel quoad executionem; vel quoad executionem, et formam; vel quoad executionem, et formam, et finem; primus modus se movendi a se, scilicet solus quoad executionem, convenit omnibus viventibus etiam vegetativis, etenim in executione moventur a se motu nutritionis et augmentationis. = Secundus modus se movendi a se, scilicet quoad executionem, et formam convenit sensitivis, etenim animalia sentientia non solum in executione se movent sed etiam acquirunt formam per quam possunt se movere, ut sunt species sensibiles. = Tertius autem modus se movendi convenit solum rationalibus, seu ratione praeditis etenim viventia rationalia non solum moventur in executione, et acquirunt formam ad motum, ut sunt species sensibiles, sed etiam moventur a fine, cum ista solum cognoscant rationem finis, et eius bonitatem percipiant.

(37) Quo pacto ut absolute aliquod agens dicatur se moveri a se in aliqua operatione sufficit

Sufficit quod per se, & secundum se per contineat operationes aliquomodo, saltim quo ad entitatem, & quod in ipso agente sit inde pars actualis movens & pars mota, etsi alias tale agens non per se contineat operationem illam secundum alias formalitates repertas in ipsa operatione. ut patet etiam in linea causae efficientis, in qua linea agens particulare non per se continet omnes formalitates repertas in actione, sed indiget concursu aliarum causarum universalium, in quarum virtute aliae formalitates per se continentur.

38

Denique obicies.

Si bruta non se moverent a se propter finem, sed moverentur ab instinctu, seu ab auctore naturae positis omnibus requisitis ad operandum semper operarentur, etenim in hoc distinguuntur agentia libera ab agentibus naturalibus, quod agentia libera positis omnibus requisitis ad operandum possunt non operari, secus autem agentia naturalia, sed bruta positis omnibus requisitis ad operandum, & in eisdem circumstantiis non semper operantur ergo etc. quia se movent a se in finem, ad quem inde aliquando apprehendunt ut bonum cessare ab operatione.

39

Respondeo hanc propositionem: omne agens naturale positis omnibus requisitis ad operandum semper operari, esse universaliter veram, etiam in brutis, nam quando bruta cessant ab operatione, vel in illam non prorumpunt in circumstantiis in quibus nobis videtur quod omnia requisita ad operandum concurrunt, revera omnia non concurrunt, etenim ad minus defficit ipsis apprehensio excitans & movens ad operandum, & potius adest apprehensio excitans ad cessationem operis, vel ad non prorumpendum in operationem, nam cum apprehensio moveatur ab speciebus sensibili potest ista non proponi, vel in illo casu potest brutum ad illam non attendere ex aliqua causa nobis occulta.

DISPUTATIO SECUNDA DE FINIBUS INTERMEDIIS SEU NON ULTIMIS

QUÆST. I.

UTRUM DENTUR FINES INTERMEDII SEU NON ULTIMI?

§ I.

Prænotantur non-nulla, et referuntur sententiæ.

1 Singularis sententia P. Vazquez quæ est negativa in hac parte motivum præstat ut aliquantulum immoremur in re ita clara discutienda. Latè communis theologorum sententia, Vasquezio excepto, in hac 1.2. disp. 9. c. 2. & 1. p. disp. 82 c. 2. & ni falor etiam P. Oviedo excepto contr. 10 physicæ punct. 1. n. 4. tenet proprie, & rigorose dari fines intermedios seu non ultimos, pro cuius intelligentia

2 Notandum est primo quod nomine finis intermedij nihil aliud intelligitur quam quædam res quæ in se habet bonitatem honestam, vel delectabilem ratione cuius moveat voluntatem

tate ad sui amorem, ceterum talis bonitas, ceterum talis bonitas non est ita excelens, ut in ipsa ultimo sistat voluntas, sed potius illam ad aliam ulteriorem bonitatem præstantiorem ordinat, unde finis iste intermedius si datur exercet causalitatem finalem, tum in actum voluntatis, qui est propter ipsum, tum in media, quæ antecedunt in executione ipsum, et ad ipsum ordinantur.

Igitur finis intermedius si datur debet necessario habere aliquam bonitatem non solum utilem, etenim ista est propriissima mediorum, quæ pure sunt talia; utrum autem utile, ut utile posit rationem finis intermedij sortiri, postea discutietur; debet ergo finis intermedius habere aliquam bonitatem delectabilem, vel honestam ratione cuius appetatur, et excitet, seu moveat voluntatem ad sui desiderium.

Notandum venit secundo quod sententia Vazquezij negantis fines intermedios non negat reperiri in rebus bonitatem delectabilem, vel honestam, unam alia præstantiorem; hoc enim est manifeste certum alias si ad negandum fines intermedios esset necessarium negare in rebus creatis bonitatem honestam, vel delectabilem, quæ ut finis amari posset bonum honestum solum reperiretur in Deo; unde creaturæ nullam honestatem haberent, quod patet esse falsum, cum obiecta virtutum moralium, et ipsæ virtutes morales sint in se honesta. unde hæc sententia asserit quod et si in rebus creatis detur bonitas honestatis, et delectationis, tamen in ea serie in qua amatur aliquod obiectum, ut bonum honestum, vel delectabile, amatur ut finis ultimus et non ut intermedius, quibus stabilitis sit:

§. II.

Statuitur

Sententia affirmativa, quæ communis est scholasticorum

eorum sententia, quorum cathalogum esset longum referre, est nostra Cl.º unde dicimus: Dari fines intermedios, et non ultimos; qui proinde in ea serie, et ordine, ~~intermediae dicuntur fines~~ in quo intenduntur ut fines, ordinantur ad ulteriorem finem, unde non movent nisi cum dependentia, ab ultimo fine, et cum subordinatione ad ipsum.

6 Haec nostra Cl.º probatur 1º ex Arist. 2 Physic. tex. 29 ubi expresse asserit dari fines intermedios, qui in ea serie, et ordine in quo ut fines appetuntur subordinantur ultimo: En verba Arist. ex praedicto loco * Adhuc autem, quemadmodum finis, hoc autem est cuius causa, ut ambulandi sanitas, propter quid enim ambulat? dicimus: ut sanetur. et dicentes sic opinamur assignare causam, et quaecumque movente alio intermedia sunt finis, ut sanitatis macies, aut purgatio, aut potiones, aut organa, omnia enim haec finis gratia. * in quibus verbis luce clarius docet Arist quod quaecumque intermedia, quae movent movente alio sunt fines. Unde

7 D. Th. ibidem, explicando praedictum Arist. textum lect. 5. sic ait * intermedia omnia quae sunt inter primum movens, et ultimum finem, omnia sunt quodammodo fines, et hoc inducit, ne aliquis credat quod solum id quod est ultimum, sit causa, sicut cuius gratia, propter hoc quod nomen finis, ultimum quoddam esse videtur, est igitur omnis finis, ultimum sed non simpliciter sed respectu alicuius. * in quibus verbis Angelicus Magister docet quomodo finis intermedius et si simpliciter, et omnibus modis, non sit quid ultimum, tamen quia absolute, et respectu alicuius est ultimum quid, docet quod est simpliciter finis; dantur ergo iuxta Aristotelis mentem, et Angelici Mag.i doctrinam fines intermedij sed non ultimi.

Dices

Dices cum Vazquezio quod etsi iuxta translationem antiquam legantur in praedicto textu Arist. illa verba * quaecumque iam movente alio sunt finis * tamen iuxta versionem Argiropoli illa verba sic non inveniuntur S.d. ut sequitur vertit Argiropolus * Et quaecumque alio movente inter ipsum, et finem fiunt, ut inter Medicum, et Sanitatem macies, aut purgatio, aut instrumenta, universa enim haec ipsius finis gratia sunt, * in quibus verbis, seu in quam versione Argiropolus non meminit illorum verborum * intermedia sunt finis * ergo ex praedicto loco Arist. nihil firmum habetur. 8

Resp.o, Versionem primam esse antiquam, et legitimam unde illam sequitur D.Th, proindeque omnibus est praeferenda, praecipue cum in alijs locis Aristotelis fere eadem verba reperiantur. 9

Sed replicabis, cum eodem Vazquezio quod etsi versio antiqua omnibus praeferatur tamen ex illa nihil concluditur contra ipsum, et in favorem nostrum Conclusionis, nam quando Arist.s docet quod * intermedia sunt finis * lam finis debet construi in obliquo, et non in recto unde verba illa non sonant quod intermedia sunt fines, sed sensus illorum est quod intermedia sunt alicuius finis. qua constructione interposita non convincitur ex Aristotele quod dentur fines intermedij 10

Quae doctrina Vazquezij potest comprobari, et confirmari ex eodem Arist. qui. 5. Metaph. tex. 2. iuxta translationem antiquam, quam sequitur D. Th. haec habet verba * Et quae cumque movente alio fiunt infra finem, ut attenuatio, et purgatio, aut pharmaca aut organa, haec namque omnia fiunt causa finis, * in quibus verbis, Aristoteles non dicit quod intermedia sunt finis, lam finis in recto, seu non dicit quod intermedia sunt fines, sed dicit quod intermedia s[unt] 11

causa finis, dictum finis in obliquo; ergo similiter in tex. 29 ex 2. Physic. ita debet exponi ut dictum finis in obliquo construatur.

12 Relinquo quaestionem illam quam P. Vazquez introducit, in praesenti, circa intelligentiam illorum verborum * et quaecumque in movente alio intermedia sunt finis * an scilicet dictum finis debeat struui in recto, vel in obliquo, quod est idem ac investigare, utrum Aristoteles sumpserit illud nomen finis, in nominativo vel in genitivo? esse quaestionem pure grammaticalem ad cuius decisionem necesse est consulere grammaticae Praeceptoribus, etenim isti, ut in pluribus sunt praesumptuosi, et ut suum arbitrium insequeantur non renuunt SS. Patres relinquere, unde dicimus, quod D. Th. explicando hunc Aristotelis textum ibidem lect. 5. perfecte praedictis verbis constructionem in qua dictum finis sumitur in recto, seu ponitur in nominativo, unde quidquid renuat Vazquez et quaevis Praeceptor fuerit grammaticae, sic ut docet D. Th. asserimus esse intelligendum praedictum textum, magis enim volumus cum D. Thoma ignorare quam D. Thomam relinquere ut Vazquezium insequamur [illegible] rationis theologicae [illegible]

13 Unde ad confirmationem quam pro roboratione doctrinae Vazquezij proposuimus respondemus: Angelicus Mag. in Arist. 5. Metaph. lect. 2. sic loquitur * Non solum autem ultimum propter quod efficiens operatur dicitur finis, respectu praecedentium, sed etiam omnia intermedia, quae sunt inter primum agens, et ultimum finem, dicuntur finis respectu praecedentium, et eodem modo dicuntur causa unde principium motus respectu sequentium, sicut inter medicinam et sanitatem sunt ista media attenuatio, et purgatio, et pharmaca huiusmodi etiam omnia sunt propter finem, et tamen unum eorum est finis alterius * quae verba Angelici Magistri non solum deserviunt ad intelligentiam Aristotelis, sumendo Angelicus Praeceptor dictum finis in recto, seu in nominativo. ~~iuxta~~ ~~Aristotelem~~, sed

iam

insuper nostra Ded. suadent ex eod. D. Tho. qui etiam pluribus alijs in locis expresse affirmat et supponit dari fines inter medios presertim in hac q. ar. 3. ad. 3. ubi sic ait * dicendum quod idem actus numero secundum quod semel egreditur ab agente non ordinatur nisi ad unum finem proximum a quo habet speciem sed potest ordinari ad plures fines remotos quorum unus est finis alterius * = Simili ter q. 12 huius part. ar. 2. in Corp. ait * intentio etsi semper sit finis non tamen oportet quod semper sit ultimi finis. * quos etiam fines intermedios statuit Ang. M. 3. Contra. g. c. 17. et c. 109. Et q. 1 de Malo. ar. 1. in corp. Et q. 21 de Verit. ar. 1. ad 1. et alibi plurimis.

19

Rursus comprobatur nra Ded. ex eod. Arist. 1. Ethic. cap. 7. tex. 23. ubi postquam assignavit definitionem finis. penes hoc quod est * cuius gratia cetera fiunt * statim subiunxit divisionem ipsius finis, ipsumque disecat, in ultimum, et in non ultimum seu intermedium; et insuper in illum qui ita appetitur propter se, ut non propter aliud appetatur, et in illum qui licet appetatur propter se, tamen illum ordinat ulterius appetitus ad alium, unde in eo non sistit voluntas: en igitur verba Arist. * Cum itaque plures sint fines, et horum quosdam ob alios expetamus ut divitias, fistulas, instrumenta que omnia, perspicuum est non omnes fines esse perfectos * unde alios fines asserit esse perfectos, alios imperfectos, imperfecti enim sunt qui ad alios fines ordinantur unde ex mente Arist. revera dantur fines intermedij seu non ultimi, quo circa finem perfectum asserit esse felicitatem que perfecte satiat appetitum, unde Aristoteles prosequitur ibidem, et ait * at finem optimum perfectum quid esse constat quare si tantum unus perfectus sit finis, is hic erit, qui est propter alium expetendus, et cum quinumquam ob aliud expetitur, is universis quippe per se ~~[illegible]~~ et propter illum

alia expetuntur, et cum igitur perfectus simpliciter qui per se semper est, et nunquam ob alium expetendus, talis autem finis ipsa felicitas maxime esse videtur* in quibus verbis Aristoteles absolute asserit esse finem, illum qui et si propter alium expetatur tamen per se, et propter se expetitur, ergo iuxta Arist. dantur fines inter medij ulteriori fini subordinati.

15

§. III.

Ex sacris litteris probatur Assertio. et ratione.

Roboratur nostra Assertio ex sacra pagina. Nam Apost. ad Thimoteum 1. ait * finis praecepti est Charitas*. nunc sic, sed Charitas non est simpliciter et omnibus modis finis ultimus sed intermedius, nam media Charitate unimur Deo, et ordinamur ad ipsum Deum ergo est quod dantur fines intermedij, et non ultimi.

16 Similiter in Symbolo Niceni quotidie dicimus in missa * qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de Coelis etc.* in quibus verbis statuitur incarnationem Verbi divini habuisse pro fine nostram salutem, quo circa dicitur a thomistis ad 3. p. q. 3. Christus dominus non venturus fuisset Adamo non peccante: deesset enim incarnationis finis; at qui, ut constat, salus hominis non est nec esse potest finis simpliciter ultimus incarnationis Verbi, sed talis finis ultimus est Deus ipse, et manifestatio suorum attributorum; ergo signum est quod dantur fines intermedij.

17 Ratione suadetur Assertio. quia ex terminis non repugnat finibus in quantum fines sunt, subordinarij alijs perfectioribus, sed eo ipso non repugnat existentia finis intermedij seu non ultimi, ergo dantur fines inter medij seu non ultimi.

min

min. videtur evidens, nam si potest stare quod aliquis finis conservet rationem finis, et exerceat suam causalitatem finalem in ordine ad aliquam voluntatis, et in ordine ad alia scilicet, si non in executione antecedentia, et quod alias talis finis alij ultimiori subordinetur, non erit implicatio, neque repugnabit existentia finis intermedij seu non ultimi. mai. autem probatur quia finibus in quantum fines sunt non repugnat esse inferiores, et imperfectiores alijs, sed eo ipso tales fines in quantum tales alijs subordinantur; ergo ex terminis non repugnat finibus in quantum fines sunt alijs perfectioribus subordinari. min. constat, nam si non repugnat quod finis in quantum finis, sit alio imperfectior, ergo talis finis imperfectior subordinatur perfectiori, etenim finis qui est imperfectior alio, potest ordinari ad perfectiorem, et esse propter illum, quod idem est subordinari, ergo si non repugnat quod finis sit imperfectior alio, non repugnat quod subordinetur. — Sed ergo mai. quia finis inquantum finis constituitur per bonitatem et honestatem, seu ut alijs terminis loquar omnis bonitas honesta est ratio finis inquantum finis, et inde diligibilis propter se; sed non repugnat quod detur una bonitas honesta perfectior alia, imo est est necessarium unam alia esse perfectiorem ergo non repugnat quod finis aliquis in quantum finis sit alio perfectior, imo hoc est necessarium unum finem alio esse perfectiorem, ac per consequens non repugnat sed potius est necessarium quod finis imperfectior perfectiori subordinetur, et proinde quod diligatur propter perfectiorem, ergo ratione ad ultimum non repugnat existentia finis intermedij seu non ultimi, sed potius est necessaria existentia finis intermedij seu non ultimi. 18

Confirmatur eadem ratio, quia ad rationem finis intermedij

Solum requiritur quod sit dabilis aliqua bonitas honesta, seu aliqua bonitas propria finis, qui etsi sit diligibilis propter se, non tamen ultimo sit propter se diligibilis; sed dabilis est talis bonitas honesta, et propria finis; ergo dantur fines intermedij seu non ultimi. maior constat, et probatur min. nam de facto dantur plures bonitates honestae quarum aliae alias in perfectione superant; ut patet in obiectis virtutum moralium quorum alia sunt alijs praestantiora; sed ex terminis non repugnat imo est valde consonum naturis rerum, quod illud quod est imperfectius alio diligatur propter illud quod est perfectius ipso, ergo datur bonitas honesta, seu datur aliqua bonitas propria finis, quae etsi sit diligibilis propter se, non tamen ultimo sit propter se diligibilis,

19 Quae doctrina sumitur ex D. Tho. 1. Eth. lect. 9. ubi sic ait * est enim aliquid quod appetitur, non propter aliquam bonitatem formalem in ipso existentem, sed solum in quantum est utile ad aliud, sicut medicina amara; est autem aliquid quod est appetibile propter aliquid quod in se habet; et tamen appetitur propter aliud, sicut medicina valde sapida, et hoc est bonum perfectius; bonum autem perfectissimum est quod ita appetitur propter se, quod numquam appetitur propter aliud, et in hoc gradu ponit felicitatem, seu beatitudinem * ergo iuxta D. Tho. datur de facto aliquod bonum honestum et delectabile, quod ita est diligibile propter se, quod simul est diligibile propter aliud, et ad aliud bonum perfectius ordinabile.

20 Confirmatur ergo eadem ratio quia obiectum cuiuslibet virtutis moralis est diligibile propter se, est enim obiectum cuiuslibet virtutis moralis bonum honestum, unde specificat habitum qui est dispositio perfecti ad optimum, et qui constituit habentem perfectum; sed non repugnat quod obiectum unius virtutis

moralis

Moralis ordinetur ad aliud perfectius; imo de facto plu-
ries ita accidit; ut cum quis temperatur ad refectionem pauperis
vel propter poenitentiam, et eleemosinam pauperi largitur
propter religionem, et se exerceat in actu Religionis prop-
ter Charitatem; tunc ubi objectum temperantiae diligitur
propter se, et rursus propter objectum Misericordiae, vel
poenitentiae, et similiter objectum misericordiae diligitur propter se,
et ulterius propter objectum Religionis, et objectum Reli-
gionis diligitur propter se, et denique omnia ista ob-
jecta diliguntur propter Deum summe dilectum, et ad ipsum
ultimo ordinantur.

Rursus id ipsum comprobatur in pecca-
minosis, ut cum quis perpetrat homicidium propter
furtum, et furatur propter fornicationem; ergo de facto
stat quod bonitas quae est propria finis taliter diliga-
tur propter se, quod ibi ultimo non sistat voluntas, sed potius
illam taliter diligat quod ulterius ad aliam bonitatem ordinet
ac proinde dabilis est finis inter medium seu non
ultimus.

§. IV.

Paritate desumpta ex causa efficiente probatur Conclusio.

Non minus est de ratione causae efficientis esse
primum movens in exercitio, quam de ratione causae
finalis esse primum movens in intentione, seu esse
ultimum in executione; sed hoc non obstante non re-
pugnat in linea efficiendi quod detur subordinatio
inter causas efficientes, ita ut una non mo-
veat nisi ut mota; ergo similiter in linea finali-
zandi non debet repugnare subordinatio inter
fines, seu inter causas finales, ita ut una causa fi-
nalis nequeat finalizare, neque movere in hoc genere
nisi cum subordinatione, et dependentia ab alia cau-
sa finali.

23 Confirmatur: non repugnat in linea speculativa eandem propositionem esse principium ad inferendum, et sub alia consideratione esse conclusionem deductam ex alio universaliori principio, ergo similiter in linea practica non repugnabit eandem rem sub una consideratione esse finem et sub alia esse finem ad alium ultimiorem finem ordinatum. antecedens est certum, et patet in principiis immediatis scientiarum subalternatarum, quae secundum quod dicunt ordinem ad scientiam subalternantem sunt conclusiones, secundum vero quod dicunt habitudinem ad scientiam subalternatam, sunt principia; et sequela probatur: nam eo modo se habet principium in speculativis, ac finis in practicis, et sicut non est contra rationem principii aliud universalius supponere, similiter non debet esse contra rationem finis ad alium ultimiorem ordinari.

24 Dices cum Vazquezio esse disparem rationem inter causam efficientem, et principium speculativum ex una parte; et finem ex alia; nam quaelibet causa efficiens, quantumvis inferior habet virtutem sibi intrinsecam et propriam ad agendum, unde nihil minus quam quaelibet causa efficiens, etiam secunda, conservat rationem causae efficientis, respectu effectus etiam si supponat aliam causam efficientem, universaliorem, ex cuius motione talis causa secunda ut subordinata agat.

25 Et idem est de principio speculativo, nam quodlibet principium speculativum, seu quaelibet propositio habet sibi intrinsecam veritatem, quae est virtus ad inferendum, unde etsi sub una consideratione sit conclusio deducta, quia tamen ut conclusio est deducta conservat suam intrinsecam veritatem, hinc oritur quod sub alia consideratione possit ad inferendum deservire.

26 Ast contra accidit in finibus nam eo ipso quod aliquis finis ordinetur ad aliud amittit rationem

finis,

finis quia necess amittit prędicatu essentiale ut conservet ratione finis, nempe quia amittit hoc quod est diligi propter se; cu necess diligatur propter aliud eo ipso quod ad aliu finem ultimiorem ordinetur; nam hoc quod est diligi propter se, et diligi propter aliud sunt prędicata inter se pugnantia, et incompossibilia, cum involvant inter se oppositione; nam est idem ac diligi propter se, et non diligi propter se, quę prędicata inter se pugnant: et licet stet quod causa efficiens secunda conservet ratione causę efficientis, etiam si ab alia anteriori, et universaliori dependeat in agendo, et movendo, non debet exinde inferri dari fines intermedios, qui conservando ratione finis, ad aliu ultimiore finem ordinentur.

So. quia et in primis causa efficiens instrumentalis, est vere et proprie causa efficiens, et tamen ~~agit~~ non agit per virtute sibi intrinsecam et propriam, sed potius agit per virtute a causa principali derivatam; et licet finis intermedius non haberet bonitate sibi intrinsecam, et propriam, nisi derivatam a fine ultimo, et ab ipso dependente, non deberet exinde inferri, finem intermedium prout talem non servare ratione finis. 27

Contra secundo nam finis intermedius non minus habet sibi intrinsecam et propriam bonitate quę est necessaria ad ratione finis exercendam, quam causa efficiens secunda habet sibi intrinsecam, et propriam virtute ad agendum; ergo si ideo causa efficiens secunda conservat ratione causę efficientis quia etiam si dependeat in agendo ab alia causa universaliori, quantumvis inferior causa sit tamen habet virtute sibi intrinsecam, et propriam ad agendum, eadem ratione etiam si finis intermedius dependeat a fine ultimo, et ad illum ordinetur conservabit ratione finis. Hoc autem est certum. 28

hic quia etiam si finis inter medius esset strictissime medium videlicet non haberet nisi bonitatem utilem, cum in probabilissima sententia, medium habeat bonitatem sibi intrinsecam, ipse finis intermedius ex hoc capite non efficeret irrationem finis ultimi quia ut diximus inter probandum nam ratio finis intermedius constituitur in ratione finis, per bonitatem honestam, seu delectabilem sibi intrinsecam, etenim honestas non solum respexit in fine simpliciter ultimo ergo sicut quaelibet causa efficiens secunda etiam subordinata habet virtutem sibi intrinsecam ad operandum, ita similiter finis intermedius habet bonitatem sibi intrinsecam seu formam intrinsecam qua constituatur in ratione finis.

§. V.

Alia ratione probatur X [illegible]

2) Denique probatur existentia finium intermediorum seu non ultimorum. Quia, si non darentur fines intermedii seu non ultimi, nullus actus virtutis moralis, esset actus virtuosus, bonus, et honestus, sed potius quilibet actus cuiusvis virtutis moralis esset actus peccaminosus, et dignus poena aeterna; sed hoc est [illegible] falsum ergo necessario debet concedi existentia finium intermediorum; maior, seu sequella probatur; nam omnis actus cuiusvis virtutis moralis, iuxta Aristotelem lib. 2. Ethic. cap. 4. debet fieri ex electione, et propter ipsum; nunc sic, ergo omnis actus virtutis moralis est finis ipsius virtutis, quandoquidem virtus est propter actum; ergo si alias talis actus non est finis intermedius sed ultimus talis actus est peccaminosus; minor probatur. quia ponere finem ultimum in aliquo praeter Deum, esset constituere finem ultimum in aliquo quod non sit Deus est peccatum, et dignum poena aeterna, etenim eo ipso quod aliqua res appetatur ut finis, si non appetitur ut finis intermedius appetatur ut

necess

necessario ut finis ultimus; 3.^d Obtinere finem ultimum in creatura, est peccatum; ergo eo ipso quod non entur fines intermedij inferri quod omnis actus virtutis est peccaminosus.

30

Dices quod etsi repugnet quod obiectum virtutis moralis diligatur ut finis ultimus positive, non tamen repugnat quod diligatur ut finis ultimus negative; ergo stat quod medijs virtutibus moralibus appetantur eaum obiecta propter ipsa, quin ex hoc convincatur existentia finis intermedij, neque proinde inferatur quod actus virtutum moralium sunt peccata. assumptum pro[bat]ur, et explicatur; nam esse finem ultimum positive est, ita esse finem ut omnia diligantur propter ipsum taliter quod non solum ipse non sit propter alium finem sed quod omnia sint propter ipsum; esse autem finem ultimum negative est, ita esse finem ut ipse non ordinetur ad aliud, etsi omnia non ordinentur ad ipsum. Unde implicat quod obiecta virtutum moralium diligantur propter se, ut propter finem ultimum positive, et cuius ratione est quod sit bonum perfectum, et satiativum, et quod omnia ad ipsum ordinentur, quod untce in Deo potest reperiri; at non implicat quod obiecta virtutum moralium sint fines ultimi negative et cuius ratione non est satiare appetitum neque quod omnia ad ipsum ordinentur, sed solum est et eius ratione, quod non ordinetur ad aliud.

St Contra nam finis ultimus negative, si datur, de quo pro nunc agimus, debet esse bonum inadequatum, incompletum, et non satians alias si esset bonum adaequatum perfectum, et adaequate continerent rationem boni nulla esset ratio ob quam non esset finis ultimus positive; atqui non implicat ut bonum inadequatum, incompletum, imperfectum, et non satians ordinetur ad alium finem adaequatum et perfectum; ergo repugnat quod in tali fine ultimo negative sistat appetitus, ac per consequens sit de ratione finis ultimi negative

non est quod omnia ordinentur ad ipsum, sed solum quod ipse non ordinetur ad aliud, re vera est finis intermedius, et non ultimus.

32 Rursus ergo si semel verificatur quod obiectum virtutis moralis diligitur propter se, et si non ut bonum undequaque perfectum, et satians, tamen ut bonum in quo sistit appetitus illud non ordinando positive ad alium finem ultimiorem, et perfectiorem, scilicet ad Deum, non vitatur inconveniens allatum scilicet quod actus cuiusvis virtutis moralis sit peccaminosus, assumptum probatur; nam eatenus actus virtutis moralis est bonus, et honestus quatenus ultimo respicit Deum, et ad ipsum ultimo ordinatur ergo si ab isto actu haec ordinatio, seu haec respicientia ad Deum auferatur, aufertur proinde ab ipso bonitas moralis, et per consequens constituitur malus, et peccaminosus.

§. VI. Proponitur fundamentum Vazquezii.

33 Arguit 1° Auctoritate desumpta ex Philosophi 2 Physicorum tex. 29. ubi definiens finem ait * finis est cuius gratia caetera fiunt * Similiter 2° Metaphysicorum tex. 8. ait * ipsum cuius causa finis, talis autem est quod non est alterius gratia, sed cuius gratia caetera. * atqui si daretur finis intermedius, gratia ipsius non essent caetera, cum gratia ipsius non esset finis ultimus; sed potius ipse esset gratia finis ultimi; ergo est contra rationem finis esse finem intermedium.

34 Ratione sic arguitur si daretur finis intermedius necessario quatenus finis est esset constitutus per bonitatem honestam, vel delectabilem; atqui repugnat quod finis intermedius sit constitutus per talem bonitatem; ergo implicat finis intermedius. maior constat, cum bonitas utilis sit bonitas propria mediorum, ergo eatenus esset finis quatenus haberet bonitatem honestam vel delectabilem

delectabile. min autem patet quia si qua parte esset finis exigeret constitui per bonitatem honestam vel delectabilem; qua parte esset intermedium exigeret constitui per bonitatem utilem, cum intermedium absolute sit medium, tamen utile, quia ex terminis implicatum esse aliquem finem, et esse finem intermedium, cum exigat constitui per oppositas, et sibi pugnantes formas seu bonitates. 35

Resp.o ad primum desumptum ex 2. Physic. tex. 29 tripliciter. Primo negando quod illa particula * cetera * sit apposita ab Arist. sed addita est ab Argiropylo eius interprete. quia in translatione antiqua talis particula non invenitur. 36

Contra quia talis particula reperitur in alia autoritate allegata, desumpta ex 2. Metap. tex. 8. Resp. 2.o et forte melius quod ibi Philosophus non definivit finem ut sic prout abstrahit ab ultimo, et intermedio, sed determinate definivit finem ultimum, unde nihil minus quod gratia ipsius cetera fiant. 37

Resp.o 3.o quod et si definierit finem ut sic prout comprehendit finem ultimum, et intermedium per illa * cetera * non intelliguntur quod absolute, et simpliciter omnia ordinentur ad ipsum, sed determinate omnia anteriora, unde illa cetera non debet sumi per distributionem completam, sed incompletam, = et per hoc patet ad 2.am authoritatem ex 2. Metaph. tex. 8. et ad aliam que poterat obiici ex 1. Ethic. cap. 7 tex. 25. ubi fere eadem verba repetit Arist. 38

Ad aliud desumptum ex ratione Resp.o verum esse finem constitui per bonitatem honestam, vel delectabilem, ast cum ut diximus inter probandum nostram Concl., una bonitas honesta sit alia perfectior, et similiter sic in bonitate delectabili inde est quod una potest ordinari ad aliam, quin ... sit vera ratione bonitatis ut honeste, hec ordinatio.

39. Arguitr. 2°. Si daretr finis intermedius verificarentr de eodem duo praedicata inter se pugnantia; sed hoc implicat; ergo implicat quod detr finis intermedius. Probatur mat. Si daretr finis intermedius verificaretr de eodem quod diligeretr propter se, et quod non diligeretr propter se, sed haec sunt duo praedicata pugnantia ut patet; ergo si daretr finis intermedius verificarentur de eodem duo praedicata inter se pugnantia. Pr. mat. in primis diligeretr propter se, est enim finis, de cuius ratione est diligi propter se, alias quia intermedius seu non ultimus, verificaretr quod non diligeretr propter se, ergo verificaretur quod diligeretr propter se, et quod non diligeretur propter se. Ant. quoad primam partem patet, quoad secundam autem probatr. nam eo ipso quod esset finis intermedius diligeretr propter aliud, seu propter alium finem. Sed diligi propter alium finem est non diligi propter se; ergo verificaretr quod non diligeretr propter se.

40. Confirmatr id quod diligitr propter se terminat actum intentionis; quod autem diligitr propter aliud terminat actum electionis; sed implicat quod idem obiectum terminet actum intentionis, et electionis, ergo implicat quod idem obiectum diligatr propter se, et diligatr propter aliud. nunc sic; sed si daretr finis intermedius diligeretr propter se et propter aliud; ergo terminaret actum intentionis, et actum electionis, ac per consequens esset finis, et non esset finis.

41. Confirmatr 2°. quia non minus pugnant inter se diligi propter se, et diligi propter aliud, quam esse a se, et esse ab alio; sed implicat quod illud quod est a se sit ab alio, dicas etiam implicat quod illud quod est ab alio sit a se; ergo similiter implicabit quod illud quod diligitr propter se diligatr propter aliud, et quod illud quod diligitr propter aliud diligatur propter se; mat. videtr certa cum aequaliter videatr includere utrumque praedicata inter se pugnantia.

42. Resp. ad argumentum negando quod et si finis intermedius

diligatr

diligatur propter se et propter aliud involvat praedicata inter se pugnantia. nam diligitur propter se non ultimo; unde adest, quod ut simul diligatur in ordine ad aliud perfectius, quo circa, qua parte ordinatur ad anteriora media seu ad alios inferiores fines diligitur propter se; qua autem parte ordinatur ad alium finem ultimiorem diligitur propter aliud: ac per consequens sub hac consideratione impeditum, hoc diligi propter se, et hoc diligi propter aliud non sunt praedicata pugnantia; etenim ut praedicta duo essent praedicata pugnantia debebant considerari in ordine ad eundem terminum: et per hoc patet ad argumentum in forma.

Ad primam confirmationem dicimus 13 finem intermedium etiam quando diligitur in ordine ad alium finem non terminare actum electionis stricte, sed actum intentionis, et si non ultimae: nam finis intermedius ita diligitur in ordine ad aliud, quod simul ratione suae intrinsecae honestatis vel delectabilitatis diligitur propter se: ac per consequens est obiectum actus intentionis. nam electio stricta solum versatur circa bonum pure utile unde non sequitur, quod idem obiectum terminet actum intentionis, et electionis, vel ad summum idem obiectum qua parte est bonum honestum vel delectabile terminat actum intentionis, et qua parte est bonum utile et inducens ad aliud terminat actum electionis, et quia alias honestas seu delectabilitas quae in fine intermedio reperitur sit honestas vel delectabilitas et si intrinseca, tamen non ultima, perfecta, et completa, sed imperfecta et incompleta, ordinatur proinde ad aliam bonitatem ultimiorem et perfectiorem.

Vel secundo dicimus 14 eundem actum illum scilicet, qui terminatur ad finem intermedium, esse simul intentionem et electionem, saltim eminenter, quia eminenter continere possit utramque perfectionem, scilicet perfectionem electionis et intentionis, ac proinde qua parte diligitur propter se, in ordine scili-

est ad anteriora medii, et ad inferiores, et anteriores finaliter ominare formalitate intentionis; qua autem parte ad alia ultimiora, et perfectiora ordinatur terminare formalitate electionis.

45 Dices: quod intentio, et electio sunt actus specie distincti; ergo non possunt adunari in eodem actu, seu in eadem entitate actus.

46 Resp. hoc argumentum solum convincere, eundem actum secundum eandem formalitatem non posse esse actum intentionis, et electionis. at hoc non repugnat secundum diversas formalitates = quod et insinuatur in actione, passione, et motu que in eadem entitate, seu actione transeunte reperiuntur, etiam si ad diversa praedicamenta pertineant. = Et similiter instatur in calore v.g. qui secundum unam considerationem vel formalitatem, quatenus nempe est proprietas pertinet ad secundam speciem qualitatis, et prout est dispositio pertinet ad primam speciem, et prout est quedam passibilis qualitas pertinet ad tertiam speciem qualitatis. Ergo similiter poterit contingere quod idem actus secundum unam formalitatem sit intentio, et secundum aliam electio.

47 Replicabis: ergo finis intermedius qua parte dicit ordinem, et respectum ad anteriora erit finis; qua autem parte respicit finem ultimum erit quid finalizatum, erit effectus finis. ac per consequens erit simul effectus finis, et causa finalis. quod videtur repugnare.

48 Resp. utramque consequentiam concessa, negando hoc repugnare nam non est inconveniens quod una causa relative ad aliam universaliorem sit effectus, et relative ad inferiora sit causa. ut patet in efficientibus, nam causa secunda relative ad Deum est eius effectus, et operata et mota relative autem ad effectum est causa et est movens; similiter ergo accidit in finibus; finis enim intermedius relative ad finem ultimum est effectus finis et finalizatus ab ipso. relative

relative res ad Arteriora, est finis et causa.

Ad 49

Secundam Confirmationem resp. quod cum esse a se, et esse ab alio sit diversitas penes esse, quod est primum predicatum rei implicat proinde, quod idem possit esse a se, et esse ab alio, at vero diligi propter se, et propter aliud fundatur in bonitate rei, quae supponit essentiam Constitutam; unde cum eadem res possit habere bonitatem honestam, et aliunde talis bonitas honesta possit esse incompleta, inadequata, et imperfecta, dependens que proinde ab alia bonitate perfectiori et ad ipsam ordinabilis, non implicat quod idem obiectum diligatur propter se, et diligatur propter aliud, dummodo dilectio quae est propter se, non sit propter ipsum ut ultimo dilectum.

50

Instatur et roboratur haec solutio, nam moveri a se, et moveri ab alio, etsi videantur importare predicata interse pugnantia, quia est diversitas penes motum quae fundatur in entitate stat quod Causa efficiens secunda moveatur a se, et moveatur ab alia, scilicet a prima, et universaliori; movetur enim a se, quia efficiens, quod presertim apparet in viventibus qui moventur a se, etiam si egeant motione, seu predeterminatione Causae primae relative ad quam motionem seu premotionem considerantur viventia ut mota; ergo similiter etsi diligi propter se, et diligi propter aliud videantur predicata importantia inter se oppositionem, quia est talis diversitas fundata supra entitatem, et supponens essentiam rei poterunt proinde inter se adunari.

51

Explicabis diligi propter se et diligi propter aliud inferunt ex parte Obiecti diversas appetibilitates; ergo si finibus intermediis convenit diligi propter se, et diligi propter aliud in finibus intermediis reperientur diversae appetibilitates: Nunc sic, dantur in finibus intermediis diversae appetibilitates ex parte

obiecti? Ergo necessario inferunt diversos actus quorum unus sit determinatus actus intentionis, et alter determinatus actus electionis. Confirmatur ultima 2da ratione quia actus specificantur ab obiectis formaliter inspectis; sed si ex parte obiecti reperiuntur diversae appetibilitates, inferunt proinde diversos actus.

52 Resp. quod illae duae appetibilitates quae inveniuntur in eodem obiecto, nempe in fine intermedio sunt inter se subordinatae, unde non specificant diversos actus, sed eundem, admodum quo etsi actiones specificentur a principio, eadem actio potest a diversis principiis oriri, dummodo principia sint inter se subordinata.

53 Ad quod percipiendum notandum venit quod tripliciter potest contingere quod unum obiectum ordinetur ad aliud, et illi subordinetur. Primo, quia conducit ad ipsum ut utile, ad eius assecutionem, quo pacto ordinatur ad finem medium quod est simpliciter tale. = Secundo quia est pars integralis illius, quo pacto finis particularis, et bonitas particularis ipsius ordinatur ad finem universalem totius, et ad eius bonitatem totalem. = Tertio quia etsi non sit utile ad finem, nec sit pars eius, est tamen quaedam difusio et extensio ipsius finis, quo pacto creaturae amantur a Deo, et ab habente charitatem, qui primario diligit Deum propter se ipsum, et secundario creaturas, ut sunt aliquid Dei, et aliquid in quo est participata, et difusa bonitas divina. = In his ergo casibus, diversitas quae invenitur ex parte obiecti, non infert diversitatem in actu, eo quia talia obiecta sunt inter se subordinata, unde specificant unum et eundem actum.

QUAES

QVÆST. II.

Vtrum MEDIA RESPECTV ANTERIORVM EXERCEANT RATIONEM FINIS?

§ I.

Prænotantur nonnulla.

Pro quæstionis intelligentia notandu, & maximè præ oculis est habendu quod præsens dubitatio non procedit de intermedijs, quæ in se habent sufficienté honestate vel delectabilitate ratione cuius possint terminare actu intentionis, etenim talis honestas, vel delectabilitas, et si non sit omnino vltima, perfecta, & cōpleta, sed imperfecta, inadæquata, & incompleta, ordinabilis proinde ad aliā vltimiorē, & perfectiorē honestatē, a qua dependent, & finalizantur, tamen, talis honestas vel delectabilitas, eo quia propria, & intrinseca est respectu talium mediorū seu intermediorū est sufficiens ad terminandū actū intentionis, & simili ter sufficiens ad constituendū finē intermediū in esse talis, itaq si prædicta intermedia non exercerent rationē finis relate ad anteriora media, reuera tollerent de medio existentia finis intermedij, & non vltimi, quã pro viribus quæstione præcedenti contra Vazquez statuimus.

Vnde ne actū agamus & inutilis, & superflua reddatur præsens controversia procedit quæstio de medijs, seu de intermedijs, in quibus sola vtilitas, & conducentia ad finē reperitur siue talis finis respectu cuius explicant conducentiā & vtilitatē sit vltimus, seu non vltimus vel intermedius.

Utrum scilicet medium in quo solum resplendet utilitas, et nulla reperitur honestas, vel delectabilitas possit exercere rationem finis respectu anteriorum mediorum, et respectu actuum voluntatis qui ad ipsum terminatur? proinde quærimus in præsenti an intermedia, quæ seclusa præcisa utilitate, et conducentia ad aliud nullam expriemunt neque habent, honestatem, vel delectabilitatem proinde possint ratione suæ utilitatis, et conducentiæ ad finem exercere causalitatem finalem respectu anteriorum, et respectu actuum voluntatis.

Pro cuius maiori intelligentia secundo notandum est quod præsens quæstio præscindit, et præscindere debet, ab alia quæstione quæ poterat instituti inquirendo an omne medium utile necessario afferat secum aliquam honestatem, aut aliquam delectabilitatem? vel an medium utile reperiri possit solum cum sua utilitate, et absque omni prorsus honestate vel delectabilitate? Nam si quis contendit quod omne medium utile quia utile, est etiam honestum, vel delectabile, et insuper asserit quod tale medium exercet rationem finis respectu anteriorum, non qua parte est bonum utile, sed qua parte est bonum honestum, vel delectabile re vera quoad præsens extra rem tendit, cum quæstio præsens solum instituatur de medijs in quibus solum utilitas reperitur, vel de medijs seu intermedijs, in quibus et si præter utilitatem et conducentiam ad finem reperiatur aliqua honestas, vel delectabilitas, tamen an etiam ratione suæ utilitatis, et conducentiæ exercere possint rationem finis intermedij respectu anteriorum?

Ex cuius inanimadversione aliqui Authores, ni fallor, inutiliter, laborarunt, dum ex una parte asserunt media mere utilia exercere rationem finis respectu anteriorum, et ex alia asserunt

Asseruit, talem causalitatem finalem exercere, non reduplicative ut utilia, sed quatenus praeter utilitatem habent etiam aliquam honestatem vel delectabilitatem et si fundatam in sua utilitate.

Igitur pro sententia affirmante quod media pure utilia exercent rationem finis, respectu anterioris, et respectu actus voluntatis ad ipsa terminatoris stant PP. Salmanticenses, hic disp. 3. dub. 2 §. 2. n: 22. proqua sententia referunt quosdam Nominales, praesertim Ocham. in 2. dist. 3. ar. 2. et Gabrielem, in 2. dist. 8. q. 5. et similiter citant alios ex discipulis D. Ths. ut sunt Ferrara. 3. Contra. g. c. 2. et 17. et Araujo hic. ar. 8. dub. 1. Cornejo q. 8. tract. 5. disp. 2. dub. 2. et 3. et alios. = at ijdem PP. Salmanticenses ibidem. §. 6. n. 86. videntur recantare palinodiam, dum vel extra chorum cantant, vel sententiae negativae eius rationibus succumbunt; asserunt enim quod media non reduplicative ut utilia sed sub alia consideratione nempe quatenus habent quandam honestatem vel delectabilitatem exercent rationem finis; dum ut cuidam argumento facto in favorem sententiae negativae ocurrant, adstruunt quod in omnibus intermedijs et utilibus admitti, et supponi debet aliqua delectabilitas, quae suppositio ab ipsis Patribus facta revera ipsos ponit extra chorum, dum iam non loquuntur de medijs pure utilibus, et quatenus in ipsis nulla alia bonitas consideratur. Et insuper ex hac sua responsione infertur quod media exercent rationem finis non quatenus utilia, sed quatenus habent illam delectabilitatem, unde bene inspecti praedicti SS. Patres, et rematurae considerata in sensu in quo praesentem quaestionem ipsi et nos dirimendam et decidendam sumpsimus, potius videntur stare pro sententia negativa, = verum quia PP. affirmativam adstruunt et illam autoritate et ratione conantur suadere, ideo ipsos pro affirmativa sententia referimus, sicut et ipsos refert pro affirmativa ss. M. Ferre, et simul impugnat.

6 Sententia negativa tenet Vazquez hic. disp. 4. Suarez in Metaph. disp. 23. sect. 6. & hic. disp. 1. sect. 4. Cl. 1. Greg. Mart. hic. a. 1. q. 4. dist. 2. M. Fern. hic tract. 1. q. 4. §. 3. n. 146. & quibus sit.

§. II.

Statuitur Cl.

7 Sit nra Cl. Media pure utilia, & seclusa omni honestate, vel delectabilitate, non exercent rationem finis relate ad anteriora media, vel relate ad actum voluntatis quo diliguntur. = Haec nra Clo ita expresa videtur mihi in Arist. & in D. Thoma ut nefas sit de ipsis dubitare, nam licet Patres Salmanticenses asserant esse clarissime & absque dubitationis specie pro sua sententia, tamen dum in eodem dub. 2. §. 6. n. 36. asserunt quod quando Arist. & D. Th. negant mediis rationem finis, loquuntur de ipsis reduplicative ut utilibus absdubio ijdem Patres Salmanticenses firmant, & stabiliunt pro nra Clne. Arist. & D. Thomae.

8 Verum quid quid sit de sententia horum SS. PP. Salmanticensium, probatur nra Clo primo ex Arist. lib. 1. Magn. Moral. c. 2. ubi sic ait: * Bonorum alia sunt fines, alia non, quemadmodum Sanitas quidem finis, atque Sanitatis Causa, scilicet Medicina, neutiquam finis est. * ex quibus verbis sic argumentor: implicat quod id quod finis non est, exerceat Causalitatem finalem, vel habeat rationem finis, sed ex Aristotele, bonorum alia non sunt fines, nempe media pure utilia; ergo implicat quod sub hac inspectione exerceant causalitatem finalem vel habeant rationem finis relate ad anteriora media, vel relate ad actum voluntatis quo diliguntur. Pro infertur ex praemissis, min. est ipsamet propositio Aristotelis, & mai. etiam videtur evidens, & insuper parificatur in alijs generibus

ribus causarum, neque id quod non est efficiens implicat exercere causalitatem efficientem, vel habere rationem causae efficientis, et similiter quod non est forma implicat exercere causalitatem formalem, et quod non est materia implicat quod exerceat causalitatem materialem, ergo similiter illud quod non est finis, implicat quod exerceat causalitatem finalem.

Similiter ex D. Thoma probatur. Ait enim. 1 p. q. 5 ar. 6. ad 2. * utilia dicuntur quae non habent in se unde desiderentur, sed desiderantur ut sunt conducentia ad alterum sicut sumptio medicinae amarae * in quibus verbis Angelicus Mag. negat mediis pure utilibus bonitatem aliquam ratione cuius movere possint voluntatem ad sui desiderium, seu intentionem: atqui si utilia exercerent rationem finis moverent voluntatem ad sui desiderium, seu intentionem; cum finis eo sit finis quia movet et excitat voluntatem ad sui desiderium, et intentionem; ergo est quia utilia ut talia non habent rationem finis; 9

Dices cum Patribus Salmanticensibus quod in his locis, et quoties Arist. et D. Thomas negant utilibus rationem finis, loquuntur de ipsis formaliter, et reduplicative ut utilibus; caeterum non negant quod utilia habeant aliquam honestatem vel delectabilitatem ratione cuius movere possint per modum finis, ac proinde infertur quod utilia absolute, et simpliciter exercent rationem finis respectu anterioris. 10

Sed certe haec sua istorum Patrum responsio, et solutio est confirmatio nostrae sententiae, neque in praesenti nostrum non est examinare an omne utile sit etiam identice saltim honestum, vel delectabile? Sed potius in praesenti supponimus, quod bonum ut sic, adaequate dissecatur in honestum, delectabile, et utile, ut in tres species inter se distinctas, et diversas et inter se formaliter oppositas unde et si aliquando, imo et si semper, ha- 11

prædictæ bonitates in eadem entitate identice reperiantur, talis coniunctio, et connexio est materialis, et per accidens, cum in suis rationibus formalibus opponantur, unde dicere quod ex Arist. et ex D. Tho. utilia convincitur quod utilia quatenus talia non exerceant rationem finis, sed quatenus delectabilia, vel honesta sunt est firmare et stabilire ut ex D. Tho. et ex Arist. id ipsum quod § 1° statuimus.

§. III.

Proponitur quædam ratio nostræ conclusionis.

12 Probant aliqui nostram conclusionem ratione deducta ex paritate instrumentorum de genere effectivo, unde sic in favorem nostræ conclusionis arguunt: Ordo mediorum relative ad finem sic comparatur in linea movendi finaliter, ac comparatur ordo instrumentorum relative ad agens principale in linea movendi active, et efficienter; atqui licet unum instrumentum moveat active aliud ~~non tamen exinde deducitur debere~~ et attingat efficienter effectum, tamen nullo modo movet ut causa principalis, neque relative ad inferius instrumentum motum, neque respective ad effectum; ergo similiter et si media quæ sunt pure media, proinde et utilia, sint inter se ordinata ita, ut unum inferat aliud non tamen exinde debet inferri quod medium propinquius moveat finaliter medium remotius. Consequentia ex præmissis infertur; at quia præmissæ indigent probatione et explicatione probatur et explicatur min, probanda, et explicanda postea mai. quia et si homo mediante ligno v.g. moveat securim ad scindendum proinde que inter hæc duo instrumenta detur ordo prioris, et posterioris tamen non ideo unum instrumentum ex præassignatis efficitur causa principalis, quia licet unum moveat aliud, lignum v.g. moveat securim tamen id non præstat in virtute propria, sed in virtute causæ principalis cuius causalitatis unum instrumentum est quasi vehiculum;

vel vicessim, seu mediis relation, et sic diffundit causalitatem causae principalis in instrumentis remotius; ergo evidens est quod in linea efficiendi et si unum instrumentum moveat aliud ~~[illegible]~~ ~~absque adminiculo instrumentorum~~ non tamen ex inde infertur quod moveat ut causa principalis. 18

Iam

Ergo probatur et explicatur maior, nam sicut finis dependet a mediis et intentio nequit finem adipisci absque mediis, ita agens principale nequit aliquos effectus producere absque adminiculo instrumentorum; unde homo v.g. nequit scribere absque calamo neque pingere absque penicillo, et ad hos effectus producendos utitur determinate praedictis instrumentis, et non utitur vel securi, vel globo sphaerico vel alio simili disparato, et improportionato instrumento: sic ergo similiter finis quilibet particularis exigit quaedam determinata media, et non alia; ergo signum est quod ordo instrumentorum in ordine ad finem comparatur in linea movendi finaliter eodem modo ac comparatur ordo instrumentorum in linea efficiendi ad agens principale.

§ IV.

Reijcitur

Verum huic probationi occurrunt oppositi Authores: Unifallor simpliciter, et ex solutione huius probationis stabilire contendunt suam nostrae oppositam (§ 5). Nam si iuxta hanc probationem eodem modo comparatur ordo instrumentorum in linea efficiendi ad agens principale, ac comparatur ordo mediorum in linea finalizandi ad finem, sequitur proinde omnia media, etiam prout condistinguuntur a finibus intermediis, et prout unice utilia sunt, vere et rigorose movere finaliter, tam media anteriora, et si remota sint, quam actum voluntatis ad ipsa terminatum. Assumptum probatur, nam omnia instrumenta, quae mediant inter agens principale, et ultimum

effectus taliter movent subsequentia instrum.ta seu taliter movet unus aliud et taliter agit unus in aliud, quod in unoquoque eorum reperitur necessario aliqua propria virtus activa per quam, et non per solam virtutem activam derivatam, ut ex fonte, ex agente principali, in ipsa instrumenta, operantur; et id circo omnia instrumenta quantum cumque remotiora et distantia, simul cum eodem agenti principali influunt aliquid proprium in ultimum effectum; proinde que omnia instrumenta taliter munus proprium instrumentorum exercent, ut rationem causae principalis totaliter non amittant, saltim respectu alicuius formalitatis repertae in effectu; ergo si eodem modo, servata proportione philosophandum est, de medijs cadentibus inter finem ultimum, et ultimum effectum, ac de instrumentis cadentibus inter agens principale, et eius effectum, manifeste deducitur omnia media quantumcumque remotiora taliter movere in linea finalizandi, quod non solum deferant, ut sic dicamus, motionem finis, sed quod et ipsa etiam proprie, et ex se etiam finaliter moveantur. Unde ad formam praedictae probationis potest responderi iuxta hanc doctrinam, concessa mai., dist. min. Sed licet unum instrumentum moveat active aliud, et attingat effectum efficienter, tamen nullo modo movet ut causa principalis, relative ad omnes formalitates quae reperiuntur in effectu concedo min. relative ad aliquam, nego min. et consequentiam.

15 Pro cuius solutionis intelligentia et pro maiori nostrae nostrae [illegible] soliditate notanda, et maxime prae oculis est habenda communis doctrina quae circa naturam instrumentorum tradi solet, tum [illegible] tum 1. p. eod. q. 45. ar. 5., tum 3. p. q. 62. ar. 1. et alibi pluries. Videlicet quod omne instrumentum indiget aliqua dispositione praevia sibi intrinseca ut assumi possit a causa principali, ut instrumentum ipsi deserviens. qua ratione sunt quaedam determinata instrumenta deservientia solum ad determinatos effectus, et non ad alios unde

homo

homo v.g. ad scribendum determinate utitur calamo, et pennicilio ad pingendum; non autem ad hos effectus utitur securi, vel serra, vel globo sphaerico. 26

Unde in quolibet effectu ad quem producendum assumit causa principalis instrumentum aliquod, et datur formalitas correspondens agenti principali, et datur formalitas correspondens instrumento; etenim quando homo v.g. utitur calamo ad scribendum, hoc quod est signare correspondet calamo, ut causae principali, et hoc quod est signare formando litteras, et exprimendo conceptus correspondet homini, ut agenti principali, et calamo ut instrumento, qua ratione ait D. Thomas [illegible] 3. p. q. 62 ar. 1. ad 2. * quod instrumentum habet duas actiones, unam instrumentalem secundum quam operatur non in virtute propria, sed in virtute principalis agentis, aliam autem habet actionem propriam quae competit sibi secundum propriam formam; sicut securi competit scindere ratione suae acuitatis; facere autem lectum in quantum est instrumentum artis * quod ipsum docet D. Thom. q. 27 de verit. ar. 4. et in 4. dist. 1. q. 1. ar. 4. ubi Angel. Mag. stabilit pro instrumentis actionem ipsis propriam, et peculiarem, nam ibidem ait * Actio instrumenti semper pertingit ad aliquid ultra id quod competit sibi secundum suam naturam, sive illud sit ultima forma, sive dispositio. * cuius potissimam rationem tradit D. Th. in hac 1. 2 q. 112. ar. 1. quia causa quae non agit ultra suam [illegible] speciem, est vera causa principalis, etenim si non agit ultra suam speciem agit proinde per virtutem sibi intrinsecam et ortam a sua propria forma, et per hanc virtutem propriam producit effectum.

Ex quo nascitur quod semel ut causa efficiens contineat effectum producendum adequate, et secundum omnes rationes secundum quas petit produci non indiget instrumentis ad operandum, ut patet in Deo qui ex eo quod continet quemlibet 27

creatura, secundum omnes formalitates repertas in ipso non eget instrumentorum consortio, et inde quod ex dignatione admittit consortium causarum secundarum eisque ad operandum sotiatur, unde indifferenter et pro sua voluntate potest uti consortio instrumentorum, et e contra: idcirco causa efficiens creata indiget instrumento vel coniuncto vel separato, quia quando per suam propriam virtutem, et per suam formam non continet effectum adequate, et secundum omnes formalitates, repertas in effectu, et consequenter in effectu resplendet aliquis gradus, modus vel formalitas, quae in virtute causae principalis non precontinetur, ac proinde talis gradus, modus, vel formalitas correspondet ipsi instrumento ut principali agenti, ipsum gradum, modum vel formalitatem precontinente. ac perconsequens causa principalis, ad aliquos effectus producendos indiget asociari instrumento, ut ipsum instrumentum precontineat illum gradum, modum vel formalitatem quae in se non precontinet,

18 Ex qua doctrina, plane deducitur quod instrumentum quodlibet ex natura sua non tantum est delativum causalitatis agentis principalis, usque ad ultimum effectum, sed etiam defectum illius suplet, inde virtute propria attingit illum gradum, formalitatem, vel modum quem agens principale nequit pertingere: quod fere contigit in agentibus creatis; et ut pusillamus in appositis exemplis, homo indiget calamo ad scribendum, penicillo ad pingendum, et securi ad scindendum et sine illis non produceret illos effectus, vel non ita commode ac mediis instrumentis imo effectus quem sine instrumento produceret esset valde disimilis illi quem medio instrumento produceret.

19 Ex qua doctrina quae communis et recepta est circa naturam instrumentorum de linea effectiva deducitur manifeste solutio ad formam argumenti, medio quo intendebatur [illegible] pagiadtam stabilire imo, ex hac doctrina sumitur non levis

neq.

neq infirma paritas. Ultra predicta nostra Conq. neg. Si ut fatetur in predicta probatione eodem modo est philosophandum de medijs relate ad finem, quam de instrumentis in linea effectiva relate ad agens principale, Si ut ostensum est omnia instrumenta, quamtumvis remotiora, et distantia, exercent principaliter aliquam Causalitatem effectivam, saltim respectu alicujus gradus, formalitatis, vel modi, eadem ratione omnia media, in quantum talia, seu ut utilia, quamtumvis remotiora, et distantia exercebunt aliquam Causalitatem finalem, relative ad anteriora media, et relate ad actum voluntatis.

Nec valet responsio, quæ predictæ Solutioni (seu instantiæ) contra negatam Cons. præsentant Authores nostræ sententiæ, dicunt enim inter alios SS M. Ferre hic n. 180. quod quidquid sit de actione prævia instrumentorum, quæ ab ipsis ut a causis principalibus oritur, et quæ proinde non producit effectum principalis agentis, tamen loquendo de actione productiva effectus Causæ principalis, cuius causalitatis est relativum instrumentum, usque ad attingendum effectum, primum instrumentum seu propinquum Causæ principali, quod est remotius relate ad effectum, non est causa principalis relative ad secundum, neque istud est causa principalis relative ad tertium, et sic de alijs; Sed potius omnia operantur pure instrumentaliter; unde Causa principalis tribuit suam virtutem, et Causalitatem ad primum instrumentum, et per hoc ad secundum usque ad ultimum, et ideo instrumenta omnia comparantur relative; et similiter discurrendum venit in medijs, quæ pure media sunt, nam finis tribuit suam virtutem et Causalitatem ad medium propinquum, et per hoc ad remotius usque ad ultimum. Non valet, inquam, hæc responsio, neque instantiæ appositæ robur infringit, etenim non attingit vim argumenti quæ a parte venit, nam quod intendunt replicam, quæ simul ut

vidimus est argumentum ultra progradiens non est quod instrumenta quâ parte comparantur ut relativa virtutis agentis principalis, eiusque causalitatis, moveant effective principaliter; hoc enim esset chymera, sed intentum est quod taliter deferunt virtutem, et causalitatem agentis principalis ad effectum, quod non pure deferunt, neque unice sunt media relativa, sed quod potius simul effective principaliter attingunt effectum principalis agentis, saltim secundum aliquem gradum, formalitatem, vel modum; unde arguunt: ergo media, et si quâ parte media sunt, et secundum formalitatem secundum quam deferunt causalitatem finis ultimi, et principalis ad effectum, relabeant ut media, tamen secundum aliquam formalitatem, gradum, vel modum attingent finaliter effectum, seu movebunt finaliter anteriora [illegible] et remotiora media: unde revera non solum erunt media, sed potius fines intermedij

22 Quo circa aliter iudico esse probandam et stabiliendam nostram [illegible]: sed antequam illius probationis formam disponamus placet hanc replicam, quatenus paritas contra nostram [illegible] est diluere: disparitas ergo stat in eo quod omnia instrumenta in linea efficiendi quantumcumque remotiora sint, indigent aliquo praevio, quo reddantur capacia ut assumantur a principali agente unde ex inde convincitur quod instrumenta non tantum instrumentaliter operantur deferendo virtutem, et causalitatem agentis principalis, sed etiam aliquid producunt in effectu ex propria virtute; scilicet aliquem gradum, formalitatem, vel modum, ut patet in calamo, penicillo, scalpri, serra et in alio quocumque instrumento. = Ast extra media de quibus procedit nostra quaestio, ut ex notabilibus constat, taliter sunt media, quod solum sortiuntur bonitatem utilem et nulla alia bonitate gaudent, nec fruuntur. = Si enim aliquomodo, scilicet vel praevie, vel dispositive

vel

vel alio quocumque modo aliquam honestatem vel delectabilitatem sortiuntur, in qua parte essent honesta vel delectabilia finaliter moverent anteriora media. Unde stat magna disparitas in medijs pure utilibus in linea finalizandi relative ad finem; ac in instrumentis in linea efficiendi relate ad agens principale, quae omnia instrumenta aliquam quamtumvis minimam activitatem sortiuntur, ut ex dictis constat. Unde aliter venit stabilienda nostra Conclusio prout cuius probatione sit.

§. V.

Ratione probatur Conclusio.

Probatur ergo nostra Conclusio ratione apriori: Si utile ut utile posset exercere rationem finis relate ad anteriora media, posset movere et terminare actum voluntatis, qui dicitur intentio; sed hoc implicat. Ergo utile ut utile non potest exercere rationem finis, relate ad anteriora media. Maior est certa, et expressa D. Thomae in hac 1.2. q. 12. ar. 2 ubi adstruit quod intentio solum versatur circa finem, et si non semper circa ultimum finem, probatur ergo minor quia implicat quod idem obiectum sub eadem formalitate specificet actus diversos in specie, sed si utile ut utile terminaret, et moveret voluntatem ad actum, qui dicitur intentio idem obiectum, sub eadem formalitate specificaret actus diversos in specie; ergo implicat quod utile ut utile moveat et terminet actum voluntatis, qui dicitur intentio. Caetera patent. Et probatur minor quia utile ut utile in primis specificat actum voluntatis qui dicitur electio, qui actus differt in specie ab actu voluntatis qui dicitur intentio; ergo si alias utile, ut utile ~~specificet~~ moveret et terminaret actum voluntatis, qui dicitur intentio, idem obiectum, sub eadem formalitate specificaret actus distinctos in specie.

§. VI.

Solvuntur argum.ta desumpta ex authoritate.

24. Sed Dices: quod Arist.s 1. Ethic. Cap. 7 asserit quod media et utilia exercent rationem finis, nam postquam ibi assignavit definitionem finis ex eo quod est* cuius gratia cetera fiunt.* et divisit finem in ultimum, et non ultimum, ait.* Cum itaque plures sint fines, et bonum quosdam ob alios expetamus, ut divitias, fistulas, instrumenta et omnia perspicuum est non omnes fines esse perfectos.* quae verba exponens D. Th. ibi lect. 9 ait:* Videntur autem esse plures gradus finium: quorum quaedam eligimus propter aliud, sicut divitias quae non appetuntur nisi inquantum sunt utiles ad vitam hominis, et fistulas quibus canitur, et universaliter omnia organa; quae non quaeruntur nisi propter usum eorum unde manifestum est quod omnes isti fines sunt imperfecti.* Ex quibus verbis sic argues: Nam Arist. et Angelicus Mag. ex una parte asserunt quod instrumenta non appetuntur nisi inquantum sunt utiles ad aliquem finem, et nota illam inquantum, ut puta divitiae non appetuntur nisi ut utiles ad vitam hominis. Similiter fistulae non appetuntur nisi inquantum sunt utiles ad canendum; Calamus ad scribendum, et penicillus ad pingendum; et sic de alijs instrumentis. = ex alia parte asserunt praedicti Mag. quod omnia ista sunt fines imperfecti quod est quod iuxta hos communes Duces, et Magistros, quae parte utilia sunt, sunt etiam fines, ac proinde utilia et utilia exercent rationem finis.

25. Sed Contra nam quando Arist. et D. Th.s astruunt omnia supra dicta instrumenta non appeti nisi inquantum utilia, et alias asserunt esse fines, et si imperfectos, illam inquantum non sumitur ab ipsis reduplicative, sed specificative, ita ut sensus sit

quod

quod omnia supradicta instrumenta, quę primario non afferunt secū nisi utilitatē ad finē habere etiā aliquā honestatē, vel delectabilitatē, ratione cuius sunt fines, et exercent rationē finis; Cęterū quia talis honestas, vel delectabilitas; fundatur supra utilitatē, est proinde honestas, vel delectabilitas incompleta, et imperfecta, ordinata ad aliā perfectionē honestatē; unde solū per illā constituitur in ratione finis imperfecti.

26

Ast ut diximus nra quęstio vel procedat solū de medijs pure utilibus, quę nullā proinde habent honestatē, vel delectabilitatē, vel si aliquā honestatē vel delectabilitatē habent non procedat de ipsis sub hac inspectione, sed de ipsis reduplicative ut utilibus, unde cū sub hac formalitate et reduplicatione non exerceant rationē finis inde est quod ex prędictis locis nihil firmi efformatur argumentū contra nostrā dctā, etenim ex illis solū convincitur quod dantur aliqua media, quę quatenus delectabilia vel honesta exercent rationē finis, quod est statuere existentiā finiū intermediorū quos libenter admittimus.

27

Et per hanc solutionē patet ad alia loca, quę ex eodē Aristotele poterant afferri, et desumi, prędicentim ex 5. Methaph. c. 2. ubi loquendo de causa finali ait: * Amplius ut finis, hoc autē est quod est cuius causa, ut ambulandi sanitas, nā quare ambulavit? dicimus ut sanetur et dicentes ita putamus reddisse causā, et quęcumque movente alio, fiunt infra finē, ut attenuatio, aut purgatio, aut pharmaca, aut organa. *

28

Quę verba expendens Angelicus Mag. Lect. 2. ita ait: * quarto modo dicitur causa finis, hoc autē est, cuius causa aliquid fit, sicut sanitas est causa ambulandi, et quia de fine videbatur mi-

nus quod esset Causa, propter hoc quod est ultimum in esse ideo probat esse quod sit Causa, nam hec questio, quare, vel propter quid: querit de Causa, cum autem queritur quare, vel propter quid quis ambulat convenienter respondentes dicimus: ut Sanetur. Et sic respondentes opinamur reddere causam, unde patet quod finis est Causa -*

29 Patet inquam Solutio ad presentia Loca ex Aristle. et D. Thoma nam hec exempla apposita ab illis omnibus alterctis, non solum sunt utilia ad finem sed etiam habent in se aliquam honestatem communitatem, vel delectabilitatem unde non mirum quod exerceant rationem finis intermedij.

30 Explicabis quod Philosophus in predictis verbis dicit quod * quecumque movente alio fiunt infra finem * inquibus verbis subintelligit tacite alia clausula ut perfectum et integrum constituant sensum, scilicet Suple sunt fines * ergo omnia antecedentia ultimum finem, seu omnia que fiunt infra finem, vere rationem finis, et cum utilia ut talia sint infra finem infert proinde quod utilia vere habent rationem finis, unde et si postea apponat exemplum in instrumentis sanitatis, in quibus etiam resplendet honestas vel delectabilitas, tamen cum verba predicta sint universalia, ut denotat, hic quecumque verificari debent de omni eo quod finem antecedit illumque causat, et cum hec antecedentia, et causalitas competat etiam medijs pure utilibus infertur proinde quod utilia ut talia vere exercent rationem finis.

31 Nec nobis iubare debet alia lectio seu expositio, quam amplectitur Vazquez ex Argiropolo in qua versione non subintelligit verba a Nobis cum Communi Thomistarum, Duce Angelico Magistro, subintellecta, scilicet, Suple sunt fines, nam etsi expositio quam ex Argiropylo amplectitur Vazquez non supleat verbum finis in recto, sed in obliquo ita-

in sensu sit quicquid movere ... illa ... quae sunt gratia finis, qua expositione ... et utilia pure utilia non essent fines, ... fiunt gratia finis. Et secundo in sensu ... expositione in qua ... finis ... videtur ... quod utilia ... habent rationem finis.

Non immerito ... debet haec versio ... quae sequitur ... nam illam quaestione antecedenti ex ... recimus et contrariam expositioni quam sequitur ... Angelicus ... Hoc ... dicimus quod etsi verba illa sint universalia quia tamen ... exempla ... apposita ab Aristotele in quibus omnibus reperitur quaedam honestas vel delectabilitas, ideo nobis ... sufficiens motivum ut asseramus quod media pure utilia non exercent rationem finis, consentiunt ... omnes ... nobis in hoc puncto adversantes, quando ipsis opponuntur verba Aristotelis quibus probatur quod utilia non sunt fines, asserunt quod hoc intelligitur de medijs reduplicative ut utilibus; ... quando Aristoteles videtur docere quod utilia exercent rationem finis intelligendum est de utilibus specificative ... et non ut sunt utilia reduplicative, sed quatenus sunt honesta vel delectabilia.

§ VII.

Soluuntur argumenta ex ratione petita.

Dices quod, si pure utilia habeant veram et formalem rationem finis, possunt terminare actum intentionis. Sufficit quod de ipsis verificetur quod aliquid fit gratia ipsorum,

Seu propter ipsa, Sed hoc verificatur de pure utilibus; ergo ... utilia exercent veram, et formalem rationem finis. maior. constat, nam alias de ipsis verificaretur quod aliquid fit gratia ipsorum, de ipsis etiam verificaretur stricta, et rigorosa definitio finis. sed si de ipsis verificaretur vera et stricta definitio finis exercere deberent veram rationem finis; ergo eo ipso quod de pure utilibus verificetur quod aliquid fit gratia ipsorum verificatur quod habent veram, et formalem rationem finis. caetera patent. et probatur minor. quia stat in quolibet ordine omnia media et intermedia ordinantur ad ultimum finem, et proinde fiunt propter illum, ita, et eodem ordine unum medium ordinatur ad aliud et est propter illud, etiam si istud medium cadens post medium remotius et ante finem sit solum utile ad finem, ergo ... verificatur de pure utilibus quod aliquid fit gratia ipsorum. Sed ...

3 Et impugnatur primo haec ratio: Nam vel istud medium quod supponitur aliud remotius antecedit finem est talis conditionis quod in se nullam habet honestatem, vel delectabilitatem, sed unice habet utilitatem ad finem, vel praeter utilitatem habet aliquam honestatem, vel delectabilitatem; si verificatur primum, tunc medium remotius non ordinatur ad illud ut ad finem, nec est propter illud, nec fit gratia illius, sed utrumque est propter finem, et utrumque est medium partiale quorum neutrum ad invicem est propter aliud, sed utrumque est propter finem, unde in hoc casu non verificatur quod istud medium non ita remotum exerceat rationem finis respectu ad medium anterius, et remotius ipso. Si autem tale hoc medium praeter suam utilitatem habet aliquam honestatem vel delectabilitatem, iam non est pure utile, unde non erit minimum quod primum seu remotius ordinetur ad ipsum nempe ad medium non ita remotius, ut ad finem.

Secundo

Secundo impugnatur eadem ratio via contra hypothesim quod sit, medium omnino remotius, nullum promittens anterius; ergo tale medium utile exercere nequit causalitatem finalem, cum non fiat aliquid gratia ipsius; ergo a primo ad ultimum verificatur quod medium pure utile nequit exercere causalitatem finalem. 35

Dices quod licet sit medium omnino remotius ad minus supponit necessario aliquem actum voluntatis, qui proinde poterit propter tale medium, ergo igitur omne medium pure utile exercere valet causalitatem finalem saltim relative ad actum voluntatis, unde defectus huius causalitatis finalis in alia anteriora media erit pure negativus, et non privativus, quia nempe alia anteriora non dantur, nam si darentur, esse quodlibet medium, quantumvis remotius, posset exercere erga illa causalitatem finalem. 36

Roboras. Confirmabis hanc doctrinam nam iuxta Aristotelem 5 Methaphys. cap. 2. illud est vere, et proprie finis; per quod respondemus ad interrogationem: propter quid? nam ut ibidem ait: * quare ambulavit? dicimus: ut sanetur. et dicentes ita, putamus reddidisse causam. * Nunc sic: sed interroganti propter quid se movet voluntas circa illud medium remotius, quod est utile pure? dicimus: propter illam utilitatem capescendam. et ulterius interroganti propter quid adipiscitur illa utilitas? dicimus, propter deducentiam ad finem; ergo est quia illud medium quantumvis remotius exercet causalitatem finalem saltim erga actum voluntatis. 37

Sed contra, et respondeo quod illud medium, quod ut supponit replica facta solum habet bonitatem utilem non habet rationem finis, etiam erga actum voluntatis, nam actus voluntatis, qui erga illud medium versatur non est actus intentionis, sed electionis, et electio non est propter medium quod ut obiectum respicit, sed est propter finem, unde electio potius est medii propter finem, cum etiam obiectum electionis, scilicet medium ad finem 38

ordinatr, et electio ponitur in re propter primā intentionē ex qua fuit determinata voluntas ad eligendū.

39 Ad confirmationē Respondetr admissa doctrina illa ex Arist.

contenta in mai. neg.do min. nā responsio ad illā interrogationē, hæc est: cur movet voluntas circa mediū, seu eligit voluntas mediū propter finē adipiscendū unde motio non est propter utilitatē, sed ad utilitatē quæ doctrina Consonat cū alia supra a nobis relata ex D. Thōa 1. p. q. 5. ar. 6. ad 2. ubi Angelicus Mag. docet quod utilia non habet unde desiderentr.

40 Replicabis: nā respectu Cuiuslibet medij debemus assignare aliquē finē proximū a quo specificetr eius utilitas, sed si occurrant duo media pure utilia, et ordine quodā recipientia finē, unū scilicet post aliud, (quod accidere potest) mediū remotius nequit habere aliū finē proximiorē a quo speciem sumat quā illud mediū solū utile, ergo est quia utile ut tale, potest exercere rationem finis, relate ad Anteriora media.

91 Respondeo Concessa mai. et neg.do min. nā finis proximior a quo utraq. ista duo media ordinata specificantr est aliquod bonū, quod simpliciter est bonū finis, nempe honestū vel delectabile, proindeq. idē finis qui specificat medium propinquius specificat etiam medium remotius, cū nullus alius finis propinquior detr. unde primū mediū seu remotius, non specificatr a secundo, et propinquiori, quia finis non est, imo utrūq. non est adequate mediū sed ex utroq. Consurgit unū adequatū mediū ad assequendū finē proindeq. non est mirū quod utrūq. specificetr ab eodem fine, et termino, qui finis est proximior cuilibet ipsorū.

Laus D.

DISPVTATIO TERTIA.

DE VLTIMO FINE HOMINIS.

QVÆST. I.

Utrum detur in re aliquis finis ultimus totius humanæ vitæ in universum?

* * *

§. I.

Statuitur Ko 1o.

Omnes actiones per quas homo, humano modo se exercet, esse propter finem stricte diximus supra. nunc solum investigandum restat, an detur in rerum natura aliquis ultimus finis ad quem homo teneatur omnes actiones humanas dirigere, et ordinare; et propter quem homo in toto suæ vitæ progressu teneatur operari? pro cuius decisione sit

Ko 1o Datur in re ultimus finis humanæ vitæ, ad quem homo dirigere

debet totã seriem suarũ operationũ in toto suæ vitæ progressu. = Hæc nostra Cõnclusio est fidei Catholicæ iuxta quã constat omnes homines, et omnes creaturas rationales aspirare debere ad vitã æternã, et cœlestẽ Beatitudinẽ bene operantibus promissã.

3 Hanc veritatẽ etiã agnovere Gentiles Philosophi, etsi in designatione huius ultimi finis quã plurimi a veritate deviavere. Potest ergo hæc nostra Cõnclusio probari tũ ratione generali, tũ ratione speciali; = ratione generali quidẽ, quia singulæ res respiciunt suos particulares, et designatos fines, et insuper dantur quidẽ unius universalis finis ad quẽ tota series creaturarũ ordinatur iuxta illud Prov. 16 * Universa propter se, met ipsũ operatus est dominus. * Unde hæc veritas ex naturali ordine huius universi colligitur, et demonstratur, hæc enim machina mundi non casu et fortuito condita et creata est sed ob aliquẽ certũ, et determinatum finẽ; ergo a fortiori, imo, et potiori titulo erit constituendus in re aliquis ultimus finis humanarũ actionũ ad quẽ in universũ homo dirigere debet omnes suas actiones in toto suæ vitæ progressu.

4 Confirmatur, datur in re unũ primũ ens in genere effectivo, a quo omnia in genere causæ efficientis dependent, et respectu cuius omnia entia creata sunt effectus; ergo similiter in genere causæ finalis dari debet unus ultimus finis a quo in genere causæ finalis omnia entia creata dependeant, et respectu cuius in genere causæ finalis sint effectus, proinde omnia entia creata habere debent unũ ultimũ finem propter quẽ sint, et ad quẽ ultimo ordinentur; ergo et homo habere debet ultimũ finem ad quẽ dirigere debeat omnes suas actiones in toto suæ vitæ decursu. ans est omnino certũ, et consequentia patet cũ ita universalis sit causa finalis, ac efficiens, et ad omne ad quod se extendit causa efficiens, se extendat causa finalis.

ratione

Ratione speciali etiã probatr Coqũ contra Phos quia homo cũ sit præditus Libero arbitrio potest sibi præfinire, & præstituere finẽ respectu suarũ operationũ; ergº ut recto modo operetr, aliquã certam normã debet observare, & aliquẽ certũ, & determinatũ ultimũ finẽ debet inspicere; ergº datr ultimus finis humanæ vitæ in universũ ad quẽ homo totã seriem suarũ operationũ dirigere debet. 6.

Confirmatur omnia quæ sunt in aliquo genere derivantr a primo principio illius generis; sed finis est principiũ in operabilibus ab homine; ergº omnes actiones hominis derivantr a fine, ergº datr unus ultimus finis ultimus hominis ad quẽ debet omnes suas actiones dirigere, & a quo omnes actiones hominis derivantur. 7

Dices quod iuxta D. Thã in hac. q. 1. ar. 4. procedi potest in infinitũ inter fines, & ea quæ sunt ad finẽ in coniunctione, & subordinatione per accidens, & si talis processus in infinitũ nequeat dari inter finẽ & ea quæ per se, & ex natura rei ordinantr ad finẽ; unde D. Thõ. ait * ea vero quæ non habent ordinẽ per se, sed per accidens, sibi invicem coniunguntr, nihil prohibet infinitatẽ habere; causæ enim per accidens indeterminatæ sunt, & hoc etiã modo contingit esse infinitatẽ per accidens in finibus, & his quæ sunt ad finẽ. * 8

Ex quo sic efformo contra dictũ Coqũ argumentũ, ergº potest fieri quod in actionibus hominis non detur ultimus finis, probr. sequã; quia potest homo pro suo libito finẽ ultimũ qui in re est ultimus alicuius actionis, ad aliũ ordinare, & istũ ad aliũ, & sic in infinitũ. 9

Respº in primis. quod ex hac replica solũ convincitr quod homo prave & inordinate operando possit illũ qui est in

re finis ultimus ad aliud ordinare, ex quo non convincitur quod de facto non detur in re aliquis finis ultimus ad quem dirigere debet, si recte operatur, omnes suas actiones.

Secundo dico quod in re numquam exit actio quae non procedat determinate ex aliquo fine ultimo determinato et si rursum per reflexionem hunc ad alium possit ordinare usque in infinitum = Sicut etsi cuilibet unitati vel cuilibet speciei numeri aliquam unitatem possit addere usque in infinitum tamen in re semper quod datur numerus existit constitutus per aliquam determinatam ultimam unitatem.

§. II.

Solvitur quaestiuncula quaedam, praecedenti affinis.

11 Inquires utrum iste ultimus finis sit ex natura rei praestitutus, et determinatus respectu hominis, seu respectu creaturae rationalis, ita ut ad ipsum dirigere debeat totam seriem suarum operationum, vel utrum quilibet homo pro suo libito hunc ultimum finem possit sibi praefinire, et determinare?

12 Respondeo non esse repositum in hominis potestate, et arbitrio ut quisque possit sibi quemcumque libuerit finem ultimum sibi praestituere, et determinare; sed potius ex natura rei et ex ipsa rerum ordinatione statutus, et determinatus est finis ultimus ad quem homo operans iuxta regulas rationis suas operationes dirigere debet unde homini non licet ad quemlibet ultimum finem suas actiones dirigere, et determinare.

13 Constat hoc assertum ex eo quod sicut inter omnia entia datur unum primum eorum a quo om-

nes

ma in genere causæ efficientis necessario, et ex natura rei dependent, quod ens istud est DEVS, a quo natura-liter et necessario omnes creaturæ dependent, ut effectus, ita similiter in genere boni, et appetibilis datur ex natura rei, et ex ipsa rerum ordinatione primum ali-quod bonum, et primum aliquod summum appetibile, ad quod omnia alia bona, et appetibilia, ut rec-te et ordinate appetantur et desiderentur debent di-rigi, et ordinari; Sed homo ut operetur iuxta ra-tionem debet conformari naturali ordini rerum; Ergo ex natura rei est præfixus aliquis finis ultimus, ad quem homo, ut recte et iuxta regulas rationis ope-retur, debet ordinare suas actiones. Unde similiter in

statu elevationis ad ordinem supernaturalem est per consequens præfixus aliquis finis ultimus super na-turalis, nempe DEVS ut autor supernaturalis, ad quem debet homo suas operationes dirigere ut o-peretur iuxta regulas rationis in eodem ordine super naturali, in quo ordine ex præcepto divino tenetur ho-mo omnes suas operationes liberas dirigere ad hunc fi-nem supernaturalem. Unde homo pro suo libito pra-ve, et inordinate operando hunc ultimum finem qui ex natura rei est præfixus cuilibet creaturæ ratio-nali, potest variare, et alium diversum sibi assumere, ut constat in actionibus peccaminosis.

§. III

Notatu dignum.

Poterat in præsenti disquiri utrum homo possit si-mul habere plures ultimos fines adæquatos et totales? et hoc tam actualiter quam habitualiter vel unum actu, et alium vel alios habitu, at quia quæstio præsens est philosophica, et in tractatu de causis illam diri-munt philosophi, ideo illam in præsenti omittimus, et ad alia pure theologica transitum facimus. =

QVÆST. II.

Utrum Peccator constituat sibi aliquem finem ultimum?

§ I.

Circa Peccantem mortaliter.

1 Peccatorem per peccatum mortale Deum deserere, et finem ultimum in creatura constituere, res est omnino certa inter Theologos; dicitur enim Ierem. cap. 2. * Duo mala fecit populus meus, me derelinquerunt fontem aquae vivae, et foderunt sibi cisternas dissipatas, quae continere non valent aquas. * Et Isaiae, cap. 1. dicitur * Vae genti peccatrici, derelinquerunt dominum, abalienati sunt retrorsum *. Unde D. Th. 3. p. q. 86. ar. 4. ait * Culpa mortalis, utrumque habet, et aversionem a Deo, et conversionem ad bonum creatum * Constat ergo quod peccans mortaliter constituit finem ultimum in creatura, difficultas ergo reducitur ad assignandum finem determinatum quem in peccato mortali respicit peccator.

2 Pro cuius maiori intelligentia notandum est quod praesens difficultas non procedit circa finem Cui, sed circa inventionem finis cuius gratia, qui finis est qui proprie finalizat. = Finis enim Cui constat quod est ipse peccator, qui sibi ipsi vult quaecumque vult, et in eius propriam utilitatem, et convenientiam ultimo ordinat omnia quae vult. Quod et a priori constat, nam ex terminis repugnat quod inclinatio ali-

qua

qua tendat ultra id quod congruit principio radicali ipsius; alias prædicta inclinatio non commensuraretur cum sua causa, esset que supra ipsa; atqui omnis appetitus peccaminosus mortaliter necessario radicatur in natura, ut defectibili, etenim repugnat ipsi radicari in gratia, ergo prædictus appetitus unice se extendit ad ea quæ congruunt ipsi appetenti iuxta suam naturam; ergo solum appetit quod est ipsi conveniens. Unde S. Aug. lib. 14 de Civ. Dei cap. 28 ait * Amor sui usque ad contemptum Dei ædificat civitatem Babilonis * ac per consequens in se ipsum peccatorem esse finem cui in quolibet peccato mortali.= Difficultas ergo unice reducitur ad assignandum finem cuius gratia quem in peccato mortali inspicit peccator. Eiusmodi resolutione

Sit Co. 3:

Finis qui, seu finis cuius gratia, respectu peccantis mortaliter non est quodlibet obiectum mortaliter peccaminosum, neque bonum ut sic, prout abstrahit ab hoc, et ab illo bono inordinato, sed finis cuius gratia est bonum proprium ipsius peccatoris, si talis finis qui in abstracto consideratur, unde in concreto finis cuius gratia est ipse peccator, ut affectus sua propria bonitate, et convenientia, connotando tamen privationem gratiæ sanctificantis.

Hæc Co. constat ex multiplici parte, est breviter quoad singulas est sua de inda. Et in primis quod non consistat in obiecto mortaliter peccaminoso cuiuslibet peccati mortalis. Constat,= tum quia de ratione finis ultimi est esse totaliter, et adæquate satiativum, sed obiectum mortaliter peccaminosum, cuiuslibet peccati mortalis, non est totaliter, et adæquate satiativum, cum potius anxietatem et desiderium alterius obiecti inferat in voluntate; ergo tale obiectum non est finis cuius gratia hominis peccantis mortaliter.= Tum quia alias peccator quilibet haberet plures fines adæquatos, quod ex Philosophia

Supponimus impossibile, Sequella est evidens, cum Peccator prorumpat ut in plurimum in plura et diversa obiecta mortaliter peccaminosa.

5 Quod autem non sit Bonum ut sic abstrahens ab hoc, et ab illo obiecto mortaliter peccaminoso, etiam constat, nam finis qui seu cuius gratia cuiuslibet actionis determinatae debet consistere in aliquo determinato, determinate influente in actum pravum, et peccaminosum, at qui Bonum ut sic sub illa generalitate abstractum, hoc non habet, cum potius prout sic sit existens solum per intellectum, et prout sic sit praedicatum commune et indeterminatum; ergo finis cuius gratia hominis peccantis mortaliter non est Bonum ut sic sub illa generalitate abstractum.

6 Tertia autem pars nempe quod finis cuius gratia, sit bonum proprium ipsius peccatoris, in concreto sumptum, quatenus est ipse Peccator tali bono affectus. probatur, tum ex D. Bo. in 2. dist. 42. q. 2. ar. 1. ubi ait * Finis ultimus in amore commutabilium bonorum est ipse homo, propter quem omnia alia quaerit. * = tum constat haec asseratio ex illo Apost. ad Philip. 2 * omnes quae sua sunt quaerunt *

7 Deinde ratione probatur nam ille est finis qui seu cuius gratia propter quem diligit homo quaecumque vult, sed Peccator omnia diligit propter se ipsum, seu propter bonum proprium sui ipsius; ergo ipse peccator ut affectus sua propria bonitate et convenientia est finis ultimus cuius gratia. caetera patent. et probatur minor tum quia peccatores omnia diligunt, ut conducentia ad suam utilitatem, et convenientiam; tum quia ut diximus amor quo Peccator fertur in obiectum mortaliter peccaminosum fundatur et radicatur in propria ipsius peccatoris natura; ergo cum quaerit peccator quae sua sunt, seu ergo omnia diligit inquantum afferunt secum aliquam utilitatem, et convenientiam ad

suam

Sug natura 8

Dices quod ex nostra ratione videtr convinci quod finis Cui, & finis Cuius gratia coincidunt, & pariter Confunduntr.

9 Vtra neg licet ipse Peccator sit finis Cui, & cuius gratia, tamen aliter, & aliter, etenim sub diversa formalitate vtrumq munus exercet, vnde prædicti duo fines non confunduntr; Est igitur Peccator finis Cui quatenus est persona cui vult & desiderat commodum, sub qua consideratione supponit se ipsum vt obiectum volitum, & amatum, sub qua formalitate subinduit rationem finis cuius gratia, vnde cum alias hanc sua bonitatem, & Convenientia, sibi ipsi quærat, & desideret, inde est quod adest locus vt sub diversa formalitate, & consideratione habeat rationem finis qui, & cui

Quod 10 autem Bonitas propria prout in abstracto non sit finis qui constat, nam abstractum non movet, neq finalizat, sed est ratio movendi, & finalicandi vnde similiter sub hac inspectione non diligitur vt quod, quod exigit ratio finis qui, seu cuius gratia, sic ergo est solum ratio formalis movendi. vnde ipse Peccator in concreto, seu vt affectum sua bonitate est qui proprie obtinet rationem finis qui seu cuius gratia

Mitti- 11 mus alias rationes hanc nostram S. S. persuadentes tum quia ex dictis facile colliguntr; tum quia tempus instat, & dilationem non permittit, qua ratione mittimus etiam argumenta quæ in contrarium possunt fieri, quibus revera ex dictis facile quisq poterit solutionem adhibere.

§. II.

Circa Peccantem venialiter

12 Ratio dubitandi utrum nempe Peccator dum solum venialiter peccat, constituat sibi aliquem ultimum finem? oritur ex eo quod cum peccatum veniale sit actio humana stricte, et rigorose, alias non esset demeritoria videtur quod debet habere aliquem ultimum finem, cum ut superius diximus omnis actio humana sit stricte propter finem. Unde non sufficit assignare finem proximum, etenim dependentia, quam habet finis proximus a fine ultimo sit similis dependentiæ, quam habet Causa secunda a Causa prima, proinde finis proximus non influit sine influxu finis ultimi.

13 Ex alia parte videtur quod peccatum veniale nequit habere aliquem finem ultimum, etenim vel talis finis ultimus est Deus, vel Creatura, sive vel est aliquid increatum, vel aliquid creatum, inter hoc enim non datur medium; sed neutrum potest esse finis ultimus peccati venialis, ergo peccatum veniale non habet aliquem finem ultimum. probatur min. nam cætera patent, et in primis quod Deus non possit esse finis ultimus peccati venialis constat, tum quia Deus non potest finaliter influere in peccatum, alias non esset peccatum, tum quia si Deus finaliter influeret in peccatum veniale, esset actio meritoria, etenim haberet pro fine Deum in quo est omne bonum et a quo omne bonum participatur.

14 Similiter Creatura aliqua nequit esse finis ultimus peccati venialis alias non esset veniale, sed mortale, etenim perversitas peccati mortalis in eo stat quod respicit creaturam ut finem ultimum relinquendo Deum, iuxta illud Ierem. cap. 2. = Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, et foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas ✶ quæ dubitandi ratio ita efficax est ut in varios dicendi modos diviserit Authores, nos autem ob temporis pressuram, et instantiam brevissime quid in hac re

parte sit tenendus dicemus proximus suo. [15]

Notandum est quod in praesenti praecipue est difficultas, de peccatis venialibus a iustis commissis, et si etiam de aliis a peccatoribus commissis in fine aliquid dicamus. peccata ergo venialia sunt in duplici differentia; nam alia sunt talia ex defectu deliberationis, et inadvertentiæ ut sunt motus subiti, v.g. infidelitatis, vel adulterij vel desperationis, et similis; alia autem peccata venialia sunt talia ex obiecto, etiam si detur plena, et perfecta deliberatio. ut v.g. mendacius iocosus, verbum inutile, furtus leve, et alia huiusmodi.

Igitur Peccata venialia quæ sunt talia [16] ex defectu deliberationis solus habent finem ultimus materialiter seu ex parte materiæ, non autem ex parte operantis, cuius ratio est quia cum ista peccata proprie non sint actus humani ex defectu libertatis, et dominij in ipsa, sed solus sint improprie actiones humanæ seu lato modo, sic non sunt proprie propter finis. Ista ergo difficultas devolvitur ad peccata venialia quæ perfectæ deliberationem supponunt.

§. III.

Proponitur, et reijcitur quidam modus dicendi.

Mag. Curiel, et M. Greg. Mart. in præsenti tenent quod in peccatis venialibus quæ [17] iustus committit finis ultimus est, ipse finis ultimus in communi, prout dicit præcise bonum satiativus in quo omnes actiones sive bonæ sive malæ sunt referibiles.

18 Et si ipsis opponas quod ex hac doctrina videtur inferri eã de actionem, habere plures ultimos fines, = Respondent negando sequellã quia inquiunt finis ille communiter sumptus, et universaliter acceptus non ponit in numero cũ Deo, qui est ultimus finis verus in particulari, et determinate, proindeq; ille ultimus finis sic universaliter acceptus non distinguitur ab isto ultimo fine particulari, et determinato, neq; determinate est idq; omnino, et explicite cũ ipso, sed se habent ut quo, et ut quod seu sicut concretũ, et abstractũ, quæ absolute non ponunt in numero.

19 Ast hæc doctrina et si subtilis appareat, videtur insufficiens, et repugnans, cuius ratio est quia voluntas in actu determinato, et particulari qualis est quodlibet peccatũ veniale, non movetur a fine in communi, sed a fine in particulari, et determinato qui determinate est bonũ proprium alicuius naturæ, præsertim in peccato veniali quod ex perfectissima deliberatione procedit, ut est mendaciũ iocosũ, cũ cognitione clara, et cum animo ridendi, et loquendi.

20 Quod, et instatur in linea effectiva, etenim in isto ordine nullus actus oritur nisi a determinato ~~fine~~ principio, sicut et nullus actus radicatur nisi in determinata natura, ergo pariformiter nullus actus perfecte humanus, qualis est peccatũ veniale prædictũ, potest oriri nisi a determinato fine, debemus assignare aliquẽ finẽ ultimũ particularẽ, et determinatũ qui determinate specificet, et moveat voluntatẽ venialiter peccantem. Unde pro

21 decisione præsentis difficultatis. sit:

§. IV

Statuitur Dl.o

21 Sit Dl.o Iustus peccans venialiter habet pro fine ultimo

ultimo absolute, & simpliciter Deus ut est in se ipso, non actualiter, sed habitualiter, unde in Deum refert obiectus venialiter peccaminosus, non relatione actuali, sed habituali: Finis autem proximus peccati venialis est bonum proprium privativum. 22

Quo ad omnes suas partes probatur Concl.o, & incipiendo ab hac ultima parte, constat, namque dum quis ex deliberatione perfecta eligit fructum leve, v.g. movetur a fine proximo, qui est bonum proprium & privativum ipsius peccatoris, seu se movet in talem actum propter commoditatem & convenientiam propriam; igitur finis proximus peccati venialis est bonum proprium, & privativum ipsius peccatoris. 23

Probatur 2.o Concl.o quo ad primam & secundam partem in qua videtur difficultas; & primo suadetur ex D. Th. in hac 12. q. 88 ar. 1 ad 3. ubi ait * Qui peccat venialiter inhaeret bono temporali, non ut fruens, quia non constituit in eo finem, sed ut utens, referens in Deum habitu, sed non actu * similiter 22. q. 24. ar. 10 ad 2. ait * quod amatur in peccato veniali amatur propter Deum habitu, & si non actu * & in 1. Dist. 1. q. 3. ar. unic. ad. 4. ait * quod quamvis qui peccat venialiter non referat actu in Deum suam operationem nihilominus tamen Deum pro fine habitualiter habet. * & q. 7 de Malo. ar. 1. ad 4. ait * ille qui peccat venialiter non fruitur creatura; sed utitur ea, refert eam enim habitu in Deum, licet non actu. * quod & docet in 2. dist. 42. q. 1. ar. 3. ad 5. = & 12. q. 89. ar. 1. ad. 3. & alibi pluries. 24

Ratione autem probatur, Nam habitus Charitatis qui est habitualis conversio in Deum, ita dominatur voluntati, seu ita efficax, & absolutum dominium voluntatis habet, ut habitualiter sibi subijciat, omnes affectus voluntatis, tam actua-

les, quæ habituales, ergo quilibet actus elicitus a Voluntate Charitate informata, debet aliquomodo subiici ipsi Charitati, eius que dominio obtemperare. ergo debet habitualiter referri in ipsum finem Charitatis, qui est Deus.

25 Sed Dices, quod si hæc ratio convinceret intentum etiam probaret quod peccatum veniale referitur habitu, licet non actu, in fines proprios, et particulares cuius cuiusque habitus existentis in Voluntate.

26 Respondeo negando Sequellam Cuius ratio est quia solus habitus Charitatis, est qui dominatur voluntati, eamque sibi perfecte subijcit, secus autem alij habitus. immo isti omnes habitus Charitati subijciuntur, et subordinantur, unde Charitas ordinat habitualiter omnes affectus voluntatis, tam actuales, quæ habituales, in suum proprium finem, qui est deus, ratione absoluti dominij quod habet ipsa Charitas.

27 Quod autem per peccatum veniale actu non referatur peccator in deum, constat, quia peccatum quodlibet est irreferibile actu in deum, tum ex natura sua, tum ex voluntate operantis. Non igitur peccatum veniale actu est referibile in deum ex natura sua, quia actu solum est referibile in Deum illud respectu cuius Deus habet influxum positivum, at qui in peccatum nullum positivum influxum habet deus, sed solum permissive se habet erga illud; ergo peccatum veniale non est ex natura sua actu referibile in deum. = Non similiter peccatum veniale est actu referibile in Deum ex voluntate operantis, alias peccans venialiter, non venialiter sed mortaliter peccaret, referendo actu in deum quod ex natura sua non est referibile.

§. V.
scitu digna doctrina.

Pro Coronide quæres quid est hoc quod est ut peccatum veniale referri in Deum habitualiter? Omissis

ergo varijs dicendi modis quorumdam Theologorum, propter penuriam temporis. Et ut finem ad hanc materiam, in præsenti Cursu imponere possimus. Respondeo quod ista habitualis ordinatio in Deum, qua peccatum veniale in Deum ordinatur, consistit in eo quod cum Iustus per Charitatem ita Deum diligat super omnia, ut omnia in affectu Deo subijciat, et omnia ipsi Deo postponat, subijcit proinde omnino Iustus Deo omnes affectus suæ voluntatis, sive bonos, sive malos; aliter tamen et aliter nam affectus bonos subijcit Deo directe, et positive, malos autem permissive, hoc est, ita quod si Iustus cognosceret quod venialiter peccando ex deliberatione propria, amissurus foret Deum et spoliandus iri ab habitu Charitatis, omitteret peccatum et neutiquam illud committeret, quia incompossibile esset cum gratia, et Charitate.

§. VI

Alia incidentia solvuntur.

Ex dictis inferimus quod in homine qui existit in peccato mortali, et ex deliberatione peccat venialiter. per accidens, in hoc peccato veniali non, servatur habitualis ordinatio in Deum, modo explicato. id est non servatur talis habitualis ordinatio in Deum ratione indispositionis subiecti, nam ex vi operis, seu ex vi peccati venialis stare poterat talis habitualis ordinatio in Deum. 30

Cuius ratio est quia 31

Si in homine existente in peccato mortali, peccatum veniale ab ipso commissum ex se non esset referibile habitualiter in Deum, de facto dari adhuc, quam habitu

esset referibile ultimo in creaturam; ergo non esset peccatum veniale, sed mortale. Consequens est evidens. Unde omnia opera hominis existentis in mortali essent peccata mortalia, quod est haereticum affirmare.

Et per hoc patet ad rationem dubitandi initio appositam. Unde jam exit huius materiae finem habere, die 19 propter S. Ioannis festivitas.

Omnia igitur huc usque dicta Sanctae Romanae Ecclesiae correctioni submittimus. Et ea omnia cedant in laudem, et gloriam ipsius Ultimi Finis, qui est Deus Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus, qui in Trinitate Personarum Unitatem in natura perfectissime servat.

Similiter cedant huc usque dicta in laudem et gloriam Beatissimae Deiparae Virginis Mariae, absque peccati originalis labe a primo instanti conceptae. Cedant similiter in laudem utriusque Ioannis, Baptistae, et Evangelistae, Doctoris Angelici Divi Thomae Aquinatis, cuius doctrinam ex corde sequi conati sumus, unde si contra ipsius mentem (quod absit) aliquid diximus, pro non dicto haberi cupientes re tractamus.

Deo Optimo, et Maximo

Deiparae Mariae

Caelicolisque omnibus

Laus, Honor, et Gloria

Amen.

Finis

INDEX

Tractatus de Ultimo fine. Fol. 1
Prooemium. Fol. 2
Sumittuntr nonnulla ibidem
De obiecto huis tractatus ibidem.
De habitu theologiæ prout ad hanc i.e. se extendit. an sit speculativus. vel practicus. 3

DISPT. I
De actionibus quæ fiunt propter finem. Fol. 4

QUÆST. I. Utrū D. Ths. recte statuerit quidditatem actionis humanæ? ibidem.
§. I. Aperitur sensus. ibidem.
§. II. Prænotantr non nulla. 5
§. III. Statuitr Rlo 7
§. IV. Solvuntur argumenta. 9.
§. V. Quid de Visione beata, et de amore beatifico, utrum ipsis conveniat definitio actionis humanæ? 10
§. VI. Referuntr alij modi dicendi. 13
§. VII. defenditur sententia negativa. 14

QUÆST. II. Utrum omnes actiones humanæ sint propter finem? Fol. 16
§. I. Prænotantr nonnulla. ibidem.
§. II. Utrum omnes actiones humanæ elicitæ a Voluntate sint propter finē? 17
§. III. Statuitur Rlo. 18
§. IV. Proponitr quæda specialis difflo. 21

§. V. Solvitur. ibidem.
§. VI. Ro includ. ʒpr. Q.l°. 22
§. VII. Circa primam intentionem finis, utrum sit propter finem. 23
§. VIII. Circa fruitionem finis, utrum sit stricte propter finem? 24
§. IX. Prænotantur non nulla, ad argumenti solutionem. 26
§. X. Solvitur dubium. 27
§. XI. Quid de actu neutro? utrum sit? 28
§. XII. Utrum actiones humanæ imperatæ a voluntate sint propter finem? 31
§. XIII. Utrum aliqua actio humana possit esse ultimus finis? 32
§. XIV. Solvitur principalis replica. 34
§. XV. Corollaria ex dictis. ibidem.

QVÆST. III. Utrum Deus agat propter finem? Fol. 36
§. I. Prænotantur nonnulla. ibidem.
§. II. De operationibus ad intra. 37
§. III. Quid de actione libera Dei secundum utramque terminationem? utrum sit propter finem? 38
§. IV. Statuitur secunda Q.l°. 40
§. V. Solvitur dubium incidens. 41

QVÆST. IV. Utrum Creaturæ possint dici [illegible] utiles respectu Dei. 41
§. I Aperitur sensus quæst. et prænotantur nonnulla. ibidem.
§. II. Statuitur prima Q.l°. 43
§. III. Ostenditur quæ sit ratio formalis terminandi in Creaturis dilectionem Dei. 45

QVÆST. V. Utrum Creaturæ ratione carentes

operentur

operentur propter finem: Fol. 45
§. I. Prænotantur nonnulla. ibidem.
§. II. Statuitur Rlo. 48
§. III. Solvuntur argumenta. 48

DISP. II.

De finibus inter medijs seu non ultimis. 52

QUÆST. I. Utrum dentur fines inter medij seu non ultimi? 52
§. I Prænotantur nonnulla, et referuntur sententiæ. 52
§. II Statuitur Rlo. 53
§. III. Ex sacris litteris probatur Rlo et ratione 55
§. IV. Paritate desumpta ex causa efficiente probatur Rlo. 57
§. V. Alia ratione probatur Rlo. 58
§. VI. Proponitur fundamentum Vazquezij 59

QUÆST. II Utrum media respectu anteriorum exerceant rationem finis? Fol. 63
§. I Prænotantur nonnulla.
§. II. Statuitur Rlo. 64
§. III. Proponitur quæ ratio nostræ Rlis 65
§. IV. Reijcitur. 66
§. V. Ratione probatur Rlo. 67
§. VI. Solvuntur argumenta desumpta ex authoritate. 69
§. VII. Solvuntur argumenta ratione petita. 71

DISP. III.

De ultimo fine hominis. 73

QVÆSt. I. Utrum detr in re aliquis ultimus finis totius humanæ vitæ in universum. Fol. 73
§. I. Statuitr Cclo. 73
§. II. Solvitr quæstioncula quædam præsenti affinis. 74
§. III. Notata digna. 75

QVÆSt. II. Utrum peccator constituat sibi aliquem finem ultimum? Fol. 75

§. I. Circa peccantem mortaliter. 75
§. II. Circa peccantem venialiter 77
§. III. Proponitr et rejicitr quidam modus dicendi. 78
§. IV. Statuitr Cclo. 78
§. V. scitu digna doctrina. 79
§. VI. alia incidentia solvuntr. Fol. 80

Finis.

I. H. S. M.ª RA.

TRACT.

DE

BEATITVDINE

APVD D. TH.

1. 2. Q. 1. 3. 4. & 5.

A

P. IOANNE DE CARDENAS, & MENDIETA.

in D. Caroli Borromæi Salmantino Collegio Sacræ Theologiæ Lectore.

Pro cursu ab anno Dni 1680. (vel 1681)

PROŒMIVM.

Ethnici, & Gentiles Philosophi, sic avia veritatis deviarunt, nec Beatitudinem disquirendo, ut potius Delirias, quæ sententias apelari liceat placita ipsorum: ducentas enim, & octoginta refert Aug.s lib. 19 de Civit. Dei cap. 1. de ultima fælicitate sententias: ast misere in tenebris caliginarunt dum ultimam fælicitatem in aliquo bono creato finebant! Proph dolor! Heu miseria! dum sic ingenia obscuritatis nebulis offunderunt ultimæ felicitatis disquirendo per huius universi infælices ambages, ipsum in quo vivunt, moventur, & sunt n. inveniendo!

Sed audiatis quæso Æneidorum Patrem in lib. 3. tot errorum concinentem motivum:

Quid non mortalia pectora cogis

. . . . . auri sacra fames!

Igitur facile tot Deliria ruunt hac interarum: omne enim creatum in hac mortali vita adipiscendum ita facile transit, ita facile perit, ita facile evanescit, & fluit, ut potius anxietatem quam fælicitatem inferat: non ergo in divitijs, non in honoribus, non in fama, non in fortuna, non in voluptate, non in robore, non in valetudine, non in potestate, & imperio, & non denique in omnibus simul consistere valet. etenim ut canebat alter:

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo.

Et subito casu quæ valuere ruunt.

Unde Horat. in suis Odis hanc fixam statuit proverbialem sententiam: Felix per omnia nullus est mortalium: quare in præsenti opere præcipuum ut sistat præsenti tractatui in hoc cursu finem imponere possumus, sellectiores quæstiones disquirendas assumere & singulas de beatitudine obiectiva ✝opiniones referendas & impugnandas omittere, & eadem ratione circa beatitudinem ob.m pauca disputanda selbegi=

✝in aliquo creato.

DISPUTATIO PRIMA DE BEATITUDINE OBIECTIVA.

QUÆSTIO PRIMA.

Utrum Solus Deus sit obiectum Beatitudinis?

§. I.

Prænotantur nonnulla.

1 Primo notandum est Beatitudinem aliam esse obiectivam, formalem aliam: Beatitudo obiectiva est res illa, quæ adepta appetitum satiat, seu est obiectum quod nos beatificat, et felices reddit; Beatitudo autem formalis est actus ipse, quo res illa beatificans, et nos felices reddens, adipiscitur, et consequitur, seu est ipsa adeptio, qua formaliter nobis approximatur, nobis coniungitur, seu nobis inest res quæ nos beatos constituit: in præsenti ergo de beatitudine obiectiva disquirimus inquirendo an solus Deus sit eius obiectum; postea autem de Beatitudine formali erit sermo.

2 Secundo notandum est quod obiectum alicuius actus, habitus, seu potentiæ, aliud est primarium aliud secundarium; obiectum primarium est illud ad quod immediate terminatur actus, habitus, seu potentia, seu est illud quod speciem ipsis tribuit; obiectum autem secundarium est illud quod non ita immediate ab ipsis attingitur, unde ipsis speciem non tribuit, sed potius, in sua specie constituta supponit: quæstio ergo præsens præcipue versatur circa obiectum primarium nostræ beatitudinis, licet obiter de obiecto secundario veniat decidenda resolutio.

3 Rursus notandum est quod cum in Deo reperiatur et conceptus naturæ, et conceptus attributorum, et Personalitatum, præter dubium in assignando: an obiectum Beatitudinis coalescat ex creato, et increato, vel an potius sit solus Deus, decidendum restat, utrum Deitas sub conceptu naturæ, et ab attributis, et personalitatibus præcisa, sit obiectum primarium beatitudinis, ita ut inde quæ attributa et personalitates ad obiectum secundarium pertineant, vel an Deitas includens formaliter explicite attributa et personalitates sit eius obiectum primarium? His positis sit:

§. II.

Resoluitr dubium, quo ad 1am partem.

4 Sit Clo: Solus Deus est obiectum primarium nrae beatitudinis: unde in nullo bono creato consistere potest nra beatitudo obiectiva. Sic omnes Catholici sentiunt saltim speculative; licet multi in operibus proh dolor! videantur cum Epicuro, et cum Atheo sentientes, dum sic voluptatibus se immiscent, ut nihil de futuro saeculo videantur soliciti.

5 Nostra Clo ita expresse habetur in Sacris litteris, ut nefas sit de hoc dubitare, sed praesertim liber Ecclesiastis totus est in ostendendo nram beatitudinem obiectivam in solo Deo esse constituendam, et collocandam: incipit enim omnia creata parvi pendens, et pro nihillo estimans, Vanitas vanitatum, et omnia vanitas: unde hoc assumptum prosequens in solo Deo spem nostram esse firmandam, et constituendam stabilit et firmat: et his aureis verbis concludit tractatum: Deum time, et mandata eius observa, hoc est enim omnis homo. Sive ut exponit Hieron: ad hoc natus est omnis homo: mitto alia testimonia, ne in re ita certa multis immoremur: et eadem ratione Sanctorum Patrum testimonia mitto, cum omnes uno ore Deum ut obiectum nostrae beatitudinis depraedicant.

6 Ratione autem probatur nra Clo: Nam illud est obiectum nostrae beatitudinis, quod adeptum perfecte satiat rationalem appetitum, sed hoc praedicatum soli Deo competit; ergo solus Deus est obiectum nostrae beatitudinis. Mai. constat. nam cum beatitudinis status sit omnium bonorum aggregatione perfectus, illud potest esse obiectum nos beans, quod nos vere quaeque felices constituit, proindeque quod perfecte satiat nostram voluntatem: unde omnes Philosophi in hoc conveniebant, nempe quod obiectum beatitudinis debet esse bonum satians, et hoc bonum satians inquirendo, errarunt qui illud creatum assignabant, probatur ergo principaliter min: nam illud bonum adeptum potest nostram voluntatem satiare, quod in se est infinitum; sed solus Deus est infinitus; ergo hoc quod est satiare nostram voluntatem, est praedicatum soli Deo conveniens. min. constat, et mai. probatur: nam voluntas nostra, habet universalitatem in appetendo; ergo solum a bono universali satiari potest. sed bonum universale solum in Deo, qui infinitus est reperitur

ergo illud

ergo illud bonum adeptum potest satiare nostram voluntatem, quod in se est infinitum: minor subsumpta constat. nam omne bonum creatum est quid particulare, singulare et limitatum; ergo bonum universale solum in Deo quoniam infinitus est reperitur. primum autem ans. etiam est certum. nam voluntas nostra habet appetitum sincategorematice infinitum, unde nullum bonum creatum illum potest satiare: tum quoniam ita amplum est obiectum voluntatis in ratione boni, ac in ratione veri est obiectum intellectus; sed obiectum intellectus est verum universale; ergo obiectum voluntatis est bonum universale. tum quoniam obiectum intellectus est ens seu verum universaliter acceptum, quilibet intellectus habet universalitatem, seu capacitatem sincategorematice infinitam ad omne ens se extendentem, et ampliantem; ergo quoniam obiectum voluntatis est bonum universaliter acceptum voluntas habebit capacitatem sincategorematice infinitam ad omne bonum se extendentem, et ampliantem: ergo solum poterit satiari et repleri bono universali et infinito quod est Deus.

Sed Dices primo quod ex eo quod appetitus voluntatis sit sincategorematice infinitus non sequitur quod solus Deus sit obiectum beatitudinis, unde praedicta ratio est inefficax. assumptum probatur: nam tota collectio creaturarum est etiam infinita; ergo in adeptione omnis bonitatis creatae, et infruitione ipsius poterit satiari voluntas, etiam si sit infinita in appetendo.

8

Sed Dico Nam collectio creaturarum inprimis, non est quid infinitum categorematice, et in actu, sed in potentia, et sincategorematice; unde adeptio ipsarum simul sumptarum est chimerica; at nostra voluntas solum potest satiari cum bono infinito adepto, seu cum adeptione summi boni: ergo infinitas sincategorematica creaturarum non sufficit ut in ipsis constituatur obiectum beatitudinis.

9

Secundo et urgentius nam dato quod voluntas adipisceretur collectionem totius bonitatis creatae et creabilis adhuc anxia maneret propter adeptionem summi boni quod est Deus: ergo nullum bonum creatum etiam si esset infinitum in actu potest esse sufficiens obiectum

Beatitudinis: ans. po: Nã voluntas cũ sit appetitus rationalis sequens ductũ rationis non adepta bonitate in fonte, sed in rivulis ex fonte ipsa scaturientibus et dimanantibus, adhuc anxia maneret circa adeptionẽ bonitatis in ipsa fonte: quod instatr et probatr in intellectu, etenim et si per impossibile, per unã, vel per decem, vel per plures species creatas simul cognosceret omnes veritates creatas, adhuc perquireret causã productivã ipsarũ; et quo usq. deveniret in cognitionẽ summi boni non quiesceret intellectus; ergo pariformitr et appetitu voluntatis philosofandũ venit.

10 Sed replicabis ex alio capite: nã si tota collectio bonitatis create per impossibile possessã ab intellectu nro, et a nostra voluntate adeptã non sufficit ad nostrũ appetitũ satiandũ, sed ulterius requiritr adeptio summi boni, quod est Deus, q. capacitas intellectus, et voluntatis nostrã est infinita; sequitr quod neq. etiã summũ bonũ adeptũ, et possessũ a nobis satiare valeat nostrũ appetitũ: ergo ratio tradita non subsistit: ans. probatr summũ bonũ modo quo a nobis possidetr est per visionẽ; iuxta illud Psal. 16. Satiabor cũ apparuerit gloria tua, et iuxta illud Ioan. 17 hec est vita æterna ut cognoscant te Deũ verũ: sed data quacuq. visione adhuc dabilis est perfectior visio; ergo erit intellectus anxius, et inquietus usq. ad consequutionẽ perfectissimã visionis, et cũ perfectissima visio sit comprehensiva Dei, proindeq. repugnans creaturã, neutiquã poterit homo ~~vel~~ vel Angelus beari.

11 Sed ... nã per quã cũq. visionẽ quantũvis minimã perfecte satiatr appetitus videntis; quia per quãcũq. visionẽ videtr Deus ut est in se, qualiter est obiectũ nostrũ beatitudinis. unde cũ maioritas, vel minoritas visionis, non stat in eo quod plus ~~vel minus de creaturis~~ quod uni beato lateat de Deo, aliquid quod alteri detegitur, sed in eo quod plus vel minus de creaturis, vel de decretis liberis detegatr, et cũ quilibet beatus videat rem æquivalentẽ, nempe Deũ, inde est quod appetitus cuiuslibet beati sit perfecte satiatus quacuq. visione quantũvis minima, unde licet quilibet beatus possit videre meliori modo, non tn rẽ meliorẽ, ac per conseqs. appetitus est satiatus possidens omne bonũ in fonte licet omnium

bonitatem omnem creatam, non videat neque omnes creaturas videat quo-
niam videt Deum qui omnibus his aequivalet.

Dices secundo quod etsi Deus sit in se obiectum infinitum, et summum bonum adhuc non potest satiare perfecte appetitum rationalem, sed adhuc etiam exigitur omne creatum: ergo obiectum nostrae beatitudinis, coalescit ex creato, et increato. assumptum probatur ex eo quod implicat quod intelligatur appetitus rationalis satiatus, seu implicat quod intelligatur perfecte satiata voluntas, quin intelligatur ut possidens suum obiectum; sed obiectum voluntatis est bonum universale praescindens a creato, et increato. seu ambiens omne creatum, et increatum. ergo implicat quod intelligatur perfecte satiata voluntas absque eo quod intelligatur possidens non solum bonum increatum quale est Deus, sed etiam omne creatum. minor constat nam sicut obiectum intellectus est verum ut sic praescindens a creato, et increato, proindeque omne verum universaliter acceptum est obiectum intellectus, ita similiter bonum universaliter sumptum ambiens creatum, et increatum, et ab omni bono praescindens est obiectum voluntatis, ut expresse dicitur et probatur in libris de Anima. Maior autem videtur certa. et insuper probatur. nam quaelibet potentia non possidens suum obiectum intelligitur imperfecta, vero et si aliquid sui obiecti percipiat intelligitur imperfecta, seu solum inadaequate perfecta. Tum probatur a paritate intellectus etenim intellectus, quia habet pro obiecto verum abstrahens a creato, et increato nequit intelligi perfecte satiatus solum cum cognitione Dei seu cum visione Dei; ergo neque voluntas poterit intelligi perfecte satiata solum cum adeptione summi boni: ans videtur certum quoniam intellectus adhuc cum visione clara Dei adhuc anxius maneret usque ad creaturarum cognitionem nam non minus visis effectibus manet anxius intellectus usque ad cognitionem causae quam visa causa, usque ad cognitionem effectuum: etenim ideo visis effectibus manet anxius intellectus usque ad cognitionem causae quia obiectum intellectus ambit, et causam, et effectum. ergo eadem ratione visa causa debet anxius manere usque ad cognitionem effectuum a causa procedentium: ergo intellectus intelligitur imperfectum etiam si habeat cognitionem claram Dei non cognitis creaturis; ergo idem erit philosophandum de voluntate cum habeat ita universale et amplum obiectum.

13 Nec valet dicere quod intellectus et voluntas cum possessione Dei, et fruitione ipsius erunt satiati respectu inclinationis primariae, et praecipuae, quia nempe obiectum primarium nempe Deum possident; et ad paritatem quae opponitur huic solutioni ergo quod intellectus visis effectibus manet anxius et solicitus usque ad cognitionem causae, ergo similiter visa causa erit anxius usque ad cognitionem effectuum: respondent concedendo ans. et negando cons. ergo nempe quod visis effectibus non manet satiata primaria inclinatio intellectus, quae est ad cognitionem causae, sed solum manet satiata inclinatio secundaria, quae est ad creaturas tamquam ad effectus secundarios; at e contra visa causa manet satiatus intellectus quantum ad primariam inclinationem, licet maneat insatiatus, et anxius quantum ad inclinationem secundariam.

14 Haec solutio non valet, nec mihi placet nisi aliunde roboretur, et fortificetur; nam si semel est verum quod intellectus manet anxius, ut quantum ad obiectum secundarium, et secundum suam secundariam inclinationem, sequitur quod beatitudo quoad statum, non est status omnium bonorum aggregatione perfectus nam cum aliqua anxietate, non stat felicitas completa. insuper anxietas est de linea motus, seu quasi motus, et beatitudo dicit quietem, et fruitionem et delectationem in bono ergo incompossibilitatem dicit anxietas etiam circa obiectum secundarium cum beatitudine seu cum satietate circa obiectum primarium. unde haec solutione relicta.

15 Resp. intellectum et voluntatem esse perfecte satiata cum visione, et possessione Dei etiam si creaturas non cognoscat intellectus, etiam sub conceptu communi entis, unde haec conditionalis admittitur a theologis: si divina essentia videretur, non cognitis creaturis, etiam sub communi conceptu, ad beatificandum esset sufficiens, et subsisteret quoad essentiam vera beatitudo. quae doctrina sumitur ex Augustino lib. 4 conf. c. 5. ubi haec habet verba:
* infelix ille homo qui scit illa, scilicet entia creata, te autem nescit; beatus autem qui te scit, etiam si illa nesciat. qui vero te et illa novit non propter illa beatior, sed propter

propter se solus beatus* quia qui deum scit et cognoscit, et qui Deum possidet et habet, etiam si nihil creatum cognoscat et habeat, habet et possidet summum bonum, de cuius ratione est satiare perfecte intellectum, et voluntatem. Cuius ratio est, quia Deus seu summum bonum, eminenter continet omne creatum, unde qui possidet Deum licet non possideat aliquid creatum possidet eius aequivalentem, etenim ut communiter dicitur: Deus et creaturae non sunt quid perfectius Deo solo. quia creaturae in conspectu Dei nihil sint, seu quasi nihil reputentur unde dicitur Isaiae c. 40. omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo. et quasi nihil, et inanes reputatae sunt ei. Et Lucae cap. 18. dicitur nemo bonus nisi solus Deus. unde Deus se solo sufficit ad perfecte satiandum rationalem appetitum.

16

Nec valet dicere quod Deus non proponitur intellectui beati, ut eminenter continens omne verum, et omne bonum, unde etsi Deus eminenter contineat omne creatum non exinde sequitur perfecte satiare appetitum rationalem. secundum adaequatam sui inclinationem. Non inquam id obstat, nam etsi non proponatur ut continens creaturas, cum ut supponimus non sit necessarium, quod Deus ut sit obiectum beatitudinis, repraesentet creaturas etiam secundum conceptum omnium, tamen cum sit infinitum pelagus essendi, continens omne bonum excogitabile ita perfecte satiat, ut ad nihil maneat anxietas, neque in intellectu, neque in voluntate, alias, si aliqua maneret anxietas Deus non esset infinitus in satiando proindeque neque in bonitate. Et per hoc potest ad argumentum suprafactum in forma: respondetur negando assumptum seu primum antecedens, et ad probationem; dist. mai. implicat quod intelligatur perfecte satiata voluntas quin intelligatur possidens suum obiectum vel aliquid aequale suo obiecto, seu aliquid eminenter continens suum obiectum, conc. mai. si illud quod possidetur non est quid aequale obiecto voluntatis et eminenter continens obiectum voluntatis in sua universalitate. neg. mai. et concessa min. negatur. Cons. propter rationem datam. quia nempe Deus etsi non sit obiectum adaequatum extensive intellectus et

& voluntatis est quid eminenter continens obiectum adequatum, & quid intensive equale obiecto adequato intellectus & voluntatis. & per hoc patet ad probationem in contrarium.

17 Secundo probatur maior [illegible]

quia illud est obiectum primarium beatitudinis, in patria, quod est obiectum primarium Spei in via; sed obiectum primarium Spei in via est Solus Deus; ergo obiectum primarium Beatitudinis in patria est Solus Deus. maior constat. quia idem est immediatum terminus quietis & motus, ut patet in motibus corporalibus: etenim idem est locus in quem tendit grave, & in quo ipsum quiescit; unde cum Spes sit motus vel quasi motus & tendentia in rem Speratam, seu in obiectum speratum idem erit obiectum primarium Spei in via, ac Beatitudinis in patria. nam beatitudo est quies & permanentia in obiecto Sperato, quatenus adepto, & possesso. quo pacto definitur Beatitudo attenta sua permanentia & quiete ex eo quod sit Status omnium bonorum aggregatione perfectus. minor autem principalis patet, tum ex communi ratione virtutis theologice, que terminatur ad Deum in se, tum ex D. Th. 22. q. 17. a. 5. ubi docet Deum esse obiectum primarium Spei, & cum eo communiter theologi. Durando excepto cum paucis asserentibus obiectum Spei coalescere ex creato & increato.

§. III.

Resoluitur dubium quoad 2um partem.

18 Vidimus §. precedenti Deum se solo ut precisum ab omni creato esse sufficiens obiectum beatitudinis, nunc autem restat examinare, utrum Deitas Sub conceptu essentie Sit obiectum primarium beatitudinis, ita ut attributa & relationes, sint obiectum secundarium? vel an obiectum primarium sit totus Deus ut est in se, proindeque ut includens omnia attributa & relationes.

19 Presentis questionis decisio ex alia que in materia de attrib. ad q. 2. prime p. agitari solet nempe quid sit obiectum primarium motivum, & terminativum intellectus divini, dependet, sicut etiam ex alia que in tract. de visione. ad q. 12. 1. p. scilicet, quid sit obiectum primarium visionis beatifice. unde supposita doctrina que ibi communiter tradi solet a nostris thomistis nunc pro maiori presentis dubii intelligentia

Notandum

20 Notandum venit quod obiectum primarium alicuius potentiae, habitus, vel actus, dupliciter sumi potest, primo prout contra distinguitur ab obiecto pure materiali et extrinseco, et omnino secundario: qualiter creaturae sunt obiectum intellectus divini; et qualiter veritates creatae obscure revelatae sunt obiectum fidei; gloria corporis obiectum Spei, et proximus obiectum Charitatis. 2º potest sumi obiectum primarium alicuius potentiae, habitus, vel actus, prout contra distinguitur ab obiecto, quod licet revera non sit obiectum secundarium materiale, et extrinsecum, est tamen quid non primo et per se, inspectum a potentia, habitu, vel actu, licet sit quid identificatum seu modificans obiectum rigorose primarium, primo et per se, inspectum a potentia, habitu, vel actu: qualiter sonus ut acutus vel gravis est obiectum auditus, et color ut albus est obiectum visus; quae differentiae licet per se primo non inspiciantur ab auditu vel visu, tamen non sunt ita materialia obiecta ut creaturae sunt obiectum materiale intellectus divini, neque sicut ens rationis est obiectum intellectus, et methaphysicae. Sed revera sunt quid identificatum cum obiecto per se primo inspecto ab auditu, vel visu: Sonus enim, qui est obiectum per se primo inspectum ab auditu dividitur in gravem et accutum ut genus in suas species; similiter Color, qui est obiectum per se primo inspectum a visu dividitur in album et nigrum, et in alios colores medios, divisione generis in species.

21 Unde obiectum cuiusvis potentiae, habitus vel actus potest accipi tripliciter: primo quatenus est obiectum stricte et rigorose primarium. 2º quatenus est stricte, et rigorose secundarium, materiale, et extrinsecum. 3º prius medio modo se habet, ita ut revera pertineat ad obiectum primarium; licet non sit per se primo inspectum a potentia, habitu, vel actu: quae doctrina sumitur ex D. Th. 1. 3ae q. c. 98. et ex Ferrara ibidem. His ita praesuppositis.

§. IV.

Deciditur dubium.

22. Sit Conclusio. Deitas sub conceptu essentiae ut praecisa ab attributis, est obiectum primarium per se 1º inspectum a vera beatitudine, sumpto ly primarium stricte et rigorose, modo explicato.=

Probatur Sub. quia illud est obiectum primarium alicuius potentiae, habitus, vel actus in strictâ acceptione, quod ratione sui per se primo attingitur a potentia, habitu, vel actu, et ratione cuius caetera alia attinguntur; Sed Deitas ut praecisa ab attributis et relationibus ratione sui per se primo attingitur a nostra beatitudine formali, et e contra attributa et relationes, non ratione sui sed ratione essentiae divinae attinguntur; ergo Deitas sub conceptu essentiae, ut praecisa ab attributis et relationibus est obiectum rigorose primarium nostrae beatitudinis formalis. caetera patent probatur min. et quia habet duas partes, prima quae asserit Deitatem in se, esse obiectum per se primo rigorose inspectum a nostra beatitudine formali, constat, nam id quod ratione sui repraesentatur et movet id ipsum ratione sui possidetur a nostra beatitudine formali, ipsamque terminat; Sed Deitas sub conceptu essentiae ratione sui repraesentatur, et ratione sui movet, cum essentia Dei ut praecisa ab attributis, ut pro nunc supponimus, sit species qua utitur et informatur intellectus beati, ad suum obiectum beatificans adipiscendum, et possidendum: ergo Deitas sub conceptu essentiae ut praecisa ab attributis et relationibus ratione sui attingitur a nostra beatitudine. = Probatur ergo eadem min quoad 2am partem nam illud quod non ratione sui, sed ratione alterius adipiscitur, et possidetur a beato non ratione sui sed ratione alterius attingitur a beatitudine formali; Sed attributa et relationes non ratione sui sed ratione alterius, nempe ratione essentiae adipiscuntur et possidentur a beato; ergo attributa et relationes non ratione sui sed ratione essentiae attinguntur a nostra beatitudine. caetera patent probatur min. illud quod non ratione sui sed ratione alterius cognoscitur a beato, non ratione sui sed ratione alterius adipiscitur, et possidetur a beato; Sed attributa et relationes non ratione sui sed ratione essentiae cognoscuntur; ergo attributa et relationes non ratione sui sed ratione alterius adipiscuntur et possidentur a beato. maior constat, etenim sive consistat beatitudo formalis in actu intellectus, ut vera tenet sententia, sive consistat in actu voluntatis, sive in utroque, implicat quod a beato adipiscatur et possideatur obiectum beatificum, quin cognoscatur, ut ex terminis liquet. = Probatur ergo min. nam illud per se primo cognoscitur a beato, quod per se primo repraesentatur in specie

specie, qua stitr beatus ad intelligendu, et percipiendu obu beatificu; sed in tali specie primo, et perse representatr essentia, et raone essentiæ attributa et relationes ut pronunc ex locis citatis ex 1. p. supponimus, cu species sit essentia divina ut ab attributis, et relationibus distincta, ergo attributa et relationes non cognoscuntr raone sui, sed raone essentiæ, ac proinde attributa et relationes non adipiscuntr et possiduntr a beato ratione sui s. ratione essentiæ. ac perconseq. sola essentia ut condistincta ab omni prædicato etiã divo est obiectu stricte et rigorose primariu.

23

Confirmatr. Nã ut docet D. Th. lib. 3° g. c. 48. operatio proportionatr formæ, quæ est operationis principiu. ex qua propositione infert D. Th. quod q° essa divina est species qua Deus se ipsu intelligit, essentia divina est obiectu perse primo intellectus divini. unde num. 3. sic concludit: *relinquitr igitr nihil a Deo cognitu, quasi et perse intellectu nisi suã essentiã*, ex qua doctrina sic comprobatr et roborata nra concl. Beatitudo nra formalis, quæ utiq in operatione consistit proportionari debet formæ quæ est operationis seu beatitudinis formalis principiu; sed forma quæ est operationis principiu est essa divina ut ab attributis et relationibus distincta, ergo divina essentia, ut ab attributis et relationibus distincta, est obiectu per se primo inspectu a nostra beatitudine, et inde perse primo adeptu et possessu ab ipsa. mai. præter quã quod est D. Thæ. constat ex eo quod operatio ortu ducit a forma quæ est operationis principiu. unde nã trahere debet ab eadem forma, seu ab eodem principio. min. autem ex eo constat. ~~ex eo~~ quia species, quæ utiq est operationis principiu, et qua stitr beatus ad cognoscendu, et ad possidendu obiectu beatificu est essentia Dei ut ab attributis, et relationibus distincta.

24

S. Dices: Si Deitas ut ab attributis, et relationibus distincta esset obiectu primariu nostræ beatitudinis, in Deitate ut ab attributis et relationibus distincta consisteret nostra beatitudo obiectiva: sed hoc est falsu; ergo obu rigorose primariu nostræ beatitudinis non est Deitas ut ab attributis, et relationibus distincta. mai. videtr certa nã ex terminis obiectu

primarium beatitudinis est nostra beatitudo obiectiva; sicut etiam e contra nostra beatitudo formalis est actus attingens, et possidens immediate nostram beatitudinem obiectivam. Probatur ergo minor. nam si in Deitate ut ab attributis, et relationibus distincta consisteret nostra beatitudo obiectiva, et si per impossibile Deitas ut ab attributis et relationibus distincta videretur, et possideretur, attributis et relationibus non visis, nec possessis, maneret perfecte satiatus appetitus rationalis: sed esto per impossibile videretur Deitas seu essentia Dei, ut ab attributis, et relationibus distincta, et esto a Beato possideretur Deitas seu essentia Dei, si non viderentur nec possiderentur attributa et relationes non maneret perfecte satiatus appetitus rationalis, ergo est quod in Deitate ut ab attributis, et relationibus distincta nequit consistere nostra beatitudo obiectiva = Maior videtur certa. nam ideo communiter conceditur a Theologis haec conditionalis si per impossibile videretur divina essentia non visis creaturis, saltem sub conceptu communi entis, esset ad beatificandum sufficiens, et subsisteret quoad essentiam nostra beatitudo, quia etiam si sit impossibile absolute et ex terminis quod videatur ab aliquo Beato essentia Dei, quin videantur creaturae saltem sub conceptu communi entis, ut communiter tenent nostri Thomistae, 1. p. q. 12. tamen creaturae non pertinent ad obiectum primarium beatitudinis: ergo similiter etiam si sit impossibile quod videatur essentia Dei, quin videantur attributa, et relationes, tamen si per impossibile hoc accidisset divina essentia esset ut ab attributis et relationibus distincta ~~[illegible]~~ esset sufficiens ad satiandum et exhauriendum rationalem appetitum, proinde esset ad beatificandum sufficiens.

25. Minor autem principalis probatur 1º: quia esto per impossibile videretur et possideretur a Beato essentia Dei, non visis, nec possessis attributis non videretur, nec possideretur a Beato bonum infinitum in omni linea, sed solum bonum infinitum, in determinata linea essentiae; sed obiectum sufficiens ad satiandum perfecte rationalem appetitum debet esse bonum infinitum in omni linea; ergo esto per impossibile videretur, et possideretur a Beato essentia Dei non visis, neque possessis attributis et personalitatibus seu relationibus non maneret perfecte satiatus appetitus rationalis. maior constat nam essentia

ess.ª Dei sub conceptu essentiæ non est infinita in linea attributali, neq in linea relativa, et personali alias attributa et relationes superfluerent = min. autem pbr. q.º obiectum sufficiens ad satiandum perfecte appetitum rationalem debet auferre anxietatem omnem ipsius appetitus; S.ᵈ anxietas appetitus rationalis, solum potest auferri per possessionem boni infiniti in omni linea; ergo obiectum sufficiens ad satiandum perfecte appetitum rationalem debet esse infinitum in omni linea.

26

Secun do.

Pbr eadem principalis min. q.ª illud sufficit ad satiandum perfecte appetitum rationalem, quod sufficit ad quietandum intellectum; sed esto per impossibile videretur essentia Dei, si attributa et relationes non viderentur, non esset sufficiens obiectum ad quietandum intellectum; ergo esto per impossibile videretur et possideretur a Beato essentia Dei, non visis nec possessis attributis, non maneret perfecte satiatus appetitus rationalis. Mai. videtur certa, nam ita amplus et extensus est appetitus rationalis in appetendo, ac intellectus in cognoscendo. Min etiam est constans, nam visa essentia Dei anxius maneret intellectus usq ad cognitionem modi quo subsistit, quiquidem modus implicat cognosci non visis relationibus cum essentia Dei subsistat in tribus divinis personis, et insuper maneret anxius usq ad cognitionem perfectionum quæ ab essentia necess.º exiguntur, quæ perfectiones attributa constituunt; ergo est q.ª ad quietandum intellectum non sufficit videri essentia Dei, non visis attributis, et relationibus. proinde ad satiandum perfecte appetitum rationalem non est sufficiens obiectum ess.ª Dei, ut ab attributis et relationibus distincta.

27

Præsens obiectio, quæ utraq difficilis est, neutiquam infringit nostræ concl.is vires, et robur, etenim ex illa et ex rationibus in illa attactis non convincitur attributa et relationes pertinere ad obiectum primarium, quod est tale rigorose, et ratione sui attactum a nostra beatitudine formali, sed solum pertinere ad obiectum primarium, ut aliquid in illo inclusum, et necess.º conexum cum illo, ad modum quo

ipsa attributa, et relationes, non pertinent ad methaphysicam constitutionem Dei, licet sint perfectiones fisice necessario identificatae cum Deo; unde sicut ob defectum fisicum unius attributi non licet inferre exterminis, et apriori defectum methaphysicum essentiae, licet si per impossibile defficeret unum attributum absolute defficeret totus Deus; ita similiter stante per impossibile possessione Deitatis sub conceptu essentiae absque eo quod possiderentur a Beato attributa, et relationes, staret utique methaphisicum obiectum beatitudinis, quo ad essentialia, at non staret phisicum ipsius beatitudinis obiectum constitutivum, quod utique est totus Deus ut est in se. = unde ad replicam in forma resp. dist. mai. Si Deitas, ut ab attributis et relationibus distincta, esset obiectum primarium beatitudinis, in Deitate sub ut ab attributis et relationibus distincta, consisteret nostra beatitudo obiectiva, metaphisica, concedo mai. consisteret fisice et in re neg. mai. et eodem modo distincta minorem neg. Conseq. quae solutiones non infringunt probationem in contrarium iactam. = At ut plene fiat satis probationi in contrarium appositis, resp. distingo etiam mai. Si in Deitate, ut ab attributis, et relationibus distincta, consisteret nostra beatitudo obiectiva, si per impossibile possideretur a Beato essentia, non visis, nec possessis attributis, et relationibus maneret perfecte satiatus appetitus rationalis, si sermo sit de satietate metaphisica, quatenus satietas idem est ac integritas, et perfectio metaphisica, concedo mai. Si sermo sit de satietate phisica in re existenti nego mai. et dist. min. eodem modo et nego Conseq, vel distinguatur isque eodem modo = Ad 2m probationem in contrarium dicatur quod ideo illa conditionalis est absolute vera, quia creaturae absolute, et simpliciter pertinent ad obiectum secundarium beatitudinis, et neutiquam ad obiectum primarium expectant, neque ad primarium rigorose tale, neque ad primarium aliquo modo, ut fuse expliccuimus in notabilibus: at e contra attributa, et relationes, et si non pertineant ad obiectum metafisice primarium, rigorose sumptum, tamen attributa, et relationes pertinent ad obiectum primarium beatitudinis fisice inspectum,

unde

Unde attributa, et relationes sunt modi, seu quasi modi vel proprietates, necess. afficientes obiectum metaphysice et rigorose primarium beatitudinis.

QVÆSTIO SECVNDA.

Utrum si per impossibile videretur essentia Dei non visis attributis, et personalitatibus esset sufficiens obiectum beatitudinis?

§. I.

Prænotantur nonnulla.

Supponit quæstio quod de facto non videtur essentia, non visis attributis, et relationibus, unde de facto quilibet Beatus videt omnia prædicata necess. existentia in Deo, quæ suppositio certissima est apud omnes Theologos, dicitur enim 1. Joan. c. 3. Cum apparuerit similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est. ergo Si videtur Deus a Beatis sicuti est, ergo videntur de facto omnia prædicata necess. existentia in Deo, nempe attributa et relationes. = Imo iuxta Thomistas cum suo Angelico Mag. etiam de potentia absoluta implicat, essentiam divinam videri non visis attributis et relationibus. Ut communiter dicitur ad. q. 12. 1. p. — 2. 8. 1.

Ast licet hoc ita verum sit, uti licet supp. impossibili, ad rerum naturas perfecte dignoscendas, qua ratione licet sit impossibile quod videatur Deus, et quod creaturæ possibiles non videantur saltim sub conceptu communi entis, tamen ad naturam beatitudinis obiectivæ dignoscendam utiliter statuunt Theologi hanc suppositionem. Utrum nempe, Si per impossibile videretur Deus, non visis creaturis omnibus sub conceptu communi entis, subsisteret adhuc sufficiens obiectum beati- — 2

tudinis? Cui dubio affirmative respondent. ex eo quod creatu-
ræ in conspectu Dei nihil sunt, et viso Deo videtur quid æquivalens,
unde nihil bonitatis deficit obiecto beatitudinis ad beandum: simi-
liter ergo ad eiusdem beatitudinis naturam dignoscendam, stimur, et
stabilitur prædicta supp.e etsi absolute impossibili.

3

§ II.
Statuitur Conclusio.

Nostra Conclusio est negativa. Unde dicimus quod si per impossi-
bile videretur essentia Dei, non visis attributis et relationibus, præ-
indeque quolibet prædicato divino necessario existenti in Deo, non viso,
non ~~sufficeret~~ subsisteret sufficiens obiectum beatitudinis = est
contra Scotum in 1. dist. 1. q. 2. et communiter Doctores Scotistas
et alios modernos Societatis. = est tamen nostra Conclusio communis
thomistarum cum Angelico D. præsertim 22. q. 2. ar. 8.

Probant ali-

4

qui hanc Conclusionem. 1o ex eo quod implicat Deum videri, et non vide-
ri ut trinum. = 2o ex eo quod relationes addunt perfectionem
ad essentiam, unde non visis relationibus non subsisteret cognitio
totius bonitatis. = Ast nostri thomistæ refutant, et merito
prædictas rationes: 1am ex eo quod destruit hypotesim fac-
tam, quia debet admittere ut detur quæstioni locus. 2am ex eo
quod falso, vel valde dubio nititur fundamento. et in-
super quo etsi dicant perfectionem, poterit stare quod non
pertineat ad obiectum beatitudinis, cum de hoc sit præsens dubium.
Unde

5

Communiter aliter Salmanticenses thomistæ probant hanc
Conclusionem sequenti ratione: quia ut divina essentia sit obiectum sufficiens
ad nos beatificandum debet videri ut est in se; sed divina
essentia ut est in se includit attributa, et relationes, ergo ut
essentia divina sit obiectum sufficiens ad nos beatificandum debet in-
cludere attributa, et relationes. min. supponitur, quia nempe
Deus ut est in se, est, et trinus, et omnipotens, æternus,
immensus, et infinitus ambiens proinde omnem plenitudinem essendi.
maiorem autem probant tripliciter. 1o ex illo Ioan. cap. 3. citato.
in qua propositione illa verba: quia videbimus eum sicuti est, [illegible]
denotat causam, et rationem apriori ad suadendum visionem beatificam

ceterum

eatenus esse beatifica quia ad Deum ut est in se terminatur. 6

Secundo probant eandem mai. ex eo quod cognitio Dei ut sit beatificativa, debet esse intuitiva; sed cognitio intuitiva debet terminari ad obiectum ut est in se; ergo ut visio Dei sit beatificativa debet terminari ad Deum ut est in se. proinde divinum esse ut sit sufficiens obiectum ad nos beatificandum debet includere attributa, et relationes.

Tertio probant eandem mai. ex eo quod cognitio Dei ut sit beatificativa debet quietare appetitum gratiae; sed gratia cum sit semen gloriae, inclinat ad videndum Deum ut est in se; ergo cognitio Dei ut sit ad beatificandum sufficiens debet terminari ad Deum prout est in se. Sic illust. Godoi et Gonet. 7

§. III.

Reiicitur praecedens ratio.

Ast venia ipsorum mihi non placet haec sua ipsorum communis ratio: unde contra illam sic insurgo: Semel facta, et admissa hypotesi, quae disputationis gratia, ipsi, et nos admittimus, non probat praedicta rao. ergo incongrue ad id suadendum assumitur. ans, seu assumptum pbo: quia ex praedicta raone ut ab ipsis efformatur infertur destructio hypotesis, ex eo enim quod implicat Deum videri, et non videri ut de facto est in se, nempe ut Trinum, et ut omnia ambiens, inferunt esse divum praecisum ab attributis et relationibus, non esse obiectum sufficiens ad nos beatificandum; ergo potius destruunt hypotesim, quam id suadeant. ans est ipsa rao ut ab ipsis proposita, cons. autem probatur: quia insistunt in eo quod quia debet videri Deus ut est in se, nempe ut omnia ambiens, ideo illum prout sic est sufficiens obiectum beatitudinis; sed hoc est manifeste destruere hypotesim factam; ergo destruunt hypotesim quam fingunt admittere, unde potius illudunt rationem, quam serio ea id suadeant. = Quod sic amplius ostendo: quia in hypotesi facta potest videri Deus in se, quin videatur ut de facto est Deus in se, nempe quin videatur ut trinus, et ut omnia attributa ambiens. unde in hypotesi facta videtur Deus in se etiam si attributa et relationes lateant Beatum, neque ipse beatus illorum aliquam habeat 8.

Sed hypotesi... hypotesi qua... potest videri... ...atri...

notitia. quia Beatus videns ess. div. prout sic percipit. videt in sua apprehensione omne bonum, cum revera videat obiectum infinite bonum: ergo praedicta ratio sic ab ipsis efformata non convincit.

9 Unde ad rationem in forma dispositam quae sola resolutioni obstare potest. respondeo dist. mai. Div. ess. ut sit obiectum sufficiens ad nos beatificandum debet videri ut est in se; nunc de facto, nego mai. ut est in se, in illa hypotesi, seu prout obiicitur in re in illa hypotesi conc. mai. Sed ut est in se includit attributa et relationes: dist. min. nunc de facto concedo min; prout est in se in illa hypotesi, et prout obiicitur in illa hypotesi nego min. et cons. = Ad 1am probationem quae huic solutioni potest obstare, resp.: causam illam ab Amarti discipulo assignatam procedere absolute nulla facta hypotesi impossibili, unde non venit ad rem = Ad 2am probat. dist. mai. visio ut sit beatificativa debet esse intuitiva obiecti beatificantis reduplicative ut talis concedo mai. secundum omnia quae obiectum nunc de facto includit nego mai. et dist. min notitia intuitiva debet terminari ad obiectum prout est in se absolute, et de facto nego min. prout supponitur posse videri in illa hypotesi concedo min. et nego cons. = Itaque dicimus quod illa notitia esset intuitiva, ut pote terminata ad divinam essentiam existentem, licet alia praedicata de facto et necess. cum ipsa identificata non videret; quia supponit hypotesis admissa, quod licet illa praedicata sint necess. identificata possunt non videri etiam si videatur ess. = Ad 3am probationem dicimus, quod in hypotesi facta gratiae appetitus solum esset ad cognitionem boni infiniti, qualis esset div. ess. unde non licet arguere ex inclinatione quam de facto habet gratia, ad inclinationem quam pro tunc haberet, ac per consequens praedictus modus nostrae doctrinae [illegible] mihi displicet.

§. IV.

Expenditur, et reiicitur alia ratio.

10 Secundo probant nostram doctrinam sequenti discursu: illud obiectum est sufficiens ad nos beatificandum, quod ad Deum beatificandum sufficit; sed div. ess. sola non est sufficiens obiectum

ad

ad Deum beatificandum; quin neque ad nos beandum sufficit. 11

At similiter praedictum ratiocinium, ut iacet, mihi displicet, etenim in praedicto ratiocinio, ut intentum suadeat, debet fingi, et supponi alia hypotesis, scilicet utrum si Deus posset videre suam essentiam non visis attributis, et relationibus subsisteret sufficiens obiectum suae beatitudinis, et insuper praedictum ratiocinium debet supponere negativam resolutionem huius hypotesis, alias si hoc non supponitur, si praedicta hypotesis non admittitur quia forte non solum erit implicatoria, sed duplicatoria, poterit negari maior, unde non vincet intentum. vel si admittitur hypotesis, et tenetur pars affirmativa poterit negari minor. proindeque praedicta ratio non vincit. 12

Dices quod si in praedicta hypotesi essentia Dei visa adeo quin Deus ipse videret attributa, et relationes, essentia Dei prout sic esset sufficiens obiectum ad Deum beandum, esset divina essentia sic praecisive visa obiectum comprehensionis Dei; sed hoc est impossibile; cum comprehensio exigat attingere omne praedicatum connexum cum ipso obiecto; ergo divina essentia non esset obiectum sufficiens, ad beatificandum. 13

Respondeo quod in praedicta hypotesi videns Deus suam essentiam, et non videns attributa, et relationes, comprehenderet suam essentiam quoad sibi essentialia, licet non quoad attributalia, et personalia: unde cum prout sic sit obiectum infinite bonum esset sufficiens obiectum ad Deum beandum. 14

Dices quod est chymera quod comprehendatur essentia et quod non comprehendantur eadem cognitione attributa, et relationes. 15

Respondeo quod ex terminis est chymera quod unum non comprehendatur de facto non comprehenso alio; at ex suppositione facta et admissa, disputationis gratia, infertur posse videri essentiam quin videantur attributa, et relationes, et similiter posse comprehendi essentiam quin comprehendantur attributa, quod et instatur in frequentissimo exemplo ab ipsis admisso nam et si sit

impossibile, et chymera quod Deus comprehendat suam essentiam quin simul comprehendat creaturas, tamen admittunt hypotesim in qua si per impossibile Deus videret seipsum, non visis creaturis adhuc subsisteret sufficiens obiectum ad beatificandum non solum nos, sed et ipsum Deum; ergo et si sit chymera quod Deus comprehendat suam essentiam quin simul comprehendat attributa, et relationes, tamen in hypotesi facta poterit concedi quod essentia Dei sit sufficiens obiectum ad Deum beatificandum, proindeque etiam ad nos.

16 Replicabis, et ingeniose quod ideo si per impossibile Deus videret se ipsum et non videret creaturas subsisteret obiectum sufficiens ad beandum ipsum Deum; quia creaturae absolute, et simpliciter sunt obiecta secundaria comprehensionis, ast extra attributa et relationes non sunt obiecta secundaria comprehensionis, proindeque in hypotesi quod Deus non videret creaturas subsisteret obiectum suae beatitudinis; caeterum in hypotesi quod Deus videret suam essentiam, et non videret attributa, et relationes, non subsisteret obiectum suae beatitudinis proindeque nec nostrae, quia attributa et relationes non sunt obiecta secundaria et materialia.

17 Hucusque ex visceribus thomistarum, quos impugnamus, sugillavimus in nostrum potius rationem et fulcimenta quae videntur in sua doctrina continere, ad suam rationem stabiliendam. Ast contra hanc ultimam replicam sic insurgo: nam in hypotesi facta non minus attributa, et relationes pertinent ad obiectum secundarium simpliciter beatitudinis, quam creaturae, ergo si quia creaturae pertinent ad obiectum simpliciter secundarium beatitudinis, et comprehensionis, ideo et si Deus creaturas non videat nec comprehendat dummodo se ipsum videat, et comprehendat, subsisteret obiectum sufficiens beatitudinis ipsius, quia attributa, et relationes pertinent in hypotesi facta ad obiectum secundarium beatitudinis, essentia sola erit sufficiens obiectum ad Deum beatificandum: antecedens in quo est difficultas, probatur: quia ideo creaturae sunt, et pertinent ad obiectum

secundari[um]

Secundarius simpliciter tale, ergo sunt quid extrinsecum ad Deum; sed in hypotesi facta attributa, et relationes, sunt quid extrinsecum ad esse, et ad visionem; ergo in hypotesi facta saltem minus attributa et relationes pertinentad obiectum secundarium quam creaturae. min. probatur. nam Si attributa, et relationes pertinerent ad obiectum primarium non posset stare visio quin viderentur attributa et relationes; implicat enim existentia actus absque existentia sui obiecti primarij; sed in hypotesi facta supponitur quod videtur essentia quin videantur attributa, et relationes: ergo est quia ex hypotesi facta necessario convincitur attributa et relationes esse quid omnino extrinsecum ad visionem: proinde ergo attributa et relationes, ~~esse~~ simpliciter pertinere ad obiectum materiale, et secundarium.

§. V.

Vera ratione stabilitur Conclusio.

Unde his rationibus omissis, et in sua probabilitate relictis, aliter venit probanda nostra Conclusio: quia illud obiectum est sufficiens ad nos beatificandum, quod est sufficiens ad quietandum, et satiandum rationalem appetitum; sed si per impossibile videretur essentia divina, et non viderentur attributa, et relationes non subsisteret obiectum sufficiens ad quietandum, et satiandum appetitum rationalem; ergo Si per impossibile videretur essentia Dei quin viderentur attributa et relationes non subsisteret obiectum sufficiens ad nos beatificandum. mai. constat: etenim beatitudo excludit omnem anxietatem; ergo illud obiectum erit sufficiens ad nos beatificandum quod est sufficiens ad satiandum, et replendum appetitum rationalem. min autem probatur: Si per impossibile videretur essentia divina quin viderentur attributa et relationes non videretur bonum infinitum in omni linea, sed solum infinitum in determinata linea scilicet, in linea essentiae; sed si non videtur bonum infinitum in omni linea non videtur sufficiens obiectum ad quietandum, et satiandum appetitum rationalem; ergo Si per impossibile videretur essentia divina quin viderentur attributa, et relationes non subsisteret sufficiens obiectum ad quietandum, et satiandum rationalem appetitum. mai. constat, etenim essentia divina non est formaliter Infinita in linea attributorum, et in linea terminandi qualiter terminantur rela-

18

tiones; alias attributa & relationes superfluerent, & ess. esset ex se incommunicabilis, ut pote haberet ex se absq indigentia relationum incommunicabilitatem, quam formaliter praestaret ipsi relationes, quod est contra fidem. Min autem probatur nam obiectum sufficiens ad quietandum & satiandum appetitum rationalem debet esse sufficiens ad omnem anxietatem ipsius repellendam, & eliminandam. Sed si obiectum non est infinitum in omni linea, nequit repellere, & eliminare anxietatem rationalis appetitus; ergo si non videtur bonum infinitum in omni linea non verificatur sufficiens obiectum ad quietandum, & satiandum rationalem appetitum. mai constat, & min quoque non est minus certa, & clara, etenim etsi videatur bonum infinitum unius lineae si alias latet bonitas simpliciter infinita alicuius l. alterius lineae erit appetitus anxius & sollicitus versus ad adeptionem, & possessionem illarum, vel illius.

Dices:

19 quod si per impossibile videretur ess. Dei etiam si non viderentur attributa, & relationes adhuc verificaretur sufficiens obiectum ad quietandum, & satiandum rationalem appetitum, proindeque & ad nos beatificandum: ergo nostra ratio non vincit. ans in quo est difficultas ostenditur quia si propter aliquam rationem ess. div. sic visa non esset sufficiens ad praedictum effectum appetitus praestandum. maxime propter rationem ibi assignatam, ob defectum nempe infinitatis in omni linea; sed licet non sit infinita formaliter in omni linea, est tamen eminenter infinita in omni linea cum omnis attributalis, & relationum infinitas ortum habeat ab ess. & ab ipsa originem habeat; ergo si per impossibile videretur ess. quin viderentur attributa, & relationes subsisteret adhuc sufficiens obiectum ad quietandum & satiandum rationalem appetitum. proindeque & ad nos beatificandum.

Resp. quod esi ess.

20 divina sit formaliter infinita in sua linea, & eminenter in aliis, quia nempe praecontinet radicaliter, & ut causa virtualis perfectiones, & infinitudines attributorum, & relationum, tamen haec continentia eminentialis sufficere nequit ad anxietatem appetitus rationalis evellendam, & eliminandam; ergo replica nullo est. assumptum probo nam et si sit ess. div. eminenter infinita in

in linea attributorum, et relationum, non continet explicite eorum perfectiones; sed eo ipso appetitus rationalis anxius erit usque ad adeptionem claram totius bonitatis; ergo praedicta continentia eminentialis sufficere nequit ad omnem anxietatem appetitus rationalis evelendam, et auferendam. maior constat, et probatur minor. quia si intellectus non videt clare perfectiones attributorum et modum quo essentia divina subsistit, nempe in tribus Personis, solicitus erit usque ad praedictam cognitionem capescendam; ergo anxius, et solicitus erit appetitus rationalis usque ad claram et perfectam adeptionem, et possessionem totius bonitatis in se ipsa fortiter, ergo usque dum omnia praedicata divina detegantur nequit subsistere sufficiens obiectum ad quietandum, et satiandum appetitum rationalem. et inde ergo neque ad nos beatificandum.

Roboratur, et confirmatur amplius nostra conclusio. Si per impossibile videretur unum attributum non visa essentia divina non subsisteret sufficiens obiectum nostrae beatitudinis; ergo si per impossibile videretur essentia quin viderentur attributa, et relationes non subsistet sufficiens obiectum ad nos beatificandum. antecedens videtur certum, quia etsi quodlibet attributum sit infinitum in sua linea non continet perfectionem cuiuslibet alterius lineae: ergo visio unius attributi absque eo quod omnia praedicata divina detegantur sufficiens non est ad nos beatificandum. tum ipsum antecedens patet quia si per impossibile videretur unum attributum quin videretur essentia non esset sufficiens obiectum ad omnem anxietatem appetitus evelendam, sed adhuc esset solicitus usque ad adeptionem, et cognitionem naturae, cuius est attributum. prima autem consequentia tenet a paritate rationis.

Dices: quod ideo si per impossibile videretur unum attributum quin videretur essentia non staret sufficiens obiectum ad nos beatificandum, quia illud attributum non contineret eminenter perfectiones et infinitudines alterius lineae, cum non sit attributum causa, vel quasi causa virtualis cuiuslibet alterius praedicati divini ab ipso. at essentia ob oppositam rationem essentiae divinae si per impossibile videretur quin viderentur attributa ideo esset sufficiens obiectum ad nos beatificandum.

23 **R**esp. 1° quod ut iã vidimus eminentialis continentia quæ resplendet in ess.^a respectu attributorum et relationum non sufficit ad omnem anxietatem appetitus rationalis auferendam et evertendam, cum potius excitet ipsum ad illas perfectiones, quas ut virtualis causa continet ess.^a dignoscendas =

24 Secundo resp.° quod sicut ess.^a div.^a continet eminenter radicaliter infinitudines cuiuslibet alterius lineæ, quia causa vel quasi causa virtualis ipsarum est respectu cuiuslibet alterius lineæ, ita etiam quodlibet attributum, quia infinitum formaliter est in sua linea, continet per identitatem (quæ identitas in prædicta hypotesi non percipitur ab intellectu) perfectiones ess.^æ et attributorum, ergo si hæc continentia per identitatem quia non percipitur et dicitur illud quod sic præcontinetur non sufficit ad hoc ut unum attributum sit sufficiens obiectum ad nos beatificandum, similiter præcontinentia eminentialis, quæ sortitur ess.^a div.^a respectu attributorum et relationum, quia est causa, vel quasi causa virtualis ipsorum, non sufficiet ad nos beatificandum quia talem præcontinentiam non manifestat ess.^a clare et formaliter attributa et relationes præcontenta in ipsa: proinde quod sicut si per impossibile videretur unum attributum absque alio non esset sufficiens obiectum ad nos beatificandum, ita similiter si per impossibile videretur ess.^a quin viderentur attributa et relationes non subsisteret sufficiens obiectum ad nos beatificandum.

§. VI.
Notamentum breve.

24. **P**oterat obiici quod stante obiecto primario alicuius potentiæ, habitus, vel actus nequeunt non subsistere potentia, habitus, vel actus; sed si per impossibile videretur ess.^a Dei quin viderentur attributa, et relationes, verificaretur obiectum primarium beatitudinis; quod ut vidimus q. præcedenti est ess.^a div.^a ut ab attributis, et relationibus distincta; ergo etiam si per impossibile videretur ess.^a div.^a quin viderentur attributa, et relationes subsisteret sufficiens obiectum ad nos beatificandum.

25 **A**t hoc argumentum ex dictis quæstione præcedenti manet dilutum, cæterum ne videatur manere absque solutione claritatis et brevitatis causa resp.° dist.^do mai. stante obiecto

primario

primario tam fisico quam metafisico, concedo mai. stante obº primario metaphisico praecise subdist. si obiectum primarium metaphisicum dicitur ad vertentiam cum obº phisice primario, concedo mai. Si metaphisicum dicit conexionem necessariam cum obº fisice primario, quia illud est modus necessario conexus cum obº metaphisice primario, vel quod identificatum fisice cum illo nego mai. et dist. min. eisdem terminis; et si ut ab attributis et relationibus distincta est obiectum primarium beatitudinis fisice, nego min. metaphisice, subdist. ita ut relationes, et attributa nullo modo pertineant saltim ut modi, seu quasi modi vel affectiones ipsius essentiae ad ipsum ut ad obiectum primarium nego min. ita ut ad ipsum modo dicto pertineant concedo min. et nego cons. Solutio ex dictis quaest. praecedenti constat, et insuper instatur in obiecto visus. obiectum primarium metaphisicum visus est color ut sic. et tamen implicat quod intellecto colore ut sic, absque eo quod intelligatur ut contractus per aliquam differentiam ut puta vel per albedinem vel per nigredinem, intelligatur posse dari visionem corpoream; cuius ratio est quia et si albedo v.g. non sit de metafisico constitutivo obiecti visus est tamen de fisico ipsius constitutivo, et identificatum cum obiecto metafisico visus ideo implicat visionem corpoream subsistere quin intelligatur terminata ad colorem sub aliqua specie contractum.

26 Aliud argumentum utique difficile, desumptum ex eo quod Pater aeternus pro priori originis quo intelligitur ante Filium intelligitur Beatus, proinde videtur quod potest stare beatitudo absque eo quod terminetur ad personas quod est fundamentum Scoti, cum suis. videri potest apud illustrissimum Godoi hic. disp. 2. n. 44. quapropter ne illud transcribere videamur illud omitto. Et haec sufficiant circa beatitudinem obiectivam.

DISP. II. DE BEAT.NE FORMALI.

QVÆST. I.

Utrum Beatitudo formalis consistat in actu?

§. I.

Praenotantur nonnulla, et duae ss.ae referuntur.

1\. Ut cum claritate procedamus, et in quo beatitudo formalis consistat facile dignoscamus quid sit ipsa formalis beatitudo, attenta eius definitione, et natura praetermittere oportet, est enim beatitudo formalis ut ipsa communis animi conceptio indicat, ipsa adeptio seu possessio beatitudinis obiectivae, nempe Dei qui est nostrae beatitudinis obiectum. unde beatitudo formalis quo ad esse illam formalitatem explicat qua nobis coniungitur et nobis inest ipsa beatitudo obiectiva, seu res illa nos beans, et felices constituens nempe summum bonum, dicitque proinde beatitudo formalis unionem qua nobis approximatur et coniungitur summum bonum possessum. unde iuxta varios et diversos modos quibus Deus nobis unibilis est varie, et diversimode sunt oppinati Theologi.

2\. Prima s.a asserit Beatitudinem formalem consistere in quodam illapsu, seu quasi transfusione qua Deus in substantiam animae illabitur et transfunditur ipsam deificando, quo illapsu div.a ess.a adest intrinsece animabus Beatorum. Unde asserit haec sententia quod prius ad unionem cum potentiis intelligitur perfecta nostra formalis beatitudo = Pro cuius sententiae intelligentia notanda et recollenda est doctrina quae in 1. p. q. 8. de immensitate Dei. §. 6. n. 59. tradidimus circa nostrum illapsus, et quae nostri Thomistae ibidem, et 1. p. q. 12. de visione, et in tract. de Angelis tradere solent = Est ergo illapsus ingressus unius substantiae superioris, intra terminos alterius substantiae inferioris, intra terminos utique essentiales. unde ut late locis citatis diximus Solus Deus potest illabi proprie intra terminos substantiae creatae v. g. intra essentiam Angelorum, et hominum, in quos praecipue Deus illabitur producendo gratiam sanctificantem; unde unio per illapsum est unio qua per operationem immediatam intra terminos essentiales rei agit, unde intra terminos substantiae praecipue spiritualis, Solus Deus illabi potest, ibi aliquid operando et producendo saltim ipsum esse. Ang.s autem illabi potest intra terminos quantitatis, non utique producendo esse in quantitate, quia hoc est proprium Dei; sed ibi aliquid aliud operando, quod explicat Angelicus Mag. in 2. dist. 8. q. 45. ar. 5. ad. 3.

ad. 3. huius verbis: * Angelus operans intra terminos corporalis quantitatis, corpori illabitur, non autem ita quod sit intra terminos essentiae suae, nec sicut pars, nec sicut virtus dans esse, quia esse est per creationem a Deo: Substantia autem spiritualis non habet terminos quantitatis, sed tantum essentiae; et ideo in ipsam non intrat nisi ille qui dat esse, scilicet Deus creator, qui habet intrinsecus essentiae operationem. *

3

Hanc igitur sententiam tenet absdubio Henricus de Gandavo quodlib. 13. q. 12. caeterum haec sententia nec scripturae, nec rationi consona est: non scripturae quia ut inferius constabit quoties fit mentio in ipsa de nostra beatitudine explicatur per operationem elicitam a Beato, ergo contra sacras litteras sustineri nequit praedicta sententia. Non similiter est rationi consentanea quia in illa unione consistere debet beatitudo per quam habetur Deus et possidetur a Beatis; sed per unionem qua Deus medio illapsu uniri potest beatis non habetur et possidetur Deus ab ipsis, ergo in tali illapsu consistere nequit beatitudo. maior est certa, beati enim ideo comprehensores dicuntur quia media beatitudine Deum possident et habent, et eo fruuntur. minor autem est etiam certa cognita illapsus natura, nam per illapsum potius Deus possidet rem in quam illabitur quam econtra possideatur ab ipsa: quod patet ex eo quod ut vidimus et ex natura illapsus constat Deum illabi in animam nihil aliud est quam operari aliquid in ea, saltem ipsius esse quod fit per illapsum communem et generalem quo Deus est in rebus secundum immensitatem. unde ut late diximus § 6. n. 59. ex prima parte q. 8. hoc fit per operationem qua Deus tribuit et conservat in rebus esse, proinde quia medio illapsu Deus continet, et possidet rem in quam illabitur. iuxta illud Ap. ad Heb. 1. portans omnia verbo virtutis suae, unde ut ibidem docuimus, per immensitatem potius Deus continet creaturas, quam ab ipsis contineatur.

4

Vicentius: Si Beatitudo consisteret in speciali illapsu quo Deus specialissime uniretur animabus Beatorum, et Substantiis Angelicis pro priori ad intellectum, et voluntatem intelligentiae quis perfecte beatus; sed hoc est omnino falsum; imo implicatorium; ergo nostra beati-

tudo nequit consistere in speciali illapsu quo Deus in essentias Beatorum illabatur. maior est evidens. etenim quia esse Sanctum fit mediante gratia habituali, et esse Sanctum consistit in quodam speciali illapsu quo Deus in animabus justorum producit gratiam, pro priori ad intellectum et voluntatem intelligitur quis Sanctus, Deificatus. Amicus Dei et particeps divinae naturae. Ergo si Beatitudo seu esse beatum formaliter consisteret in speciali illapsu quo Deus specialiter assistit animabus beatorum pro priori ad intellectum et voluntatem intelligeretur quis beatus. = min autem probatur quia implicat quod aliquis intelligatur perfecte beatus absque cognitione obiecti a quo obiective beatificatur; ergo falsum, et implicatorium est dicere quod Beatitudo consistit in speciali illapsu, quo Deus unitur animabus justis. = Item quia implicat quod intelligatur quis perfecte beatus absque eo quod intelligatur satiatus appetitus rationalis: Sed iste implicat quod perficiatur, et satietur absque cognitione boni quo satiatur, ergo implicat quod beatitudo consistat in quodam speciali illapsu quo Deus uniatur animabus Beatorum.

5

Secunda

sententia asserit Beatitudinem formalem consistere in habitu deificante essentiam animae, et potentias ad operandum perficiente, ita D. Bonaven. in 4. dist. 49. ar. 1. q. 1. et q. 4. = Sed haec sententia nequit sustineri unde contra illam sic insurgo: Si beatitudo consisteret in habitu pro priori ad operationem verificaretur beatitudo, ergo Sed hoc est falsum; ergo beatitudo nequit consistere in habitu. maior constat, nam quia gratia sanctificans consistit in habitu animam deificante, et fides in habitu intellectum perficiente, et Spes, et Charitas in habitibus voluntatem elevantibus, pro priori ad operationem immo in dormientibus verificatur existentia praedictorum habituum, et inde existentia effectuum formalium ipsorum. min. autem probatur nam pro priori ad operationem non verificatur adeptio et possessio summi boni, Sed beatitudo consistit in adeptione, et possessione summi boni; ergo beatitudo nequit verificari pro priori ad operationem. maior constat etenim pro priori ad operationem si existat habitus existit ut in potentia ad suum exercicium. et min. etiam est certa

nam

nam cum Beatitudo sit perfecta quies auferens anxietatem appetitus rationalis necesse beatitudo dicit adeptionem, et possessionem summi boni.

6

Accedit etiam ad hoc dictum Arist. 12 Metaph. c. 9. tex. 51. ubi ait * si Deus est dormiens non erit Beatus: Sed praeviori ad operationem intellectus, et voluntatis intelligitur quis ut dormiens; ergo non intelligitur Beatus.

7

Sed dices: quod Si Beatitudo consistit in eo quod Deus teneatur, et possideatur a beato, beatitudo debet consistere in habitu, et non in actu; Sed iuxta rationem a nobis efformatam beatitudo dicit assecutionem, et possessionem Dei; ergo consistit in habitu. assumptum probas ex eo quod praeviori ad operationem prius intelligitur esse divinum, et summum bonum unitum beato, quam quod eliciat operationem, ergo praeviori ad operationem iam beatus habet et possidet Deum. quod est certum. nam ideo Beatus prorumpit, et exit in operationem. quia ipsi est unita divina essentia.

8

Sed Respondeo

Nam etsi praeviori ad operationem intelligatur essentia divina uni[ta] intellectui beati per modum speciei impressae, tamen in hac unione non intelligitur possessio qua Beatus possidet Deum, unde per visionem ipsam, vel amorem, vel per utrumque simul (et quo postea) possidetur Deus a beato.

9

Secundo contra eamdem sententiam sic insurgo: quia nostra Beatitudo est imitatio et participatio beatitudinis Dei, qua ipse Deus constituitur formaliter beatus; Sed Deus non est formaliter beatus per aliquem habitum, ut constat, cum non sit in Deo iuxta probabiliorem sententiam habitus, neque aliquid quod se habeat per modum habitus; ergo nostra beatitudo non consistit in aliquo habitu.

10

Dices quod etsi in Deo non detur habitus dantur in Deo intellectus, et voluntas per modum actus primi, ergo poterit aliquis habitus nos beans esse participationem harum potentiarum.

11

Sed Respondeo nam etsi admittamus in Deo intellectum, et voluntatem per modum actus primi, ut tenent

Communis sᵗᵃ tamen participatio harum potentiarum, nequit nos formaliter beatos constituere. ergo replica nulla est. ans. probatur: quia si participatio harum potentiarum nos formaliter beatos constitueret maxime, quia Deus formaliter esset beatus per suum intellectum, et per suam voluntatem per modum actus primi considerata, sed Deus non intelligitur formaliter beatus per suum intellectum, et voluntatem considerata per modum actus primi ergo implicat quod quis intelligatur beatus per participationem intellectus, et voluntatis, per modum actus primi considerationem. maior constat. etenim participationes alicuius formalitatis divinae idem praestant ad extra id quod ipsa formalitas divina cuius sunt participationes praestant ad intra. unde gratia ideo se habet in nobis per modum naturae, nos quae reddit sanctos, et amicos Dei quia est participatio divinae naturae sanctae per essentiam. similiter lumen gloriae ideo beatos reddit potentes proxime ad videndum quia est participatio intellectus divini, et similiter ideo charitas nobis tribuit posse proximum ad Deum amandum, quia est participatio divinae voluntatis. minor autem etiam est vera. nam Deum non intelligitur beatus pro signo pro quo non intelligitur se cognoscere.

§. II.

Proponitur 3ᵃ sᵗᵃ. et pro Concl. statuitur.

12 Tertia sᵗᵃ asserit Beatitudinem formalem esse operationem sic expresse D. Th. in hac q. 3. ar. 2. et cum eo fere omnes Theologi = Sit Concl. Beatitudo formalis consistit in operatione, seu in actu secundo. = Probatur 1ᵒ ex sacris litteris in quibus quoties fit mentio de nostra beatitudine explicatur per operationem: dicitur enim Ioan. c. 17. Haec est vita aeterna ut cognoscant te Deum verum. et Ioan. 1. cap. 3. dicitur: cum apparuerit similes ei erimus quia videbimus eum sicuti est. similiter Math. cap. 5. dicitur: Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt. et alia sunt quamplurima sacrae paginae testimonia, quae consulto omittimus ne brevitatis metas excedamus.

13 Praeterea roboratur nostra Concl. ex quadam decisione Benedicti XII. ubi videtur definisse beatitudinem formalem consistere in operatione: perpendite verba praedicti Pontificis, quae sic se habent. * Post Christi Iesu passionem, et mortem, viderunt, et vident

Vident, & videbunt divinam essentiam se bene, & clare, & aperte illis ostendentem, quodque sic videntes, eadem divina essentia perfruuntur: nec non quod tali visione, & fruitione eorum animæ, qui iam decesserunt, sunt vere beatæ, & habent vitam æternam, & requiem.* hucusque Pontifex definitive in quibus verbis clare dicta Conclusio continetur.

14

Consimiliter Conc. Florent. hæc definitiva profert verba:* Animas huiusmodi nihil purgandum habentes intueri clare ipsum Deum Trinum, & Unum, sicuti est, propter meritorum tamen diversitatem aliam alia perfectius.* omitto Patrum testimonia nostræ Conclusionis faventia ne in re clara pluscuisto immoremur.

15

Igitur pro dicta Conclusione ratione quam stitit D. Th. in hac q. 3. ar. 2. quam in forma sic construo: Beatitudo est maxima & ultima hominis perfectio; Sed ultima, & maxima hominis perfectio, nequit consistere in habitu, sed in actuali operatione ergo beatitudo consistit in operatione. explicatur maior, probanda postea min. Tum quia beatitudo est talis naturæ, ut omnia propter ipsam appetantur; Sed illud propter quod omnia appetuntur, simpliciter ultima, & maxima perfectio est, qua ratione finis perfectior est ea quæ sunt ad finem; ergo beatitudo, est ultima, & maxima hominis perfectio = Tum quia si beatitudo non esset ultima & maxima hominis perfectio, appetitus rationalis non esset plene satiatus per ipsam sed anxius esset usque ad ultimæ, & maximæ perfectionis assecutionem; ergo signum est quod beatitudo est maxima & ultima hominis perfectio.= Tum etiam eadem veritas ex Arist. colligitur, licet enim iste beatitudinem super naturalem non cognoverit, tamen loquendo de beatitudine, seu felicitate quam homo in hac mortali vita potest adipisci, ait Lib. 1. Magnorum Moralium. c. 4. Felicitas in vivendo est: Sed vivere in actu qualiter necesse debet intelligi Filosofus, ut constat ex ipso 1. Æthic. c. 9 tex. 51 citato ubi ait Si Deus est dormiens beatus non est. & ex ipso. Ethic. c. 5. ubi ait felicitatem non consistere habitu alias inquit inesset dormienti, & latam vita viventi, & in calamitatibus maximis constituto.

g.º iuxta Philosophy Beatitudo est max.ª et ultima homi-
nis perfectio.

16 Min. autē principalis, quā probandā reliqui, probr. et inprimis est expressa Arist. lib. 1. Magn. Mor. c. 3. ubi haec habet verba: Quorū usus et habitus est semper melius, et optabilius eorū, est usus habitu: usus enim est finis, ac sit propter usū ipse habitus. et insuper usus actio est. = Secundo pbr. ex terminis perfectior est finis his, quae sunt ad finē; S.ª habitus ordinatr ad actū, ut ad finē; g.º actus praestantior est habitu. mai. constat. et min. est expressa Arist. 2. de Caelo. c. 3. ubi ait unū quodq. quorū est opus gratia operis est. = Ulterius pbr eadē principalis min. nā illud quod magis Deo assimilatr perfectius, et praestantius est; S.ª actus magis Deo assimilatr quā habitus, ut pote iste est admixtus potentialitr; g.º actus est praestantior et perfectior habitu.

17 Dices: quod haec ratio ex D. Th. desumpta plures patitr instantias, unde nequit convincere intentū: assumptū probas. nā inprimis: illa propositio: Beatitudo est max.ª et ultima hominis perfectio, est absolute falsa. nā inprimis beatitudo non est maxima, et suprema perfectio, g.º ex hac parte deficit praedicta ratio. ans constat. primo in Christo: nā in Xpo maxima, et suprema perfectio est Filiatio Dei naturalis; S.ª Xpus non beatificatr formalitr filiatione naali g.º falsū est quod beatitudo est maxima, et suprema perfectio. = Secundo in B. Virgine. max.ª et suprema perfectio est Maternitas, S.ª Beata Virgo non beatificatr maternitate: g.º falsū est quod beatitudo est max.ª et suprema perfectio = Tertio. Lumen gloriae, et gratia sanctificans iuxta probabilissimā pluriū Theologorū sētiā in perfectione superant visionē beatificā, in qua, ut postea videbimus, consistit nostra beatitudo formalis: g.º est quod beatitudo non est max.ª et ultima hominis perfectio = Quarto ipsa substantia naturalis absolute est quid perfectius visione, iuxta probabilissimā sētiā, quae nempe. Subst.ª est

ens

ens perse, visio autem, est simpliciter accidens: ergo idem quod prius.

18

Secundo. Non est ultima hominis perfectio, ergo etiam ex hac parte deficit praedicta D. Thomae ratio. antecedens probatur. nam ultima perfectio est amor beatificus, et delectatio, gaudium, et fruitio, sed ex D. Thoma hae perfectiones subsequuntur ad beatitudinem. ergo beatitudo non est ultima hominis perfectio.

19

Tertio illa alia propositio, scilicet quod actus est perfectior habitu simpliciter non videtur absolute vera nam primo falsificatur in habitu, qui est actionis transeuntis principium, quia talis actio ~~transit~~ transit, cum motus; habitus autem permanet. ergo simpliciter habitus est perfectior actu. consequentia constat exemplo ex Philos. tertio. Topic. c. 2. ubi ait: quod bonum ~~diuturn~~ diuturnum est melius.= **S**ecundo falsificatur in habitibus. qui actionis immanentis sunt principia. quia habitus est causa efficiens aequivoca respectu actionis immanentis; sed causa efficiens aequivoca est perfectior suo effectu, ergo habitus est simpliciter perfectior ~~suo~~ actu. minor constat. quia etsi causa efficiens univoca solum exigat aequare in perfectione suum effectum; at causa aequivoca excedit suum effectum cum producat effectum diversae rationis. maior constat cum actio immanens sit diversae speciei ac habitus

20

S.^d **D**.^ao

Et ex solutione huius replicae cum suis instantiis clarius elucescet profunditas in ratione D. Thomae. **D**icimus ergo quod quando dicitur quod quando dicitur quod Beatitudo est maxima et ultima perfectio, intelligenda est praedicta propositio de maxima et ultima perfectione, non absolute, et simpliciter in omni linea, sed de ultima et maxima in linea assecutiva, et possessiva. unde omnes instantiae ruunt.=

Prima quidem de sumpta ex perfectione filiationis naturalis Christi Domini, quia etsi filiatio naturalis sit maxima perfectio in Christo non est de linea assecutiva: unde non conducit ad beatificandum formaliter.= idem dici debet circa donum **M**aternitatis,= et circa alia exempla, scili

cet & lumine gloriæ, & gratia santificante, & substantia naali. dicimus ergo quod licet omnia hæc sint perfectiora in esse entis, (a quo pro nunc abstrahimus) non sunt de linea assecutiva formali, unde nihil contra nos infert.

21 Ad secundum desumptum ex comparatione actus, & habitus, Respondeo primo, similiter, quod licet habitus esset perfectior actu in esse entitativo, quia tamen non est de linea assecutiva, ideo non facit contra nos. = At quia absolute extullimus quod habitus est perfectior actus, habitu Respondeo 2o quod prædicta propositio intelligenda est de habitibus, qui sunt actionum immanentium principia, actio enim transiens in via D. Thomæ imperfectior est habitu a quo procedit, quod clare docet q. 5. de Potentia ar. [illegible]. ad. 14. ubi sic ait: * Actus autem secundus qui est actio tendens, in aliquod factum, non est finis agentis nec nobilior quam ipsa forma, nisi ipsa facta sint nobiliora facientibus, sicut artificiata sunt nobiliora artificialibus instrumentis & eorum fines *. & similiter lib. 1. Ethic. lect. 12 hæc habet verba * est duplex genus operationum animæ, quarum quædam transeunt in exteriorem materiam, sicut texere, & edificare. huiusmodi operationes non sunt fines, sed operata ipsarum * at e contra habitus qui est actionis immanentis principium, cum sit propter suam operationem ut vidimus ex Philosopho. lib. 1. Mag. Moral. ideo est simpliciter imperfectius actione immanenti: unde D. Thomas q. 5 de Potentia citata ait * operatio manens in operante est finis operantis * & per consequens excelentior forma operantis.

22. Nunc ergo restat ad argumentum factum respondere prævius solutione nota. actus, & habitus quoad aliquid convenire, & quoad aliquid se excedere, unde quoad aliquid sunt eiusdem speciei, & quoad aliquid sunt causæ æquivocæ, & si loquamur, de actibus, & habitibus acquisitis sic licet conveniant in tendentia ad obiectum quaratione sunt eiusdem speciei, v.g. actus, & habitus scientiæ naturalis tamen primus actus generat habitum

unde

Unde quoad id quod actus habet de actualitate excedit habitus, et secundum hanc formalitatem est causa æquivoca respectu habitus generati, secundum autem quod actus cito transit, et parum durat sic est virtus ~~est~~ instrumentalis relative ad generationem habitus, proindeque non exigit æquare habitum in perfectione. = E contra autem, si loquamur de alijs actibus subsequentibus, quorum est principium et causa habitus, dicimus quod habitus est causa univoca, et principalis respectu actus, in eo in quo habitus cum actu ipso convenit in specie, et sic in hac ratione actus non est perfectior habitu. - Ast in actualitate qua potitur actus sic habitus est causa non principalis seu instrumentalis respectu actus. seu est virtus instrumentaria illius, unde in hac ratione actus simpliciter excedit ~~actus~~ habitum, et proinde habitus ordinatur ad actum ut ad finem, sicut simpliciter nobiliorem, et præstantiorem, hæc diximus ad pleniorem explicationem factæ solutionis. omittendo replicas et replicas quæ contra hanc doctrinam possunt fieri ne plus iusto in re extranea immoremur.

QVÆST. II.

Utrum hæc operatio in qua consistit formalis beatitudo sit, vel saltim possit esse non elicita a Beato?

§ I

Aperitur sensus quæstionis et prænotantur nonnulla.

Dupliciter contingere potest hominem, v. g. formaliter beatum constitui per operationem a se non elicitam neque productam. 1º ex eo quod visio increata ipsius Dei, qua Deus formaliter est Beatus uniatur et communicetur alteri ipsum formaliter beatum constituendo. 2º ex eo quod visio seu intellectio creata unius beati, ~~ab ipso elicita~~ ipsum formaliter beatum constituendo: v. g. ex eo quod visio Petri, vel Angeli, Paulo communicetur, et e

contra. At quia decisa quaestio in primo sensu, et eius implicatione assignata facile in secundo sensu quid respondendum sit, abunde constabit, ideo nostrum et praecipuum erit quaestionem hanc in primo sensu sudiximere. unde illam ingredienti disquirimus: Utrum Beatitudo formalis, qua Beati formaliter beatificantur, sit, vel possit esse operatio, seu visio increata ipsius Dei, qua Deus ipse formaliter est, et constituitur beatus.

2 Pro cuius intelligentia supponendum ut omnino certum, imo et de Fide Beatitudinem formalem, qua beati constituuntur formaliter beati, esse vitam; quae suppositio expresse constat ex Sacris litteris, in quibus Beatitudo simpliciter denominatur vita, ut constat ex illo Joan. 17 haec est vita aeterna, ut cognoscant te Deum verum, et ex illo Math. 25. ibunt hi in suplicium aeternum, iusti autem in vitam aeternam. et ex illo Sapientiae. c. 5. iusti autem in perpetuum vivent. et in super in ultimis verbis Symboli haec veritas profitetur. et praeter dicta habentur pluries in Sacris litteris. = Deinde ratione constat haec nostra Supp.° Beatitudo enim est max.ma hominis, et Angeli felicitas, quae utique sine vita spati, et intelligi nequit: unde ut vidimus Arist. lib. 1. Magn. Mor. c. 4. dixit: Felicitas in vivendo est.

3 Secundo supponendum est Beatitudinem non esse vitam substantialem, sed accidentalem, cuius ratio est quia vita substantialis est ipsa subst.a viventis, et in ipsa consistit, qua ratione Arist. lib. 2. de Anim. tex. 37 dixit quod vivere in viventibus est esse, unde in eodem 2. lib. tex 24 tradidit rationem animae difinitionem ex eo quod sit: actus, quo vivimus, movemur, et sumus. Nunc sic sed manifeste constat quod in esse substantiali nequit consistere beatitudo, tum quia esse substantiale commune est Reprobis, et Praedestinatis; tum quia esse substantiale est de quidditate rei, de cuius quidditate non est beatitudo, alias substantia rationalis in primo sui esse esset beata. ergo evidens est quod beatitudo non est vita substantialis. = Item constat eadem veritas ex Arist. 12. Metaph. c. 9. tex. 51. ubi dixit: Si Deus est dormiens non erit beatus. Sed dormiens in est vita substantialis; ergo in vita substantiali nequit consistere beatitudo.

tudo = Ergo ut docet Arist. 1. Ethic. c. 5. Divi D. Th. Si beatitudo consisteret in esse substantiali inesset dormienti plantarum vita viventi, & in calamitatibus maximis constituto. Ergo beatitudo consistere nequit in vita substantiali: restat ergo quod beatitudo sit accidentalis vita. = Unde præsens difficultas est, utrum hæc operatio qua beatus vivit in actu 2°. & qua constituitur formaliter beatus sit necessario elicita a Beato? vel an sit, vel possit esse saltim de potentia absoluta ipsa visio Dei beato communicata.

4

In qua difficultate enodanda enodandæ tres inveniuntur sententiæ. Prima sententia asserit Beatos de facto increata Dei visione, & operatione beari, unde hæc sententia beatos formaliter constituit beatos per increatam Dei visionem ipsis unitam & ipsis communicatam. Imo asserit hæc sententia implicare aliter homines & Angelos beatificari, nisi per increatam Dei visionem. Pro hac sententia citat Capreolus in 3. dist. 14. q. 1. ar. 1. Joannem de Ripa. eamque expresse tenet Hugo de Sancto Victore, tom. [illegible] tract. de scientia animæ Christi, ubi hæc habet verba * Beatitudo nostra accidens non est, sed ipse Deus est sapientia, qua cognoscimus; ipse amor quo diligimus, ipse gaudium quo exultamus *. & iterum loquendo de Christo in summa sent. tract. 1. c. 16. ait * quod alia sapientia quæ divina non fuit in Christo * & hanc sententiam aliquos tenuisse refert D. Bonav. in 3. dist. 14. q. 1. ar. 1.

5

Cæterum in hanc sententiam ita acriter insurgunt aliqui theologi, ut eam alii temeritatis nota inurant, alii ut hæreticam damnent; alii denique ut erroneam ipsam iudicent, cui ultimæ censuræ illust. D. Godoi hic. disp. 3. §. 1. n. 4 magis adhæret.

6

Secunda sententia docet quod licet de facto homines, & Angeli beatificentur per operationem ab ipsis elicitam & productam, & non per increatam Dei operationem, tamen asserit hoc evenire posse de potentia absoluta, unde in eo quod beati formaliter beatificentur per operationem increatam Dei, nullam implicationem adinvenit hæc sententia. ita Ægidius lib. 4 de Beatit. q. 1. ar. 2. §. [illegible]

7

Tertia & vera sententia asserit Beatos, nec de facto, nec de possibili beari

posse per operationem increatam Dei. Sed necessi debere constitui formaliter beatos, per operationem ab ipsis elicitam, et productam. est hec sententia communis theologorum. unde sit.

§. II.
Statuitur Xlo.

8 Sit nostra Xlo implicat aliquem Beatum formaliter beari per operationem increatam Dei, seu per visionem increatam Dei seu per beatitudinem increatam Dei qua Deus ipse est formaliter beatus. nostra Xlo est D. Th. in hac q. 3. ar. 1. et 3 p. q. 49 ar. 1. et eam expresse tenet. q. 20 de verit. ar. 2. Probatur ergo nostra Xlo ratione apriori deducta ex doctrina Angelici Magistri: Si aliquis beatificari posset per beatitudinem increatam Dei, seu per operationem increatam ipsis unitam, posset quis. v.g. homo vel Angelus, vivere per operationem ab ipsis non elicitam; nempe per operationem increatam Dei, ipsis unitam. Sed implicat hominem vel Angelum vivere posse per operationem ab ipsis non elicitam, seu per operationem increatam Dei ipsis unitam; ergo implicat hominem vel Angelum beatificari per beatitudinem increatam Dei, mai. ex notabilibus constat; min autem ex libris de Anima supponi debebat, atque quia in ipsa demonstranda est precipua huius questionis controversia, quibusdam recentioribus contra ipsam reluctantibus, ideo nostrum erit illam perlustrare, et a falsitatis nebulis vindicare.

9 Probatur ergo min principalis primo. Quia vita accidentalis in actu 2o, qualis utique est beatitudo formalis, ut in notabilibus vidimus, debet convenire viventi, ab intrinseco ipsius; Sed implicat quod beatitudo increata Dei, seu visio increata Dei conveniat ab intrinseco alicui intellectui creato; ergo implicat quod homo vel Angelus vivere possint per operationem ab ipsis non elicitam, seu per operationem increatam Dei. min est certa quia vita actualis, et in actu 2o solum potest esse intrinseca viventi, vel per identitatem, qualiter vivere in actu 2o competit Deo, vel per informationem et egressionem qualiter viventibus creatis vivere in actu 2o competit: Sed ex terminis implicat visionem increatam Dei intrinsecam esse viventibus creatis, ipsisque convenire ullo ex his modis, ut per se constat, alias vel intellectus creatus esset entitative Deus, vel intellectio increata informaret

informaret intrinsece intellectus quorum utrumque implicat; ergo implicat quod operatio increata Dei, seu visio increata Dei conveniat abintrinseco alicui intellectui creato = Maior autem supponi debebat ex libris de anima, et insuper probari potest tum ex Arist. lib. 1 de Anim. tex 18. et lib. 2. in principio. et alijs in locis, ubi perpetuo asserit Philosophus operationem vitalem esse ab intrinseco vivente, ipsi ergo abintrinseco convenire. quod ipsum docuit Plato lib. 1. de Legibus in Phaedone ubi sic ait * cui forinsecus est moveri, id omne inanimatum est, cui vero intrinsecus sibi ex se animatum * unde haec fuit communis Philosophorum sententia quibus adhaesere Sancti PP. inter quos S. Isid. in diff. lib.° diff.° 11. Aug. lib. 3. de Trinit. Athan. orat.° contra idola. et alij = est quoque haec sententia expressa D. Thom. 1. p. q. 18. ar. 1. 2. et 3. ubi de viventibus sic pronunciat * viventia dicuntur quaecumque aguntur ad motum vel operationem aliquam *. quod ex professo docuit idem Aug.° M. lib. 1. de Anim. ad tex ultimum Arist. ubi haec habet verba * vivere, perse est eorum quae habent motum, et operationem ex se ipsis, sine hoc quod moveantur ab alijs, * = et insuper constat ex diff.ª viventium a non viventibus, quae nequit esse alia nisi quia viventibus convenit ab intrinseco moveri a se, seu vita accidentalis in actu 2° = tum ergo ideo probat Arist. et cum eo D. Thom. vivens debere habere corpus organicum ut una pars aliam movere possit; ergo est quia vivens exigit necessario moveri a se. unde 2am animae diffinitionem tradidit Philos. ex eo quod sit * actus corporis, physici, organici potentia vitam habentis *

20

Ast mihi arguenti contra quemdam 88. scotistam negata fuit mai. huius discursus quatenus asserit intellectui creato debere convenire necessario visionem ab intrinseco ~~[illegible]~~, et rationem probavit, tum ex eo quod gravia et levia moventur a se, et ab intrinseco, nempe media gravitate, et levitate ipsis intrinseca, et media sua inclinatione naturali ad centrum. et tamen non sunt viventia; ergo falsum est quod viventia a non viventibus distinguuntur per hoc quod est moveri a se, et ab intrinseco = Tum ex eo quod actionis vitalis intellectivae, seu intellectionis, quae non exigit esse ab intellectu egresive, ans. suasum fuit ex eo quod vitalitas, quae intellectio

sortitur ni est forlita de linea actionis dicentis: ab; 3.° de linea qualitatis dicentis: in, nq intellectio non est actio de pdicato actionis, sed est accidens de pdicato qualitatis, ergo intellectio ex sua natura non dicit ab, sed in.

S.d (2)°

11 Ad 1um de gravibus et levibus constat ex D. Tho. 1. p. q. 18 ar. 1. ad 2. non moveri a se sed a generante, alias si moverentur a se, moverentur versus omnem partem: ut patet, etiam in Plantis quae moventur sursum glescunt, seu augescunt, et deorsum qdo radicantur dextrorsum, et sinistrorsum, seu penes latitudinem, qdo crasescunt, = dum q. solum moventur gravia et levia qdo sunt extra dispositionem debitam suae naturae, nempe qdo sunt extra centrum: unde motus ille, per se expectat ad completionem generationis ad quae pertinet praestare quidquid requiritur ad debitam dispositionem naturae. unde motum in gravibus et levibus tribui debet generanti. = Ad 2um dicitur quod ergo si intellectio sit entitive qualitas est tamen eminenter actio unde non solum dicit: in sed etiam includit: ab, unde exigit essentialiter oriri ab intrinseco intellectum. quae doctrina est Arist. lib. 3. de anima tex 8. ubi docet * intellectionem esse operationem.

Crasescunt (margin)

12 Poterit replicari contra hanc doctrinam, quae etiam vera est ex D. Tho. 1. p. q. 34. ar. 1. ad 3. ubi docet quod * intelligere solum importat habitudinem intelligentis, ad rem intellectam, in qua nulla ratio originis importatur * ex quibus verbis videtur D. Thom sentire intellectionem ex sua natura non dicere originem seu egressionem a principio, seu ab intellectu. ergo poterit oriri intellectio non creata intellectui creato absque eo quod aliqua appareat implicatio, ex eo quod intellectio exigat oriri ab intrinseco intelligentis. = Quae doctrina etiam illustrari pot. 1.° in intelligere divino essentiali, in quo nulla ratio originis importatur sed solum invenitur summa et infinita contemplatio maxime 2° perfectissima qua contemplationi Deus se intelligit et cognoscit. = = 2° ex ipsa natura intellectionis, de qua dicit Phil. 3. de anima, et cum eo D. Tho. quod * intelligere est quoddam pati *

Resp.°

Resp.° quod intelligere seu intellectio bifarie accipi potest, vel pordine ad rem intellectam, vel per ordinem ad intelligentem; considerata enim intellectione in ordine ad rem intellectam seu ad obiectum intellectum non importat habitudinem aliquam originis, seu processionis, unde ex natura sua non dicit intellectum producere terminum intellectum, nempe verbum, seu speciem expressam, sed solum explicat contemplationem obiecti intellecti. qua ratione Commentator dicit in lib. de Anim. quod intellectio non producit verbum quatenus intellectio est, sed quatenus dictio est. proinde in essentialibus intellectio div.a non producit Verbum sed solum est perfectissima contemplatio cuiuslibet praedicati divini. = Si vero consideratur intellectio in ordine ad principium intelligens non negatur a D. Th. quod intellectio dicat originem, vel formalem, qualiter accidit in intellectionibus creatis, vel eminentialem, qualiter contingit in intelligere divino seu in intellectione div.a essentiali. = per quod constat ad Lam confirmationem desumptam ex intellectione essentiali Dei = Ad 2am similiter negamus quod sit ex natura intellectionis, ut sic, non dicere originem a principio, unde ad tex.um Phil. dicimus ipsum solum intendere quod intelligere est quoddam pati, praesuppositive non autem formaliter, nempe docet Phil. quod ad intellectionem requiritur quod prius detur passio quaedam, quae nempe prius est quam species recipiatur in intellectu ipsum fecundare, et ex actuatione, et receptione speciei immissae ab obiecto causatur intellectio: alias si intelligere formaliter consisteret praecise, in pati [?] seu in receptione specierum nulla esset ratio ob quam aer, et specula dum recipiunt species repraesentantes obiecta non sentirent. et arguit Arist. lib. de Sens. et sensato. c. 2. contra Democritum qui asserebat visionem sensibilem esse meram passionem in potentia visiva. unde Arist. lib. 2. de Anim. tex. 55. quando dixit * Sensus est quoddam commoveri * quae est propositio similis alteri, quae asserit quod intelligere est quoddam pati.) loquebatur contra Empedoclem qui asserebat sensum non recipere quidquam ex obiectis sensibilibus, sed cate- nus animam omnia sentire quatenus quodammodo composita erat ex omnibus sensibilibus, unde quidam ex antiquis Philosophis sonquentia decantavit carmina:

Terra, nam terram, Limpha cognoscimus undam.
Æthera, quia æther, sane igne cognoscimus ignem
unde falsum est quod intelligere formaliter consistit in pati, sed potius dicit egressionem convenientem viventi ab intrinseco, unde repugnat beatum quemlibet posse constitui formaliter beatum per operationem non elicitam a se seu per operationem increatam Dei ipsi unitam.

19 Probatur 2º eadem principalis min. nempe implicare quod homo vel Angelus vivere possint per operationem a se non elicitam, seu per operationem increatam Dei ipsis unitam: ergo implicat, quemlibet Beatum vivere per operationem a se non elicitam, seu per operationem increatam Dei ipsi unitam, quin beatitudo increata Dei, seu visio increata ipsius Dei qua Deus formaliter beatus constituitur, uniatur intellectui creato sub conceptu vitæ actualis, ipsum intellectum creatum viventem in actu 2º constituendo; sed implicat visionem increatam Dei uniri intellectui creato ipsum in actu 2º viventem, et intelligentem constituendo; ergo implicat quemlibet Beatum vivere per operationem a se non elicitam, seu per operationem increatam Dei. Maior constat, et probatur min. implicat naturam divinam sub conceptu naturæ substantialis uniri naturæ creatæ ipsam radicaliter et substantialiter viventem constituendo; sed implicat visionem increatam Dei uniri intellectui creato ipsum in actu 2º viventem, et intelligentem constituendo, quin natura divina sub conceptu naturæ substantialis uniatur creaturæ, ipsam radicaliter viventem constituendo; ergo implicat visionem increatam Dei uniri intellectui creato, ipsum in actu 2º viventem, et intelligentem constituendo. = Maior ab omnibus Theologis communiter conceditur, et insuper eius veritas patet, 1º quia alias natura divina posset uniri lapidi sub conceptu naturæ ipsum radicaliter substantialiter viventem, et intelligentem constituendo, quod quid implicarius? = 2º quia unio quam natura divina sub conceptu naturæ uniri posset naturæ creatæ, ipsam radicaliter viventem constituendo, deberet esse constituendo aliquod tertium substantiale, cui conveniret radicaliter vivere; sed hoc est implicatorium, et Chymera; quia esse radicaliter vivens est quid dicens perseitatem in linea essendi; alterius

Comu-

munitr dicitr operari sequitr ad ee: go vivere radicalitr est pro formali aliquid de linea essendi perse, qua ratione dixit Phes. lib. 2 de Anim. tex 37 * vivere in viventibus est esse *. Tunc sic, sed implicat quod ex duplici natura adeqta, quales, utiq sunt, natura divna et natura creata, cui unitr naa divna resultet unu ee substantiale et perse; go implicat naturq divq sub conceptu naturq uniri naturq createq ipsq radicalitr viventq constituendo.

15

Min. autq principalis probari pot. ratione desumpta ex Caiet. 3. p. q. 9. ar. 1. go implicat quod actus proprius alicuius naturq possit venire non habenti naq ipsq, cuius est actus proprius, sed visio increata Dei est actus proprius, imo et vitalis, naturq divq; go implicat quod possit uniri, et venire intellectui creato quin natura divna uniatr sub conceptu naturq, naturq createq ipsq radicalitr viventq constituendo. mai. pbr. ex eo quod operatio propria alicuius naturq, est actus procedens ab illa natura, secundu suu ee naturale, go actus proprius alicuius naturq, nequit convenire alteri non habenti naturq ipsq, cuius est actus proprius. = Ans autq quoad 1q ptq, nempe quod sit actus ortus a natura ipsa constat, tq in actione transeunte, quq est actus naturq operantis, ut a quâ, tq in actione immanente, quq etiq est actus naturq operantis, ut cuius, vel in qua est. = Quoad 2q ptq nempe quod talis actus procedat a natura scdm suu ee naturale patet, tum inductione: nq sentire est actus naturq scdm suu ee naturale sensitivu, generare est actus naturq scdm suu ee naturale quo generare pot. appetere est actus naturq scdm suu ee naale appetitivu; go similitr intelligere est actus naq scdm suu ee naale quo intelligere pot. = tq patet a priori q. ut communitr dicitr, et est simplicitr veru, operari sequitur ad esse; ad esse scilicet naturale.

16

Sed dices 1o. quod etiq si visio increata Dei sit actus propriu naturq divinq, solu sequitr quod non possit naturalitr seu connaturalitr convenire naturq createq; non autq sequitr quod ut communicatus non possit alteri naturq venire;

g° poterit visio increata Dei communicari intellectui creato ipsum vivente, intelligente, et formaliter beatum constituendo: ant. potest probari in illuminatione, quae est operatio, seu actus proprius Solis, quod ex eo quod illuminatio sit actus proprius illius maioris luminaris, solum sequitur quod illuminare nequeat convenire Lunae, neque alijs inferioribus luminaribus. ast communicative et per dependentiam a Sole, alijs astris et Planetis illuminare convenit, ut apperiens oculos stellato caelo ipsa Planetarum luce clarius constabit, ergo ex eo quod visio increata Dei sit actus proprius naturae divinae solum sequitur quod naturaliter, seu naturaliter nequeat convenire intellectui creato, non autem demonstratur non posse convenire communicative.

17 Dices 2° quod Subsistentia Verbi est actus naturae divinae, et tamen communicative potest convenire naturae creatae, ut patet in Xpo dno, in quo de fide constat non esse aliam subsistentiam nisi increatam Verbi; ergo ex quod visio increata Dei sit actus proprius naturae divinae non sequitur quod communicative non possit convenire Beatis.

18 Ad 1um resp° neg.do ans. et ad probationem resp. 1° quod illuminatio non est exercicium vitale, quale est visio, seu beatitudo formalis. unde iam ex hac parte non tenet paritas = resp. 2° quod illuminatio quae praestat Lunae, et similiter illuminationes, quae ab astris, et planetis praestantur, non est eadem numero actio, seu eadem numero illuminatio, quae effective oritur a Sole; sed sunt aliae actiones ab his luminaribus inferioribus ortae, et sic cum dependentia a Sole. caeterum si Beatus aliquis beatificaretur formaliter increata Dei beatitudine, et visione; eadem beatitudine, et visione, qua Deus beatificatur, seu constituitur formaliter beatus, beatificaretur, quod, ut ostendimus, est impossibile et chymera.

19 Ad 2um resp° dist.do ans. Subsistentia Verbi est actus naturae divinae per modum actionis, et egressionis dicentis ab et originis a principio nego ans. = est actus per modum complementi et termini concedo ans. = et nego cons. ob oppositam rationem.

§. III.

Paritate desumpta ex voluntate roboratur X1°.

20 Secundo potest suaderi nostra C.°lo paritate desumpta ex voluntate

voluntate, seu ex implicatione, quæ ex eo quod voluntas creata amaret amore divino et increato, sequeretur. Assumitur ergo hæc nostra ratio ex Epist. Agatonis Papæ ad Imperatores Constantinum, Heraclium, et Tiberium, relecta in act. 4. ex 6.a sinodo generali verba igitur Pontificis sunt ut sequuntur: * Quibus testimonijs claret, (Retulerat enim Pontifex quæ[dam] testimonia ex Aug. lib. 5. contra Jovinianum, et sic concludit) unamquamque earum, quas hic Spiritualis Pater denumeravit naturas, propriam naturalem habere, et unicuique assignari debere voluntatem: Neque enim poterit Angelica natura, divinam habere voluntatem, aut humanam; neque humana natura voluntatem Dei, vel Angeli, sicut neque alterius, quæ est quisque naturalem habere poterit nihil, nisi quod est naturaliter aut creatus est * Hucusque Pontifex ex quibus verbis attente perpensis constat nullam voluntatem posse diligere dilectione a se non elicita.

21

Comprobatur itidem hæc nostra ratio ex D. Thoma 22. q. 23. ar. 2. ubi probat ratione hæc habet verba * Non enim motus Charitatis procedit a Spiritu Sancto movente humanam mentem, ita ut nullo modo sit principium huius motus: hoc enim est contra rationem voluntarij, cuius oportet principium in ipso esse. sicut supra dictum est. unde sequeretur quod diligere non esset voluntarium, quod implicat contradictionem cum amor de sui ratione importet quod sit actus voluntarius. * Ex quibus Angelici Mag. verbis constat nullam voluntatem creatam, nec creabilem posse, adhuc inspecto absoluto posse, diligere dilectione a se non elicita: Ex quibus authoritatibus sic ergo nostra Conclusio efformatur ratio.

22

Implicat voluntatem libere velle per volitionem a se non elicitam sed sibi unitam; ergo similiter implicat intellectum intelligere per intellectionem a se non elicitam, sed sibi unitam. unde implicatorium erit Beatum quemlibet constitui formaliter beatum per beatitudinem increatam Dei seu per intellectionem increatam sibi unitam. ~~[illegible]~~. ans præterquam quod expresse continetur in præallegatis testimonijs, quod tamen a pluribus Scotistis negatur, sequenti ratione suadetur sumpta ex essentia motus voluntarij, seu ex ipsa natura volitionis, quam ratio attingit ut vidimus. ad. Thom. ergo implicat voluntatem diligere obiectum per per amorem non volun-

g.º si voluntas posset libere velle per volitionem a se non elicitam posset dirigere obiectum per amorem non voluntarium;

tarium;* ergo implicat voluntatem libere velle per volitionem a se non elicitam. mai. constat; nam eo ipso quod amor aliquis sit operatio voluntatis, necessario est voluntarius. min. autem probatur. quia implicat voluntatem posse libere velle ~~per volitionem a se non elicitam~~ per volitionem, de qua non possit verificari definitio voluntarii. sed si voluntas posset libere velle per volitionem a se non elicitam, posset libere velle per volitionem de qua non posset verificari definitio voluntarij; ergo si voluntas posset libere velle per volitionem a se non elicitam, posset libere velle per volitionem non voluntariam. mai. constat, et probatur min. nam definitio voluntarij haec est: * Voluntarium est quod procedit a principio intrinseco cum cognitione finis*. Sed si voluntas posset libere velle per volitionem a se non elicitam de illa volitione non verificaretur praedicta definitio, ut videtur certum quia tunc volitio illa non esset a voluntate sed potius esset a principio extrinseco, qua ratione, potius de illa volitione verificaretur definitio violenti, quod est cuius principium est extra: ergo si voluntas posset libere velle per volitionem a se non elicitam vellet per volitionem de qua non possit verificari definitio voluntarij.

23

Si autem concesso primo antecedenti in hac nostra ratione ~~negetur~~ tertio prima dona et assignetur disparitas desumpta ex eo quod ratio, ob quam volitio increata non potest uniri voluntati creatae, ipsam volentem constituendo, est quia de ratione volitionis, est libertas, et inde quod volitio debet contineri sub potestate voluntatis; unde cum volitio increata non possit esse sub potestate voluntatis creatae, quia hoc est contra absolutum dominium voluntatis divinae, unde hac ratione convincitur quod volitio increata non potest uniri voluntati creatae, ipsam volentem constituendo; ast cum de ratione intellectionis non sit libertas inde oritur posse intellectionem increatam intellectui creato communicari, ipsum intelligentem constituendo absque praeiudicio supremi dominij, vel alterius perfectionis increatae.

24

Resp.º negando rationem in hac disparitate inclusam, unde repugnantia quae in volitione divina consideratur ut non possit voluntati creatae communicari. et in universum repugnantia quae invenitur, ut volitio unius voluntatis, cuius conditionis sit non possit voluntati alterius convenire, nisi unice voluntati

a qua

a qua orit. et elicit. n' sumit. precise ex capite libertatis sed præcipue ex eo q. actus iste seu volitio est vitalis per modum actus, et cuius ratione est ab intrinseco voluntatis viventis procedere. unde cum omnis volitio etiam necess. sit voluntaria, hoc est a voluntate et a principio intrinseco inde orit. repugnantia, ut volitio unius; alteri nequeat advenire, Proinde q. cum volitio, et intellectio in hac ratione conveniant inde est quod ex prædicta paritate recte concludit. quod ut repugnat quod voluntas creata constituat. volens per intellectionem increatam, sic etiam repugnat quod intellectus creatus beatificet. formalit. seu constituat. intelligens per intellectionem increatam. = facit insuper ad hanc paritatem stabiliendam amorem beatificum liberum non esse sed necessum, ergo igitur nulla est disparitas desumpta ex capite libertatis.

Præterea 25

roborat. eadem paritas, q. intellectus creatus ideo in adversa sententia beatificari pot. formalit. per beatitudinem increatam, seu per intellectionem increatam, et ideo hæc illum intelligentem, et beatum potest constituere, q. intellectio increata continet eminenter perfectionem intellectionis creatæ, et inde q. pot. præstare quidquid ista præstat; sed non minus præcontentiva est volitio div. volitionis creatæ, quam divina et increata intellectio intellectionis creatæ, et hi non obstante hac continentia implicat quod volitio increata constituat voluntatem creatam ~~libera~~ volentem, et amantem, ergo eadem ratione, implicat, non obstante prædicta continentia, quod intellectio increata constituat intelligentem, et beatum formalit. intellectum creatum.

§. IV.

Soluitur primum Argumentum

Si propter aliquam rationem Beatus non posset beatificari formalit. per operationem a se non elicitam, nempe per increatam operationem ipsi unitam maxime, q. vitalitati ipsius repugnaret, et cuius ratione est esse a principio intrinseco se movente: sed hæc ratio non probat; ergo stat quod Beatus de potentia absoluta beatificit. per beatitudinem increatam, seu per intellectionem increatam ipsi unitam. mai. est potissimum fundamentum a nobis assignatum. Prob. ergo min. q. per actiones supernaturales, vivit formalit., et in actu 2. homo; sed tales 26

actiones non sunt abintrinseco; ergo ex eo quod Beatitudo formalis sit actio vitalis, non probatur repugnantia ut Beatus non possit beatificari per beatitudinem increatam, quae ab ipso non elicita, sed ipsi unita. mai. const. et prob. min. quia in nostra, et communis Thomistarum sententia habitus supernales sunt rationes totales et adaequatae rationes agendi, sed eo ipso vitalitas, quae resplendet in actionibus supernaturalibus non est abintrinseco, ergo actiones supernaales non sunt abintrinseco. mai. est nostra sententia prob. min. vitalitas quae resplendet in actionibus supernaalibus est ab habitu supernaali. sed iste est ab extrinseco, nempe a Deo infundente, ergo eo ipso quod vitalitas quae resplendet in actionibus supernaturalibus correspondeat habitibus supernaturalibus ex eo quia sunt tota ratio agendi, talis vitalitas non est abintrinseco, sed ab extrinseco.

Respondeo

27 Actiones supernaturales, in nostra et omnium Thomistarum sententia esse abintrinseco hominis, ut intrinsece elevati per habitus supernaturales, unde numquam verificatur in aliqua actione vitali quod non sit ab intrinseco viventis.

28 Replicabis: quod habitus supernaturalis qui est proximum, et totale principium agendi est ab extrinseco, imo gratia sanctificans, quae est radicale principium operationis supernaturalis etiam est ab extrinseco, nempe a Deo infundente: ergo absolute verificatur quod actiones supernaturales oriuntur a principio extrinseco.

29 Respondeo quod etsi gratia sanctificans, et habitus supernaturales, sint ab extrinseco quoad infusionem, quia nempe infunduntur a Deo, sunt tamen abintrinseco quoad receptionem, quia nempe recipiuntur intrinsece in homine, et ipsi apropriantur intrinsece, ipsique subduntur quoad influxum qua ratione communiter dicitur, quod habitibus utimur cum volumus accedit etiam adhuc, ut magis constet quomodo habitus supernaturales fiunt intrinseci homini, ipsumque intrinsece elevant, quod educuntur ex ipso homine sive sua potentia obedientiali, gratia nempe, ex anima educitur, et habitus qui in intellectu recipiuntur ex intellectu educuntur, et qui in voluntate ex voluntate, sive nempe potentia obedientiali ipsorum, ast dicuntur provenire ab extrinseco

seco quoad infusionem, non q. creentur a Deo, et postea in homine infundantur. sed q. causa unica eductionis ipsorum, seu quae praedictos habitus supernaturales educere potest ex potentia obedientiali subiecti est Deus. unde per hoc constat, quomodo tales habitus intrinseci sint in homine. 30

Replicabis: esto praedicta doctrina de habitus supernaturalis eductione vera sit, nulla apparet repugnantia ex eo quod Lumen gloriae v.g. quod de facto est productum, et existens in intellectu unius Beati, ponatur in intellectu alterius, seu quod idem est nulla apparet repugnantia in eo quod habitus supernaturalis, qui de facto est in uno homine alteri infundatur, istumque intrinsece elevet ad operationes supernaturales eliciendas. in hac hypotesi sic argumentaris: vitalitati habitus non obstat quod sit omnino ab extrinseco, dummodo sit ab intrinseco quoad receptionem, et quoad appropriationem: ergo similiter vitalitati actus sufficiet quod intrinsece appropriet et intrinsece uniatur intellectui, et si talis actus sit ab extrinseco. Dat. cons. a paritate rationis.

Resp.º 31
admissa pro nunc hypotesi, quam iudico impossibilem, concedendo ans., et neg.º dos. cuius disparitas desumitur ex ipsa natura habitus, et ex ipsa natura actionis vitalis, nam actio est vitalis in actu 2.º et per modum exercitii actualis de cuius ratione est dicere ab, et egressionem, seu originem a principio intrinseco operantis. at de ratione habitus solum est vitalitas in actu 1.º et per modum principii, de cuius ratione non est dicere ab, et originem a principio, sed solum est dicere in: seu permanentiam in agente, quae sceptus salvari potest eo ipso quod habitus appropriet principio operanti, etiamsi alias proveniret ab extrinseco. unde etsi vitalitati habitus sufficiat esse intrinsece in operante, vitalitati actionis hoc non sufficit sed insuper requiritur quod sit ab agente. 32

Replicabis, ergo poterit intellectus divinus uniri substantiae Beati constituendo Beatum viventem proxime, et in actu primo vita increata. Dat. sequela. q. intellectus divinus ex vi sui conceptus, solum est in-

tellectivus in actu primo, et proxime, proinde et conceptu in-
tellectus solus est vitalitas per modum actus primi. ergo poterit uni-
ri substantiae Beati sub hac formalitate, proinde que cons-
tituet substantiam Beati proxime et in actu primo intelligentem. antecedens
est certum, et [illegible] probatur. quia ex solutionibus traditis de ratione prin
cipii vitalis proximi, et in actu primo non est esse ab agente
sed esse in agente quod potest salvari per appropriationem, et unio
nem intrinsecam, etiam si extremum unitum sit ab extrinseco. 2do
in hypotesi quod intellectus divinus uniretur substantiae Beati sub
formalitate intellectus, esset intellectus divinus, etsi alias extre-
mus extrinsecus Beato, intrinsice unitus et intrinsice appropria
tus ipsi, ergo hac unione facta, nihil officeret vitalitati intellectus
etiam divini, quia iste ex vi sui conceptus solum dicit vitalitatem in actu
primo. ac proinde posset intellectus divinus uniri substantiae Bea
ti ipsam viventem et intelligentem proxime, et in actu 1o constitu-
endo. = Tunc sic ulterius progrederis. ergo Beatus poterit bea-
tificari per beatitudinem increatam; haec ultima consequentia probatur. quia
iam talis operatio etsi increata, esset ab intrinseco Beati, scilicet
esset ab intellectu divino intrinsice unito, et communicato sub-
stantiae Beati.

33 **R**esp. neg. 2do [illegible] ratio, autem quare im-
possibile sit divinum intellectum uniri substantiae Beati ipsam viven-
tem, et intelligentem in actu primo, et proxime, est quia vitali
tas quae ex vi sui conceptus sortitur intellectus, exigit conve-
nire principio radicaliter viventi, vel per identitatem, vel per
informationem, cum ex terminis implicet quod intellectus di-
vinus identificetur cum substantia creata Beati, vel alterius, vel in
formet aliquam creatam substantiam inde est implicare quod in
tellectus divinus uniatur substantiae Beati ipsam viventem et intelligen
tem proxime, et in actu primo constituendo.

34 **R**eplicabis: et in-
geniose ergo saltim unus intellectus creatus unius Beati po-
terit uniri substantiae alterius beati, v.g. intellectus Angeli-
cus poterit homini uniri, vel e contra, et ipsum viventem, et intelli
gentem in actu primo, et proxime constituet. = haec [illegible] ex doctrina
et solutionibus traditis probatur. quia si aliquid obstaret ad

praedictam

prædictæ unionis max.e vitalitas, quæ resplendet in intellectu: 2.d
si prædictæ solutiones veræ sint, ut talis vitalitas efficere ne-
queat ad prædictam unionem; ergo stat ex prædicta doctrina quod in-
tellectus unius Angeli v.g. alteri, vel alicui homini uniatur,
et ipsum intelligentem prox.e et in actu 1.o constituat. cætera pa-
tent. prob. min. nam intellectui creato non repugnat informa-
re, unde ex capite informationis quam repugnare diximus in-
tellectui dicitur nulla est repugnantia: alias ex capite vita-
litatis quæ ex vi sui conceptus sortitur quilibet creatus intel-
lectus, etiam nulla est repugnantia, ergo si prædictæ solutiones veræ
tenent absolute nulla est repugnantia ad hoc ut unus
intellectus creatus uniatur alteri substantiæ spirituali, a qua
non dimanat, et ipsam viventem et intelligentem in actu 1.o prox.e
constituat. ans quoad 1.am partem constat præsertim in nostra, et
communi thomistarum sententia distinguente intellectum ab anima, qui sic in
et quidem accidens est informat = prob. ergo quoad 2.am partem: quia vi-
talitas, quæ intellectui ex natura sua convenit, est vitalitas in
actu primo, et per modum principii, sed x.o solutione tradita, vita-
litati in actu 1.o prox.e et per modum principii non repugnat
ab extrinseco provenire, dummodo intrinsice uniatur, et intrin-
sece recipiatur, in subiecto radicaliter viventi, ut videmus in
lumine gloriæ, et in aliis habitibus supernaturalibus. sive-
ra est solutio quam tradidimus; ergo ex capite vitalitatis quæ ex
vi sui conceptus sortitur quilibet intellectus creatus nulla est
repugnantia in eo quod intellectus unius Angeli v.g. al-
teri, vel alicui homini uniatur ipsum viventem, et intelligen-
tem in actu 1.o prox.e constituendo. = Ex quo sic ulterius
arguens, ergo intellectio unius Angeli, poterit intelligentem in
actu 2.o alterum Angelum, vel hominem, constituere. prob. seq. quia
semel unito intellectu illius Angeli, alteri, vel alicui ho-
mini, poterit talis intellectus elicere intellectionem propriam ipsius
ipsam communicando subiecto illi cui inest, in quo nulla videtur
repugnantia, cum ita illa intellectio sit ab intrinseco sui intellectus
et sic intrinsice appropriatur et unitur alteri substantiæ a qua non
dimanat prædictus intellectus.

Huic replicæ, quæ sane diffici-

lis, et ingeniosa est. Resp. neg. 1. seq., quæ non suadent probationes appositæ. Ratio autem quare intellectus unius Angeli, v.g. nequit uniri alteri, vel alicui homini, vel e contra, sumitur ex capite vitalitatis in actu primo, et per modum principii, non utcumque, sed quia principium proximum est intellectus per modum potentiæ diversa namque est vitalitas quæ convenit habitibus, tum naturalibus, tum supernaturalibus, ac vitalitas quæ potentiis naturalibus convenit: quia etsi unius cuiusque ipsorum vitalitas sit talis per modum actus primi, et principii proximi, tamen vitalitas, quæ habitibus convenit est vitalitas per modum virtutis supponentis necessario vitalitatem per modum principii potentialis, in potentia, cuius sunt habitus; vitalitas autem quæ potentiæ sortitur, est, ut liquet ex terminis, vitalitas per modum potentiæ, et cuius ratio est esse virtutem intransitivam respectu habituum cuiusque potentiæ, unde si intellectus v.g. unius Angeli, vel hominis alteri uniretur, iam non esset virtus intransitiva, sed transitiva cum ad aliud subiectum transiret, quod est contra naturam, et esse vitalitatis potentiarum. = Habitus autem ex sua natura sunt virtutes superadditæ, de cuius natura est, eo quia superadditæ, non dicere repugnantiam, ut ab extrinseco proveniant, dummodo efficiantur intrinsice subiectis quibus insunt. Et per hoc patet solutio ad argumentum in forma.

Dixi supra in principio argumenti admissa pro nunc possibilitate, quam falsam iudico. Quia forte repugnat quod per lumen unius, alter intelligat, et quod per habitus unius, alter proxime potens constituatur. ratio mihi hoc suadens est, quia habitus cum sint accidentia individuantur a subiecto: unde variato subiecto necessario variatur habitus quoad entitatem, et individuationem, sed ut pro nunc præscinderemus ab hoc, ut potest non huius loci, ideo modo dicto ad argumentum occurri.

§. V.
Aliæ proponuntur obiectiones.

Secundo contra nostram conclusionem alia possunt efformari argumenta desumpta ex paritate aliorum prædicatorum divinorum, quæ uniri, et communicari possunt ad extra, et secundo quoniam ea apud SS. M. Godoi

Tum

tum hic, tu tract. de Scient. animæ Xpi disp. 31. §. 5 inveniendi reposita, ideo illa breviter proponere, et diluere conabor tradendo §. sequenti quædam generales, et universales regulas, ad facile dignoscendum, quæ prædicata div.a possunt ad extra communicari, et quibus hoc repugnet. = Igitur 1.um exemplum contra nostram conclusionem desumitur ex Subsist.a Verbi terminante humanitatem Xpi dni: ex quo sic obiicies 1.o Stat quod omnis Subsistentia creata, et creabilis exigat informare naturam, quam terminat, et insuper exigat ab illa dimanare in qua dimanatione includitur concessus ab, et tamen Subsistentia Verbi unita humanitati Xpi dni ab his imperfectionibus informationis, et dimanationis denudatur; ergo similiter et si omnis intellectio creata exigat esse ab intellectu, illumque informare poterit intellectio div.a mentibus Beatorum uniri, ipsosque beatos constituere, absque imperfectione informationis, et egressionis. Resp. et si teneat a paritate rationis probr. quia ideo primum est verum, quia Verbi Subsistentia ratione suæ infinitatis continet eminenter et absque imperfectione perfectionem cuiuslibet Subsist.æ Creatæ; sed hæc eadem ratio militat in intellectione increata, respectu cuiuslibet intellectionis creatæ, ergo eadem ratione qua primum est verum, potest et secundum verificari.

Secundum exemplum ex exist.a divina et increata, quæ in communi Thomistarum s.a humanitatem Xpi existentem constituit, et eisdem terminis potest efformari ratio contra nostram conclusionem = Tertium exemplum desumitur ex essentia div.a unita mentibus Beatorum per modum speciei impressæ, absque eo quod, vel identificetur cum eorum intellectu creato, vel illum informet, ex quo sic argues: Stat quod omnis species creata, exigat, vel identificationem cum principio radicaliter intelligente (ut, pt. in Angelis, et in animabus separatis se ipsos, intelligentes) vel informationem præstitam ab ipsa intellectui, et tamen ess.a div.a in nostra, et communi Thomistarum s.a unitur mentibus Beatorum per modum speciei impressæ absque eo quod vel identificetur ess.a div.a cum substantia Beatorum, vel absque eo quod mentes Beatorum informet, ergo similiter intellectio increata poterit mentibus Beatorum uniri

38

absq aliqua itarum relatarum imperfectione. Doa; tenet a paritate. Et praeter raonem assignatam supra, quae etiam potest in praesenti adaptari, probatur speciali ratione: quia in Deo Species intelligibilis, intellectus, et intellectio, ut inquit D. Th. 1. p. q. 14. ar. 2 sunt omnino unum, et idem, proindeque absq aliqua distinctione etiam virtuali, cuius rao est quod omnia ista enumerata pertinent ad eandem lineam intelligibilem. ergo si unitur per modum speciei, poterit uniri sub munere intellectionis = Sumitur etiam alia ratione speciali pro eadem Doa. quia ut dicitur in libris de Anima species intelligibilis, est vitalis, ut quo, et in vitalitati speciei, non officit; hoc quod est esse Deum, uniri mentibus Beatorum, per modum speciei; ergo similiter vitalitati intellectionis, officere nequit, ad hoc ut intellectio increata uniri possit mentibus Beatorum, et ipsos beatos constituat. = Quartum exemplum desumitur ex divina essentia, unita mentibus Beatorum per modum speciei expressae, seu per modum verbi ~~[illegible]~~ in nostra, et communi fuerit Thomistarum sententia quae doctrina supposita sic arguer: Non minus est de ratione verbi esse ab intelligente, quam de ratione intellectionis, et tamen hoc non obstante essentia divina absq aliqua imperfectione mentibus Beatorum unitur per modum Verbi; ergo et poterit ipsis uniri sub ratione intellectionis. mai. praeterquam quod est D. Th. q. 4 de verit. ar. 2. potest probari ex natura Verbi, de cuius conceptu est dicere, esse dictum, et loquutum vitaliter ab intelligente, ergo dicit verbum, esse ab intelligente = Quintum exemplum desumi potest ex Sanctificatione Substantiali Christi Dni unde sic arguer: Natura divina, quae in probabili Thomistarum sententia sanctificat substantialiter humanitatem Christi Dni, unitur de facto saltim mediate, ad humanitatem Christi, et haec mediata unio sufficit ad eam sanctam substantialiter constituendam; ergo similiter poterit saltim mediate uniri intellectio increata mentibus Beatorum, et ipsos beatos, et intelligentes constituere. Doa tenet a paritate rationis. et ratione generali poterat probari =

§. VI.
Dilluuntur obiecta.

Pro solutione cuiuslibet supra appositi exempli, et instantiae notanda

notanda, & maxime præ oculis habenda est. quæ de generalis regula ad dignoscendum, quæ prædicata divina absque imperfectionis nota possunt ad extra communicari. quæ doctrina sumitur ex D. Th. opusc. 2. cap. 211. = Igitur sunt aliqua prædicata, quæ secundum se considerata ita sunt actus. ut sint actus incompleti, constituentes proinde tamquam partes aliquod tertium, ad cuius naturam, eo quia sm se, & essentialiter sunt partes, habuntur, proindeque pertinent ad speciem illius tertij, quod constituunt. = E contra vero sunt alia prædicata, quæ secundum se considerata, sunt actus perfecti, & totales, unde ex natura sua non habent constituere aliquod tertium, sed potius illud terminant. ut complementum omnino ultimum, in quo sistit tertium illud cuius sunt complementum. = Prædicata primi generis, etiam si divina nequeunt ad extra communicari, alias haberentur ad naturam illius cui communicarentur. = Prædicata autem secundi generis, optime ad extra possunt communicari cum potius habeant ad suam naturam terminum cui communicantur.

40

Igitur operatio vitalis secundum se considerata, abstrahendo a creata, & increata, ita est actus ultimus, quod etsi dicatur ultimus in genere elicitivo, & comparatione ad actum primum, nempe ad suam potentiam; non tamen est actus ultimus, per modum complementi & totalitatis: unde ex natura sua exigit actuare potentiam, vel per ab illa egrediendo, vel per egressionem, & actuationem formalem ut accidit in rebus creatis. vel per egressionem, & actuationem eminentialem, ut accidit in divinis. quod ex eo constat, quia actiones, & operationes, præsertim vitales, non sic actuant potentias ut ad communicationem sui, tamquam ad quoddam totum, & complementum habeant potentias, quarum sunt operationes, sed potius habuntur a potentijs ipsas constituendo, & actuando, in actu ultimo operativo. = Unde operatio vitalis talis est naturæ ut nequeat convenire subiecto nisi per egressionem, vel formalem, vel eminentialem. ac per consequens implicat quod intellectio, vel volitio increata alicui creaturæ uniantur, alias vel informarent creaturam, vel cum ipsa identificarentur, quorum utrumque est impossibile, & chimera. = unde

operationes vitales sunt prædicata primi generis, de quorum natura est non denudari ab imperfectione informationis et incompletionis, nisi supp.º identificatione ipsorum cum subiecto.

41 At Subsistentia, et Existentia, secundum se considerata, abstrahendo nempe a creata, et increata, sunt formæ completæ, seu ut formalius loquar sunt formæ supponentes naturæ completæ, unde ex natura sua illud habent terminare, per modum complementi ultimi; Subsistentia nempe reddendo naturam per se existentem, et ultimo incommunicabilem; et Existentia ponendo naturam ultimo, et perfecte extra causas. unde si aliq.º exercent prædicta munia cum imperfectione informationis, nempe in inferiori analogato, hoc non habent ex suo conceptu. Sed ex alio capite, ex eo nempe, quod implicat, quod terminus ultimus in linea essendi, et Subsistendi identificetur increatis cum essentia, et natura creata. = Qua ratione subsistentia, et Existentia divina, et increata uniri possunt creaturæ absque aliqua imperfectione qualiter de facto sunt unitæ humanitati Christi Dni, ut de Subsist.º Verbi est de fide, et de Existentia defendit communis, et verior Thomistarum sent.

Similiter

42 Species intelligibilis, tam impressa, quæ expressa, est quid retinens ex parte obiecti, ipsum præsens intelligibiliter constituendo, unde ex natura sua non dicit se tenere ex parte intellectus, proinde neque identificari cum illo, vel illum informare, proinde si aliquod ex his munerib.us inveniuntur in Speciebus intelligibilibus hoc est tum in inferiori analogato, nempe, increatis, tum non ex vi formalissimi conceptus speciei, qui est repræsentare, sed in linea entis, quæ de materiali, et præsuppositive se habet. unde Species illud dicit terminare intellectum. qua doctrina stabilita, et Supposita facile respondetur ad supra appositas instantias.

43 Ad 1.m de Subsist.ª Verbi resp.º concedendo ans, et neg.do cog. ad cuius probationem, nego causalem in maiori continentem. Si ideo de q. Subsist.ª est de genere prædicatorum secundi ordinis.

modo

modo explicato: ast e contra, intellectio est de linea prae-
dicatorum primi ordinis, unde non est eadem ratio = Et per
hoc patet solutio ad 2um exemplum de Exist.ia divina hu-
manitatis Xpi Dni existentiam constituente. = Ad 3um exem-
plum desumptum ex ess.ia div.a unita mentibus Beatorum per mo-
dum speciei impressae praeterquam quod constat solutio ex dictis
respondeo neg.do conseq.m. Et ad 1am probationem ibi subintellectam
resp.o neg.do ut supra causalem maioris, sumitur ergo disparitatis ratio
ex dictis, quia nempe species intelligibilis ex visui conceptum non
exigit informare intellectum, vel identificari cum principio radica-
liter intelligendi, quae ut vidimus haec munia etsi reperiantur in
speciebus creatis, accidit hoc in linea entis. ast e contra de concep-
tu operationis vitalis est egressio .l. formalis, l. eminentialis modo
dicto, quorum utrumque est imperfectio quae nequit convenire intellectio-
ni increatae, relative ad intellectum creatum = Ad 2am specialem
probationem resp.o dist. ans, species intelligibilis, et intellectio sunt
omnino unum, et idem. absque omni prorsus dist.e tam virtuali ad-
aequata, quam inadaequata, et eminentiali, nego ans, cum dist.e saltem emi-
nentiali, et inadaequata conc. ans. quae distinctio sufficit ut commu-
nicentur sub uno conceptu, et non sub alio. alias si conseq.a
teneret, probaret vel quod repugnat uniri sub conceptu speciei
nisi unita sub conceptu intellectionis, vel quod de facto quia unitur
sub conceptu speciei, unitur etiam sub conceptu intellectionis; quod
non potest dici, cum prima unio sit Thomistis communiter accepta,
et 2a iudicetur a [illegible] implicatoria. = ad 3am etiam specia-
lem dom. probationem resp.o concessis praemissis, neg.do cons. ratio dis-
paritatis sumitur ex eo quod vitalitas quae convenit speciei
est per modum principii determinativi se habentis ex parte
obiecti, cui vitalitati non obstat provenire ab extrinseco
dummodo intrinsece inexistentis appropriate intellectui ip-
sum intrinsece informando, et determinando, ast e contra
vitalitas quae competit actioni vitali in actu 2o qualis
est intellectio, est vitalitas per modum egressionis exercitae
dicentis ab de suius conceptu, ut diximus, est provenire ab
intrinseco viventis.

44 Ad 4um exemplum desumptum ex eadem

ess.ª div.ª mentibus Beatorum unita per modum speciei expressae, Resp.º dist. mai. nonminus de ratione Verbi est esse ab intelligente, quam de ratione intellectionis, si verbum sumitur adaequate quatenus est terminus intellectionis, ut dictio est, conc. mai. si sumitur inadaequate quatenus terminus est intellectionis, ut intellectio, et contemplatio actualissima est, neg. mai. et dist. min. eisdem terminis, s.ª ess.ª div.ª unitur mentibus Beatorum in ratione verbi, quatenus verbum dicit inadaequatum conceptum sui, prout nempe est terminus intellectionis, ut intellectio est conc. min. quatenus verbum dicit adaequatum conceptum sui prout nempe verbum est terminus intellectionis, prout dictio est, neg. min. et dog. ad probationem Resp.º verbum solum dicere esse dictum, et loquutum, quatenus verbum est terminus dictionis, seu intellectionis, prout dictio est, non autem quatenus terminus est intellectionis prout intellectio est, etenim verbum sub hac ultima inspectione solum dicit esse repraesentationem actualissimam, et in actu 2º in quo nulla ratio originis vel egressionis, importatur, s.d solum, repraesentatio pura retinens ex parte obiecti, ut intellecti, quae formalitas non dicit vitalitatem, per modum ab, seu egressionis. = at e.º intellectio neutiquam potest denudari a conceptu egressionis, et originis unde necessario dicit expressionem formalem, i.e. informatione, vel egressionem eminentialem. i.e. identificatione quorum utrumque repugnat intellectioni increatae respectu intellectus creati.

Replicabis: ideo

45 Verbum expressum admittit hanc duplicem formalitatem, et proinde ess.ª div.ª pot. univi mentibus Beatorum, secundum unam formalitatem, et non secundum aliam, quia in Verbo reperitur duplex habitudo, nempe ad obiectum, quod in actu 2º repraesentat, et ad intellectum, a quo dicit esse productum, dictum, et loquutum; sed intellectio ex natura sua etiam dicit hanc duplicem habitudinem, nempe ad obiectum, quod percipit, et intelligit, et ad intellectum, a quo oritur, et egreditur; ergo etsi intellectio increata nequeat univi mentibus Beatorum secundum utramque formalitatem, tamen, secundum formalitatem sub qua respicit obiectum poterit univi mentibus Beatorum.

Resp.º

Resp.º vel concessis ēmissis, neg. 2.º Ꝯ.g, vel clarita-
tis gratia dist. mai. ideo, et q.ª habitudo quã verbum di-
cit ad obiectum, non dicit vitalitatem per modum actus secundi
et per modum operationis, seu exercicij potentiæ vitalis, conc.
mai. q.ª dicit ut cuiusque tendentiæ ad obiectum, neg. mai. et
dist. min. sic intellectio dicit etiã tendentiã ad obiectum
per modum operationis, et exercicij actualis potentiæ vitalis
conc. min. per modum puræ repræsentationis actualissimæ neg.
min. et Ꝯ.g = Dicimus ergo quod habitudo seu tendentia,
quã verbum dicit ad obiectum solum dicit esse repræsentationem
actualissimã, et in actu 1.º in qua formalitate non explicatur
conceptus ab. seu conceptus egressionis a principio, similiter
potest esse divinum mentibus Beatorum unita sub conceptu Ver-
bi et speciei expressæ, hoc munus exercere. quæ doctrina
desumitur tum ex libris de Anima, tum ex D. Th. 1. p. q. 34.
a. 1. ad 2. ubi hæc habet verba * intelligere mediante
verbo importat habitudinem ad rem intellectam, in qua nulla
ratio originis importatur *; at ergo intellectio taliter res-
picit obiectum, ut ipsum respiciat quatenus est exercicium
potentiæ vitalis, et cuius ratione est egressio vel formalis
vel eminentialis, ut late diximus. 46

Ad 5.um Resp.º admisso
ante; de cuius veritate dubitant aliqui Theologi, dum aliud prædicatum
divinum asserunt sanctificare substantialiter huma-
nitatem Christi; nego Ꝯ.g. ratio autem disparitatis desumitur
ex eo quod esse sanctum solum dicit esse obiectum congruum di-
vinæ dilectionis, quæ formalitas præstari potest ab ali-
quo prædicato divino, sive mediate, sive immediate unito
q.ª hæc formalitas non dicit vitalitatem per modum exer-
cicij dicentis ab seu egressionem, quã dicit intellectio ex
sua natura, et ex suo conceptu essentiali.

Replicabis 47
quod admissa sententia quã nunc admittimus, et asseratur
naturã divinã uniri saltim mediate humanitati Christi Domini
et ipsã se substantialiter sanctificare, sequitur quod intellectio
increata possit uniri mentibus Beatorum: assumptum probatur

ex eo quod in communi pluriu Thomistaru ss. natura div. consistit in intellectione actuali, et in actu 2o. ergo si unitr sub ccptu nae, unitr sub cceptu intellectionis. ory est probabilis Thomistaru ss. Doa autem probatr, quia im plicat quod intelligatr unita natura divina, ad aliquod effectu praestandu, quin intelligatr unitum id in quo for malissime consistit natura divina, sed ut supponimus, naa div. consistit in intellectione actuali, ergo si unitr sub con ceptu nae unitr sub conceptu intellectionis actualis.

48 Resp. 1o explicando praedicta Thomistaru ss. de constitutivo nae divae etenim ss. qui in intellectione actuali constituit nam divinam non illam constituit in intellectione prout actio et operatio est, sed prout intellectio dicit esse ultimae actualitatem, de quo videri potest praecipue SS. M. Ioan. a Sancto Thoma. 1. p. q. 14. ut hoc erudite, ut mos est apud ipsum adstruit. = Secundo quidquid sit de hoc, sive constituatr naa div. per intellectionem radicalem, vel actualem, quomodo cumque explicatam. resp. quod ut naa div. sanctificet humanitatem Xpi Dni non exigi tr quod uniatr sub conceptu adaequato nae prout dicit omnes formalitates de linea naturae, sed sufficit quod uniatr sub conceptu inadaequato naturae, prout nempe reddit huma nitatem Xpi Dni obiectum congruum divae dilectionis, quia in eadem naa possit distingui plures formalitates, saltem inadaequate vel ea distinctio inadaequata sufficiat ut uniatr aliquod praedicatum divinum, sub uno inadaequato conceptu, et non sub alio, ut pat. in specie impressa, et expressa, quae inadaequate ipsius ut diximus distinguuntr ab intellectione, inde est quod etsi naa div. consistat in intelligere radicali, non ob inde quia in Xpo sanctificat humanitatem, debet radicare opera tiones increatas; vel si consistit in intelligere actuali, non obinde debet uniri sub conceptu intellectionis.

49 Aliud argum. quod proponit Scotus, in 3. dist. 13. q. 4. et cum eo Sco tistae, et insuper Iesuitae. desumptum ex quadam authoritate Angelici M. 1. p. q. 105. ar. 2. in corp. ubi haec habet verba

* Errore

* Erroneum est dicere Deum non posse facere per se ipsum omnes determinatos effectus qui fiunt per quamcumque causam 2am * ex quibus verbis inferunt quod sicut Deus per intellectionem creatam constituit beatum, et intelligentem intellectum creatum, hoc etiam absque intellectione creata poterit praestare per se ipsum, facile solvitur = distinguendo de effectibus dependentibus a causa efficiente solum in hoc genere, et de effectibus implicantibus dependentiam in genere causae formalis; quorum primi suppleri possunt a Deo, et esse solo causalitati, secus autem secundi, unde cum intellectio et quilibet actus vitalis dependeat a suo principio non solum in genere causae efficientis sed etiam in genere causae formalis, quia necessario dicunt egressionem, cum informatione, vel identificationem; cum egressione eminentiali ut diximus in dicta ratione repugnantia, ut non possint suppleri a Deo. Sed de hoc videas M. Godoi hic. disp. 4. § 3. a n. 25. 50

Ex dictis habetur nullum Beatum posse beatificari formaliter per intellectionem alterius Beati, quia neque per intellectionem a se non distinctam, sed sibi unitam, unde in utroque sensu in primo notabili explicato manet iam decisa quaestio =

QVÆST. III.

Utrum si per impossibile Beati essent formaliter Beati per operationem increatam, nempe per intellectionem increatam, comprehenderent Deum?

§ I.

Praenotantur nonnulla.

1 Vti licere aliqua suppositione impossibili ad rerum naturas perfecte dignoscendas, diximus disp. 1. q. 2. n. 2. quapropter, ibi. Ca libi in praesenti mea, et in alijs materijs uti aliqua supp.e impossibili absolute, et simpliciter, unde et si quaestione praecedenti stabilierimus, et rationibus suadere studuerimus connati impossibilitatem simpliciter et absolutam. quae est in eo quod Beati intelligant et constituantur formaliter Beati, per operationem et intellectionem ab ipsis non elicitam, nempe per intellectionem increatam Dei; tamen disputationis gratia praedictam hypotesim impossibilem, possibilem confingimus, quae utique hipotesis deserviet ad ipsam impossibilitatem quae ex parte conditionati invenitur, firmius, et fortius stabiliendam, et roborandam.

2 At notandum venit, quod etsi fingere liceat, et disputationis gratia admittere hypotesim aliquam absolute impossibilem, et implicatoriam; non tamen utilicet suppositionibus complicatorijs, et incompossibilibus, quae utique constant ex terminis immediate contradictorijs, v.g. non licet fingere, et supponere sic: Utrum si Deus videretur a Beatis, et non videretur a Beatis, essent Beati, haec .n. supp.o et quaelibet similis alia, inutilis simpliciter est, ut pote inferens immediate duas resolutiones, inter se contradictorias.

3 Unde unionem quam cum intellectu creati confingere possumus, habere intellectionem increatam, ut ipsum formaliter beatum, et intelligentem constituat, talis debet esse ut etsi absolute sit chimerica, et impossibilis, tamen non sit complicatoria, et incompossibilis, unde debemus fingere intellectionem increatam, etsi non oriatur intrinsece ab intellectu creato, tamen illum intelligentem constituat, ex eo quia terminative fingatur et supponatur uniri cum intellectu creato; ad modum quo subsist.a Verbi unitur humanitati Xpi Dni, et ess.a div.a unitur mentibus Beatorum per modum speciei impressae, et expressae. = et quod sic solum confingi possit praesens hypotesis, quam pro casu disquirendo in hac quaestione libenter admittimus, ex eo constat, quod si confingeretur oriri necesse ab intellectu creato, ut ipsum intelligentem constituat, constaret praedicta hypotesis, ex terminis immediate contradictorijs, et incompossibilibus, unde hypotesis facta, non solum absolute esset implicatoria, sed complicatoria:

esset

esset enim idem, ac inquirere: utrum beati constituerentur formaliter beati, per operationem a se non elicitam, (quia increata esset operatio) et per operationem a se elicitam (quia esset ab intellectu creato, et a principio intrinseco), quod est absolute non solum impossibile; sed incompossibile: debet ergo supponi, pro casu praesentis quaestionis, quod intellectio increata, et si non oriatur intrinsece ab intellectu creato, neque sit a principio intrinseco se movente, tamen illum intelligentem constituat, ex eo quia intellectui creato terminative unitur intellectio increata et hac impossibili unione supposita disquirimus, utrum per illam Beati comprehenderent Deum.

Rursus pro hypotesi praesentis quaestionis solum exigitur quod unio illa, quam confingimus habere intellectionem increatam cum intellectu creato, sit, et intercedat pure in linea intelligibilibili, et intentionali, non autem in linea entitativa: et si enim in Deo, non detur adaequata distinctio inter lineam entis, et inter lineam intelligibilem seu intentionalem, datur tamen inter ipsas eminentialis distinctio nempe per aequivalentiam ad lineas diversas in rebus creatis, quae eminentialis distinctio sufficit, ut possimus supponere uniri intellectionem increatam intellectui creato sub formalitate lineae unius, scilicet sub formalitate pertinente ad lineam intentionalem, et non sub alia formalitate ad lineam entis expectante. Quae doctrina comprobari potest in Subsistentia Verbi quae unitur humanitati Christi Domini sub conceptu personalitatis, et non sub conceptu relationis, et si hi conceptus in ipsa Subsistentia Verbi solum eminentialiter distinguantur. = Comprobatur etiam in natura divina unita mentibus Beatorum sub conceptu speciei, et non sub conceptu intellectionis, neque sub conceptu intellectus. = et in aliis praedicatis divinis potest comprobari ut in ... [illegible] ... sanctificare substantialiter humanitatem Christi, quae pro ... unita saltim mediate, sub conceptu formae sanctificantis, et non sub conceptu naturae, quae omnes formalitates in praedictis exemplis non sortiuntur plus quam distinctionem inadaequatam et eminentialem. ratio huius suppositionis, est quia si intellectio increata supponeretur unita etiam in linea entis, cum intellectu creato, necessario debebat confingi intellectum creatum esse entitative Deum, unde gaudimus quod comprehenderet divinam essentiam.

5

Pro cuius maiori intelligentia notandum est: Comprehensionem dupliciter vsurpari posse; stricte scilicet, et rigorose, vel late, et minus proprie: inter quas duas acceptiones facile differentiam percipies, si comprehensionem intellectualem, per analogiam ad comprehensionem materialem, dimetiaris. Comprehensio igitur materialis late, et large accepta dicitur talis, quae opponitur insecutioni, vnde hoc modo dicitur comprehendi quidquid manu tenetur etiamsi secundum omnes partes suae quantitatis, non circumscribatur a manu, et huic comprehensioni correspondet in spiritualibus assecutio obiecti desiderati, quia haec assecutio non secundum omnes formalitates, et eminentias percipit obiectum. qua ratione iuxta locutionem SS. PP. et Theologorum, Beati, Comprehensores dicuntur. et in quo sensu intelligitur Ap. 1. ad Corint. 9. dixit: sic currite, vt comprehendatis. et ad Ephes. .. vt possitis comprehendere, quae sit latitudo. = Comprehensio autem stricta, et rigorosa in rebus materialibus dicitur illa, in qua vnum corpus quantum, continet aliud ita perfecte, vt nihil corporis contenti, sit extra corpus continens. qua ratione dicitur manum comprehendere obolum parvae quantitatis, vel qua ratione dicitur Betica comprehensa terminis Hispaniae, et huic comprehensioni strictae correspondet in spiritualibus alia stricta, et rigorosa comprehensio, in qua nempe taliter cognoscitur obiectum, vt nihil illius lateat cognoscentem. vnde sic comprehendens attingere debet, omnia praedicata et in omnes formalitates, virtualitates, et eminentias, quae sunt in obiecto cognito. = Quae vtique stricta, et rigorosa comprehensio explicatur, et definita fuit ab D. Aug. Epist. 112. c. 9 his verbis: * totum comprehenditur videndo, quod ita videtur quod nihil eius lateat videntem, aut cuius fines circumspici possunt. * quod et docuit lib. 20. de Civ. Dei Cap. 8. his verbis: * Quidquid scientia comprehenditur scientis comprehensione finitur, quatenus nimirum nihil est in re sic cognita quod sit extra cognitionem comprehendentis illam. * in praesenti ergo de stricta comprehensione procedit dubium.

6

Caeterum licet hoc ita verum sit, notandum insuper iudicavi conveniens, quod vt detur stricta, et rigorosa comprehensio, ex terminis solum exigitur vt cognitio sit ita perfecta, habeatque tantum virtutem, et activitatem

in

in linea intelligibili, & intentionali formalitr. et tali, quantu exigit ex parte obiecti cogniti, formalitr. inspecti in linea pure intelligibili, & formali, unde ad stricta & rigorosa comprehensione tantu requiritr, quod intellectui alitas activa cognoscentis, sit tanta, in linea intentionali, ac intelligibilitas passiva obiecti; praescindendo proinde a perfectione & actualitate entitativa, quae inter cognoscente, & obiectu cognitu inveniri potest; etenim ista perfectio solu se habet de materiali, ut ex ipsis terminis liquet; accidit enim quod aliquando cognitio sit perfectior in esse entis, obiecto cognito, ut quando cognitu est aliquod accidens valde infimu, & e contra etia accidit quod aliquando obiectu cognitum sit perfectius cognitione cognoscente, imo comprehendente, attenta linea entitativa, ut quando obiectu cognitu est substantia & cognitio est accidens; Si enim obiectu cognitu non posset esse perfectius in esse entis cognitione comprehendente nullus Angelus quantumvis superior comprehendere posset Angelu inferiore, neque aliam substantia quantum vis minima: quod in communi Theologoru sententia est falsu.

Similiter hoc ipsu, quod dictu, & stabilitu est de cognitione, dici & supponi debet de eius principio radicali, & de comprehendente ut quod, non enim est necessariu quod comprehendens ut quod, sit ex terminis perfectius obiecto cognito. Est enim probabilissima sententia, quae ego in publicis disputationibus affirmavi, Angelu inferiore stricte & rigorose comprehendere superiore etiam maximu, cui sententiae, quidquid sit de eius veritate, pro nunc non debet adimi eius probabilitas tam intrinseca, quae extrinseca, ut perperam contendit in simili casu. M. Ildef. Michael. 1a. p. q. 12. ar. 7. dub. unico. num. 337. ubi imbecilitr. et intempestive contra tuentes Angelu inferiore superiore comprehendere: hoc enim est rixa ubique movere de qualibet quaestione, unde vellit, nollit tenetr admittere hanc suppositione, alias non daretr locus quaestioni quam ipse intempestive ibi movit, de comprehensione Angeli superioris ab inferiori. — his igitr suppositis quaerendo inquirimus respondentes, Utru admissa hypotesi impossibili, in qua Beatus constitueretr formalitr Beatus & intelligens, per intellectionem increatam (modo in his notabilibus explicato) comprehenderet Deu sensu ut de comprehensione stricta, & rigorosa;

§. II.

Refferuntur ss.^x

Neminem vidi, nostris terminis exprofesso hanc questionem disquisitioni mandare, at licet hoc ita sit verum ex his que obiter, et quasi pertransellam insimili attingunt, scilicet in 3. p. ad tract. de scient. animæ Christi, dum inquirunt utrum Christus dnus intellexerit, vel intelligere potuerit per intellectionem increatam? facille colligere possimus diversitatem sententiarum in hac parte. at inquantum potui discernere iudico esse pro sso negativa. M. Ildef. Illicit. ubi supra. n. 390. ubi ita incongruam, et futilem reputat praesentem questionem ut adstruat se animo esse hanc, et similes meditationes parvipendendo omittere: at licet sic dispectione affectus dignatus fuit suam in hac parte negativam proferre ssam. sed dimittimini queso, quid sacri theologorum agminis interdixisset huius Mag. silentij. dum in alijs, tum ex nra, tum ex alijs scholis dociss reperimus praesentem, et similem questionem. = Etiam videntur stare pro hac sso negativa illust. Godoi tum in hac mæa de beat. disp. §. 1. n. 5. tum 3. p. tract. de scient. animæ Chr. disp. 33. §. 2. n. 59. M. Gonet in eidem locis, et fereeisdem verbis. = hanc negativam ssam in simili quest. exprese tenet, et perdocte. ut mos est apud ipsum, ex nostris in suis manuscriptis, tract. de incomprehensibili Dei naa. SS P. M. Ildef. Moriente, Mag. meus Colendiss. Primarius huius Collegij, et nunc in eodem dignissi. Presul.

Cæterum

9 Venia tanti Mag. inopposita, et affirmativa ssam veritate compulsus feror, non impugnandi animo, sed adiscendi cupiditate. hanc meam ssam tenet M. Valentia. ut refert illust. Godoi, et nisi fallor eam tenet SS Godoi, et Gonet locis ubi supra, licet pro opposita clarius videantur esse ss. at attente perpensis, prome videntur stare. quod sic infero. quo praedictus illust. improbando ssam M. Valentia. qua iste probat Beatos non posse constitui formaliter tales per operationem abipsis non elicitam, nempe per intellectionem increatam ipsis unitam, ex eo quod, inquit Valentia, sequeretur Beatos comprehendere Deum? Respondet illust. Godoi rationem istam non convincere intentum

quia

quia solvi potest arg.tum Valentiae dist. sequilla illg concedendo, de unione adaeq.ta et neg.do ipsa de unione inadaequata: tunc sic infero, sed hanc unionem adaequatam intellectionis increatae, cum intellectu Beati supponimus disputationis gratia, ut constat in notabilibus, ergo cum aeque impossibilis sit absolute quaelibet unio, sive adaeq.ta, sive inadaeq.ta non est ratio ob quam ad unionem inadaequatam cingamus hypoterim factam, ergo videtur illust. Godoi, inde Gonet, stare praemie. Sed quidquid sit de ss. illust. Godoi, et Gonet in hac parte, huic sub affirmative adhaereo, unde.

§. III.

Statuitur Concl. 1a.

Sit Concl. 1a: Sicut impossibile Beatus constitueretur formaliter beatus per operationem a se non elicitam, sed per intellectionem increatam, sibi intrinsece, et terminative unitam stricte comprehenderet Deum. Unde si Christus intelligeret per intellectionem increatam comprehenderet Deum = Probatur concl.o 1a: Quia ad hoc ut aliquis intellectus dicatur comprehendere objectum solum exigitur quod ita clare attingat objectum, ut nihil illius lateat cognoscentis. Sive solus exigitur quod attingat omnia praedicata tam formalia, quam virtualia, et eminentialia ipsius objecti: sed casu quo Beatus intelligeret per intellectionem increatam intrinsice sibi unitam, ita cognosceret Deum ut nihil de Deo lateret ipsum intellectum cognoscentis, unde attingeret in Deo omnia praedicata tam formalia quam virtualia, et eminentialia ipsius; ergo si Beatus intelligeret per intellectionem increatam ipsi intrinsece unitam comprehenderet Deum = maior ex notabilibus constat. et probatur min. in qua praecipua est difficultatis: = Quia ut aliquis intellectus attingat objectum secundum omnia praedicata tam formalia, quam virtualia, et eminentialia ipsius. Sufficit quod in vi intellectiva, formaliter ut expectat ad lineam intentionalem, seu in ipsa intellectione adaequet objectum cognitum; sed in casu hypotesis, vis intellectiva, seu intellectio actualis; quia intelligeret seu qua constitueretur intelligens intellectus creatus adaequaret perfectissime objectum cognitum, ergo casu quo Beatus intelligeret per intellectionem increatam, sibi intrinsece unitam attingeret objectum secundum omnia praedicata ipsius, tam formalia, quam virtualia, et eminentialia. = probatur minor, major est ab omnibus admissa, si enim intellectus aliquis in vi sua intellectiva adaequat objectum ergo objectum non exigit amplius cognosci-

Pbr. gᵒ min.: Vis intellectiva seu intellectio, qua in hac hypotesi intelligeret intellectus ille esset infinita: est enim ipsa intellectio increata Dei ut supponitur; sed intellectio infinita nequit non adæquare, in vi sua intellectiva obj. cogniti, nempe Deus, in sua intelligibilitate passiva, ergo casu quo intellectus creatus intelligeret per intellectionem increatam Dei, adæquaret in vi sua intellectiva, seu in intellectione actuali obiectum cognitum, nempe Deus. maior est certa, et min. etiam constat. Nam intellectio infinita est illa cui nihil deficit de activitate, seu est illa quæ nihil latet de obiecto cognito etsi infinito; alias si aliquid lateret ipsam, infinita non esset eo quod dabilis esset alia maior, illa nempe quæ perfecte obj. cognitum attingeret sub omnes suas virtualitates, et eminentias.

11 Replicabis 1ᵒ.

et dices intellectionem illam, qua in hac hypotesi intelligeret beatus etsi foret in se infinita, tamen ut communicata deficeret ab infinitate, non defectu sui sed defectu intellectus recipientis, et percipientis, unde non constitueret intellectum creatum infinite intelligentem: cuius ratio est quia limitatur ad receptionem in ipso. quia unumquodque recipitur ad modum recipientis.=

Comprobas hanc replicam. 1ᵒ desumpto argᵗᵒ ex Subsistᵃ Verbi communicata humanitati Christi Dni: ex quo exemplo sic argues. Stat optime quod subsistentia Verbi in se, et entitative considerata sit infinita, et tamen modo finito humanitati Christi Dni communicetur, unde non facit prædictam humanitatem infinite subsistere: ergo similiter etsi intellectio qua tunc casus intelligeret Beatus esset infinita in se, non solum entitative, sed etiam in linea intentionali; tamen ut communicata intellectui creato finito modo communicetur, ac proinde non praeberet intellectui creato effectum vel quasi effectum formalem infinitum, nempe non constitueret illum infinite intelligentem. Confirmatur tenendo expressis, et insuper per rationem assignatam supra, quia ideo subsistᵃ Verbi etsi in se infinita non constituit humanitatem Christi Dni infinite subsistentem, quia communicata subiecto finito, ergo etiam intellectio increata, in prædicta hypotesi conficta uniti et communicata subiecto finito, nempe intellectui creato; ergo intellectio increata, in hac hypotesi non constitueret intellectum creatum infinite intelli-

intelligentem. = Idque arguendo conficere possum exemplo desumpto ex Existentia divina, cum qua in Thomistarum sententia existit humanitas Christi Domini, quin ipsam infinite existentem constituat. = 13

Comprobatur

2.o assumptum exemplo desumpto ex essentia divina mentibus Beatorum unita in nostra, et omnium Thomistarum sententia per modum speciei impressae. Nam etsi praedicta species in se sit infinita in repraesentando, tamen prout unita mentibus Beatorum non repraesentat infinito modo, sed iuxta capacitatem luminis. Ergo similiter etsi intellectio increata sit in se infinita, tamen prout unita, in hac hypotesi non constituet intellectum creatum infinite intelligentem. Sua praeter paritatem probari possunt eadem ratione qua supra =

Comprobatur 14

3.o assumptum instando in ipsa essentia divina unita in probabiliori Thomistarum sententia mentibus Beatorum per modum speciei expressae, quo stabilito sic arguo: Stat quod essentia divina quae per modum speciei expressae mentibus Beatorum unitur sit in se infinita in terminando intellectionem, et tamen prout communicata mentibus Beatorum quod nempe substracto finito communicatur non repraesentat Deum ut infinite cognitum: ergo eadem ratione esto intellectio increata sit in se infinita etiam in linea intentionali, tamen ut communicata intellectui creato, quod est subiectum finitum, non constituet ipsum infinite intelligentem.

§. IV.

Proponitur quaedam scitu digna doctrina.

Pro his, et similibus replicis diluendis, quae utique aliquam praeseferunt in praesenti difficultatem, notandum, et maxime prae oculis est habendum, quod aliquod praedicatum divinum dupliciter potest intelligi communicatum creaturis, praesertim rationalibus, et spiritualibus ratione utentibus de quibus in praesenti controversia disquirimus. = Igitur vel tale praedicatum divinum, unitur substituendo vices alterius praedicati creati; vel potest intelligi absolute, et simpliciter unitum, absque eo quod uniatur ad substituendum pro alio, neque vices alterius praedicati creati gerendo. = Si ergo aliquod praedicatum divinum unitur substituendo, et gerendo 15

vices alterius praedicati creati, tunc eff. vel quasi eff. formalis quem, media unione terminativa intrinseca, quam exercet, praestat, est omnino similis illi effectui, quem praestaret illud praedicatum creatum, si adesset, cuius vices gerit illud praedicatum divinum. unde quo perfectior sit forma creata, proqua substituit, et quo perfectiorem eff. form. praestaret ipsa forma creata si adesset; eo perfectiorem praestat effectum vel quasi eff. form. illud praedicatum divinum, quod est unitum, et communicatum in supplementum formae creatae. = Qua ratione communiter theologi, inter quos per eleganter illustr. Godoi in 3. p. q. 2. et illic. disp. 8. §. 3. n. 15. asserunt: Verbi Subsistentiam humanitati Christi Dni unitam non constituere illam ita perfecte subsistentem, ac subsistentem constitueret naturam Angelicam, et si ipsam personaret. = Quorum omnium ratio est una quia nempe Subsistentia Angeli cuius vices gereret hunc casum Verbi Subsist.^o perfectior est subsist.^e humana, proqua de facto in humanitate Christi substituit.

16 Ast e contra Si illud praedicatum divinum, creaturis communicatum, et unitum ipsis unit, et si oratione, non supplendo effectum alicuius praedicati creati, nec substituendo vices alicuius formae creatae, seu alicuius praedicati creati, tunc casus illud praedicatum divinum, non limitatur ratione substracti limitati et finiti, cui communicatur. = Quaratione Humanitas Christi Dni redditur infinite et simpliciter sancta substantialiter, vel a natura divina, vel a Persona Verbi, vel a subsistentia absoluta, iuxta diversa theologorum placita, absque eo quod limitatio, et finitudo humanitatis obstet ad illam sanctitatem substantialem, infinitam simpliciter praestandam, et si haec infinitudo sit illius talis per participationem, et non per essentiam. = Et similiter operationes Christi Dni valorantur infinite, seu infiniti valoris constituuntur a Persona Verbi, et ratione huius influxus et valoris; Theandricae, et Dei Viriles, a theologis nuncupantur. = Cuius ratio in utroque casu ea est, quod nempe Personalitas Verbi, (vel quodlibet aliud praedicatum divinum sanctificans substantialiter humanitatem Christi), non sanctificat substituendo pro aliqua sanctit.^e creata, neque vices sanctitatis creatae gerendo, sed absolute, et simpliciter: et ut sic dicamus

pro

pro se ipsa, unde eff.s form.s, vel quasi eff.s formalis quem prestat non est iuxta mensuram connaturalem substracti, quae utique est finita, sed iuxta activitatem, et potentiam formae sanctificantis, quae utique est infinita. unde ideo respicit ex parte substracti capacitatem obedientialem, quae etiam est infinita.

17

Similiter Persona Verbi, valorans operationes Christi Dni, non valorat ipsas, suplendo effectum valoris creati et finiti, sed ut adequata causa dignificat ipsas, eas, ut diximus, Theandricas, et Dei viriles constituendo; et hac ratione, Valor iste personalis non limitatur ex limitatione fisica substracti, nempe operationum ab humanitate elicitarum.

18

Quorum omnium ratio apriori est quia ex terminis substitutum quodlibet, vel Vicarius quilibet, non plus dignitatis, et potentiae habere debet, ac Principale, pro quo substituit, et cuius vices gerit, et similiter quaelibet forma principalis, si exit, et ut adequata causa ad aliquem effectum prestandum communicatur, tantum prestat, et tantum causat quantum potest, effectus enim vel quasi effectus formalis nihil aliud est quam ipsa forma communicata, unde si forma est divina superans proinde capacitatem naturalem substracti cui communicatur, respicit ipsum, secundum capacitatem obedientialem, quae utique capacitas obedientialis ideo est respectu Dei. Et ex hac doctrina communi, ni fallor apud Theologos facile corruunt replicae supra factae, et si difficiles videantur.

§. V.
Diluuntur replicae.

19

Resp. ergo ad replicam n. 11 factam et ex ratione petitam, nego ans. eius assumptum, ad cuius probationem similiter nego ans. cuius ratio quia tunc casus intellectus creatus non reciperet intellectionem increatam secundum capacitatem naturalem sui, quae utique est finita, sed secundum potentiam obedientialem, quae utique est infinita, unde non limitaret activitatem intellectionis increatae, sicut nec humanitas limitat influxum infinitum formae sanctificantis substantialiter, cuius ratio est quia tunc casus intellectio increata non uniretur gerendo vices intellectionis

create, sed absolute uniretur ut adequata causa ad constituendum intellectum intelligentem, quia intellectio increata in hac hypothesi intelligentia unita, absque aliqua dependentia, et absque aliquo influxu orto ab intrinseco intellectus, cum ut supponimus proveniat omnino ab extrinseco, unde intellectus ad istam intellectionem mere passive se haberet, proindeque comparareretur ad receptionem huius intellectionis secundum suam capacitatem obedientialem, quae utique est infinita.

20 Ad 2 replicam de subsistentia Verbi resp. neg. 2do Lam ans. seu assumptum principale cuius ratio mihi efficacissima est, quod intellectio increata, ut iam dixi, in praedicta hypothesi admissa, ~~[illegible]~~ constitueret intelligentem intellectum ~~ore~~ alia non substituendo vices intellectionis creatae, neque alterius praedicati finiti, et limitati, quod inde non limitaretur a substracto, unde ipsum infinite intelligentem constitueret, modo quo Persona Verbi Christi humanitatem infinite sanctam constituit, et operationes Christi infinite valorosas reddit. Et per hoc constat ad probationem in contrarium, unde distinguendo iuxta hanc doctrinam maior. et min. negatur cons. propter disparitatem assignatam, quia Persona Verbi uniatur substituendo vices Personae creatae, secus autem intellectio increata in praedicta hypothesi = Et per hoc constat solutio ad instantiam de existentia divina existentem constituente humanitatem Christi Dni.

21 Ad 3 replicam resp. neg. assumptum 2do. Et ad probationem concesso ante, neg. cuius disparitas similiter consistit in eo quod ess. div. unitur mentibus beatorum supplendo vices speciei impressae creatae, seu, ut formalius loquar, ess. div. unitur per modum speciei impressae, faciendo nempe, quod faceret species species creata, si per impossibile adesset, de cuius ratione est repraesentare exercite, iuxta activitatem virtutis percipientis, seu luminis intelligentis, unde cum includit necessario finitum, quod est receptum. inde est quod necessario ess. div. unita mentibus beatorum per modum speciei impressae, nequit non repraesentare exercite finito modo; unde nego causalem maioris, et ad probationem, si ideo et quod necess. uniti iuxta capacitatem luminis

Ad 3am instantiam de specie expressa, similiter Resp. quod si essentia divina unita mentibus creatorum per modum speciei expressae, seu Verbi, unita faciendo praecise quod faceret Verbum creatum, seu species expressa creata, si adesset: non solum unit Deum, ut intellectum finito modo: cuius ratio est, quia iste intellectus in actu dicit omnimodam convenientiam, et mutuam aequiparantiam cum actione intelligente, cum ista sit qua intelligit: quare cum ista necessario debeat esse finita, essentia divina unita per modum Verbi, seu speciei expressae mentibus creatorum, necessario finito modo terminat intellectionem; at si intellectio increata, et similiter mentibus creatorum ~~per modum Verbi~~ non haberet unde limitaretur; quia non substitueret pro creata intellectione. neque exigeret ex parte intellectus aliquem influxum, cum esset ab extrinseco, ut supponitur hypothesi, quare intellectus mere passive se haberet modo quo humanitas Christi Domini se habet ad sanctitatem substantialem, unde sicut ista redditur infinite sancta, ita similiter intellectus creatus in praedicta hypothesi redderetur infinite intelligens.

23

Replicas, et ingeniose cum praedicto SS. ex nostris exemplo apud ipsum convincenti; humanitas Christi Domini est sancta sanctitate increata; et nihilominus non constituitur a sanctitate increata, tam sancta, et amabilis ac ipse Deus, quia namque humanitas incapax est, ut tam sancta sit, ideo quia tota perfectio illius sanctitatis, non explicatur in subiecto, scilicet in humanitate Christi Domini; ergo similiter et si intellectus creatus intelligeret per intellectionem increatam, et infinitam; non intelligeret infinito modo quia incapax est tali modo intelligendi; et non posset explicari talis intellectio increata secundum omnem suam perfectionem in ipso intellectu creato, ob eius impotentiam, et incapacitatem.

24

Resp. venia tanti Mag. hanc instantiam non convincere intentum; sed potius cum ipsa, corroborari, et illustrari nostram 1o. neque aliud est quod humanitas

Christi dni, non constituat infinite sancta per essentiam; aliud autem est quod etsi per communicationem, absolute, et simpliciter humanitas non sit infinite sancta, primum est verum, et secundum est falsum. nam ut communis tenet Theologorum sententia humanitas est infinite sancta, quin adhuc infinitam sanctitatem capescendam obsit limitatio substracti; ergo similiter intellectio increata intellectui creato communicata, illum constituet infinite intelligentem, per communicationem, utique, et non per essentiam. mihi consequentia haec videtur clara, nam ideo primum est verum quia Personalitas Verbi, vel divina natura, vel quodlibet aliud praedicatum divinum, de quo nunc non disputo, ideo constituit humanitatem Xpi dni infinite sanctam, et si non per essentiam sed per communicationem, quia non unitur gerendo vices sanctitatis creatae, nec pro aliquo praedicato creato substituendo; ergo si diximus, intellectio increata, in hypotesi admissa, non unitur substituendo pro intellectione creata, neque pro aliquo praedicato creato, neque gerendo intellectionis creatae vices, ergo si limitatio humanitatis, et eius finitudo non obstant ad hoc ut humanitas evadat infinite sancta, limitatio intellectus creati obstare nequit ut evadat infinite intelligens.

25 Unde ad tacitam replicam, quae in verbis praedicti SS. M. continetur, ex eo nempe, quod humanitas non est tam sancta, neque aeque amabilis ac ipse Deus, ergo videtur quod non est infinite sancta = Respondeo quod haec replica probat comparationem in sanctitate non esse usquequaque in modo habendi, quia nempe Deus est sanctus per essentiam, et humanitas per communicationem. At etsi humanitas ~~non~~ sit sancta per communicationem, ex hoc non affertur aliquod praeiudicium eius infinitudini sanctitatis, nam absolute, et simpliciter est infinite sancta, et si sanctitas Dei sit maior, quia non est inconveniens quod unum infinitum unius lineae sit perfectius alio alterius lineae; Deus enim est infinite sanctus in linea sanctitatis per essentiam; humanitas est infinite sancta, in linea sanctitatis per communicationem. unde si aliqua persona divina, personaret aliquam naturam creatam, quantumvis

intus

inter maiores et maxima, non esset illa naa Sanctior humanitate Christi, q. utraq esset infinite Sancta in linea Sanctitatis per communicationem. = Quod autem maioritas unius infiniti pro alio in diversa linea nihil derogat de infinitate inferioris, instar ipst. in est. div. quae perfectior est, ad sui in linea essendi, attributis, et si attributa; sint etiam infinita in linea entis; cuius ratio est. quia est. est infinita in linea naali, et essentiali; attributa autem in linea proprietatis.

26

Ad illud quod ibidem dicitur de amabilitate, Resp. quod obiectum, quod exigit infinitam amabilitatem, non est illud quod est absolute et in simpliciter infinite bonum et Sanctum. Sed illud quod est infinite bonum per essentiam, obiectum namque quod exigit amari infinite, seu amabilitatem infinitam est illud quod est ultimus finis, et in quo reperitur ratio beatitudinis obiectivae, quae praedicata non dicuntur de obiecto bono et Sancto, et si infinite, si solum est tale per gratiam communicationem. = Videatis quaeso illust. Godoi, 3. p. tract. 5. de gra. pers. Xpi, disp. 21. §. 12. a num. 270. unde et si intellectio increata uniretur intellectui creato ~~...~~ illum constitueret infinite intelligentem, et si, non infinite intelligentem per se, tamen infinite intelligentem per gratiam communicationem. simile talis intellectus comprehenderet Deum et si non per se, per communicationem.

§. VI.

Proponitur difficilis replica.

27

Sed contra praedictam doctrinam ingens mihi et difficile occurrit argumentum: Sed si intellectio increata communicaretur et uniretur intellectui creato, et illum beatum, et intelligentem constitueret, uniretur gerendo vices intellectionis creatae, pro illa quasi substituendo; ergo non constitueret praedictum intellectum creatum infinite intelligentem. Sed finite. Cons. tenet. iuxta doctrinam traditam, et min. subsumpta videtur certa = Tum quia nulla est ratio ob quam cogamur admittere intellectionem increatam, in praedicta hypotesi. uniendam fore, non substituendo vices intellectionis creatae. = Tum vel maxime, quia, et si.

possimus fingere, quamvis de facto non fiat, intellectionem increatam communicari intellectui creato, ipsi et uniri non gerendo vices intellectionis creatae, sed absolute et simpliciter ipsum principaliter intelligentem constituendo, modo quo humanitas Christi Domini habet sibi unitam formam, ipsamque substantialiter sanctificantem, quae forma divina illi unitur non gerendo vices sanctitatis creatae, sed absolute principaliter sanctificando, tamen, non est ratio nos cogens ad sic adstruendum impossibile; sed fingi potest ita ut intellectio increata uniatur intellectui creato gerendo vices intellectionis creatae; ad modum quo personalitas Verbi unitur humanitati Christi supplendo vices personalitatis creatae, ergo absolute intelligibile est quod intellectus creatus intelligat per intellectionem increatam, et tamen non sequatur comprehensio Dei = assumptum suadetur = tum quia sic magis nobis commendatur incomprehensibilitas Dei, quam absolute affirmant PP. et concilia, et sacrae paginae testimonia. si in nullo casu, etiam aliquo impossibili admisso comprehensibilis affirmatur esse Dei respectu alicuius intellectus creati = ~~tum~~

28 Ratione itidem probatur idem assumptum: quia idem subsistentia Verbi unitur de facto supplendo vices subsistentiae creatae, ergo si Verbi subsistentia non adesset terminando humanitatem Christi adesset necessario personalitas creata, quae tunc casus naturaliter proflueret ab illa humanitate; sed similiter in casu nostrae hypotesis, si intellectio increata non communicaretur intellectui creato, ille eliceret intellectionem suam creatam, et propriam, ut ex terminis liquet, ergo in nostra hypotesi intellectio increata unitur intellectui creato supplendo defectum intellectionis creatae, propriamque substituendo, et eius vices gerendo; ergo non constituent illum intellectum infinite intelligentem, sed solum intelligentem eodem modo, et eadem perfectione, qua intelligeret, si ibi adesset intellectio propria, et creata.

§. VII.
Soluitur replica.

29 Sane difficilis replica, sed nisi fallor, habet claram solutionem, quae inde ad nostram doctrinam illustrandam deserviet. Respondeo ergo stando rationi, et solutioni traditae asserenti intellectionem increatam in casu nostrae hypotesis, necessario uniendam fore non vices gerendo pro intellectione creata, sed ut sic dicamus pro se ipsa, et principaliter, tamquam

Causa

Causa adeq. qua illius effectus, unde necess. constitueret intellectus creatus comprehensive intelligentem = Ratio huius, et mihi efficacissima est, quia si intellectio increata supponitur unita intellectui creato, ut in nostra hypotesi supponitur, necessi debet etiam supponi intellectus creatus in illa hypotesi, mere passive se habere respectu intellectionis, ac proinde nullo modo active, et influxive. + Tunc sic, sed si ita necess. supponitur, tunc casus intellectio increata implicat vices gerere, et vicariam esse intellectionis creatae, et si semel supponitur intellectionem increatam unitam esse intellectui creato, illum constitueret infinite intelligentem, consequ. patet ex dictis mai. huius discursus est evidens, alias hypotesis non solum esset implicatoria, et impossibilis, sed complicatoria, et incompossibilis, proinde non possemus utiliter illam fingere, quod constat, quia alias, si intellectus creatus non se haberet mere passive et absque ullo influxu, intellectio increata, esset asc. et non esset asc, esset asc quia increata, non esset asc, quia ab intrinseco intellectus creati oriretur, et eadem ratione esset ab intrinseco, et non esset ab intrinseco. qui termini, ut evidenter patet sunt complicatorii, debet ergo supponi intellectus, esse mere passive se habere, intelligentem constitui.

Iam ergo probatur principaliter min. quia si intellectus creatus nullo modo influit in intellectionem increatam, seu mere passive se habet ad illam, cum ista ex genere suo sit forma activa, agit secundum ultimum suae virtutis, non autem secundum commensurationem virtutis activae intellectus, cum huius virtutis non sit aliq. indigentia, neque ad ipsam habeat respectum, proinde ergo tunc casus non esset aliqua commensuratio cum lumine gloriae, quia ita tunc casus non esset eiusdem rationis ac lumen quod modo est. tum quia illud lumen tunc casus nullo modo esset activum. Tunc sic, sed si intellectio agit secundum ultimum suae virtutis, significat quod intellectio increata substituat pro intellectione increata ergo tunc casus intellectio increata unita non gerendo vices intellectionis creatae, proinde ergo constitueret intellectum infinite intelligentem. Probatur mai. quia forma activa, si limitato modo praestat suum effectum extrinsecus prius habet limitationem a principio, a quo vel in quo est, non a termino; sed tunc casus intellectio increata non limitaretur a principio, nempe ab intellectu creato, qui unice,

qui unice poterat ex principio limitari, ergo intellectio increata ageret secundum ultimum suae potentiae. maior constat, et probatur minor. quia principium quodlibet solum limitat actionem, praesertim immanentem, vel quia in illam influit, vel quia in ipso recipitur, et ab ipso individuatur, sed inprimis intellectus creatus non potest limitare ob influxum activum quem in intellectionem increatam praestat, quia ut suppositum mere passive se habet et nullum activum influxum praestat, alias neque ex capite receptionis, cum ibi non recipiatur, solum terminative intrinsece se habeat intellectio increata, sed inde neque ex capite individuationis, cum forma increata a principio creato non habeat individuationem. ergo ex nullo capite potest intellectio increata habere limitationem a principio, nempe, ab intellectu. = Et per hoc patet solutio ad replicam in forma

31 Respondeo ergo negando minorem quae non suadent probationem in contrarium, quibus ex dictis iam constat solutio. A paritate ibi inclusa de Personalitate Verbi, quae unita humanitati Christi Domini gerendo vices personalitatis creatae, respondeo disparitatem consistere in eo quod intellectio, cum sit ex genere suo forma activa, et tunc casus independens a principio, exigit agere secundum ultimum potentiae et virtutis, quae utique est infinita, unde non operatur iuxta connaturalem capacitatem substracti, sed secundum potentiam obedientialem ipsius. = Personalitas autem non est forma activa, unde solum praestat effectum iuxta capacitatem substracti cui communicatur.

Consimiliter ad paritates quae contra hanc solutionem poterant fieri de essentia divina mentibus Beatorum unita per modum speciei impressae, et per modum speciei expressae. = Respondeo quod istae non sunt actiones, sed species impressa est operationis principium, et expressa terminus actionis, unde cum de natura principii, praesertim repraesentativi, qualis utique est species impressa sit repraesentare iuxta perceptionem intellectus percipientis, et iuxta capacitatem luminis habilitantis intellectum ad istam perceptionem, inde oritur limitatio speciei repraesentativae, ob necessitatem commensurationem cum principio percipiente, quae commensuratio non invenitur ut diximus in intellectione increata

increata, relative ad intellectum creatum in hypotesi pro nunc admissa. Similiter de natura Verbi, seu speciei expressæ, est solum terminare intellectionem, seu esse intellectum ab intellectione, unde implicat eo magis intellectum passive. ac intellectio est active intelligere. quia ista duo sunt omnino et æqualiter correlativa. proinde cum visio beata, nunc de facto existens, et lumen gloriæ quod de facto datur, sint finita, esse intellectum, quod correspondet speciei expressæ beatorum, quæ etiam est essentia divina, est esse intellectum limitato modo. = Ad illud quod dicitur de incomprehensibilitate Dei, Respondeo quod ut Deus dicatur absolute et simpliciter incomprehensibilis, sufficit quod absolute et simpliciter sit chymera etiam attenta potentia absoluta, ut comprehendatur, non autem requiritur quod in omni hypotesi etiam impossibiliter conficta sit incomprehensibilis. unde nostra hypotesis, immediatissime deservit ad commendandam nobis summam et infinitam identitatem intellectionis increatæ, cum intellectu divino, et ex hinc, et immediate incomprehensio Dei, cum solum hoc impossibili admisso sequatur comprehensio. imo ista comprehensio solum adtribuitur media intellectione increata, quæ proinde nihil deperdit de sua infinitudine. Ergo feliciter manet ergo stabilitum quod si intellectus creatus intelligeret per intellectionem increatam, et per ipsam adhæreret formaliter beatus. et comprehenderet Deum, et esset infinite beatus, quod est chymæra.

§ VIII.

Infringuntur tela.

Oppones 1º prædicti huius Collegii primarij, suum contra nostram sententiam fundamentum, utique grave, et difficile. Quia ad hoc ut aliquod obiectum comprehendatur, necesse est. ut ita perfecte cognoscatur sicut cognoscibile est, non solum ex parte obiecti, sed etiam ex parte modi cognoscendi, ita taliter quod cognoscibilitas activa cognoscentis adæquet cognoscibilitatem passivam obiecti cogniti: sed adhuc dato quod intellectus creatus intelligeret per intellectionem increatam, non ita perfecte cognosceret divinam essentiam, sicut cognoscibilis est, neque cognitio activa intellectus creati per intellectionem increatam intelligentem adæquaret perfecte cognoscibilitatem passivam divinæ essentiæ; ergo illam non comprehenderet.

33

maioris esse vera, ex naa apprehensionis constat. minor autem quo ad 1am partem probat, quia tunc aliquod obiectum cognoscitur quantum cognoscibile est, quando modus obiecti cogniti, est modus cognoscentis; sed modus obiecti cogniti, nempe Dei, non est modus intellectus creati cognoscentis, etsi per intellectionem increatam: ergo adhuc dato quod intellectus creatus intelligeret per intellectionem increatam non ita perfecte cognosceret diuinum esse quantum cognoscibilis est. maiorem supponit, et probat min. modus intellectus creati, adhuc per intellectionem increatam intelligentis, non est modus diuini esse, quia diuinum esse est a se, infinita, et illimitata, sed intellectus creatus non est a se, infinitus, et illimitatus, etiam si per intellectionem increatam intelligat: ergo modus obiecti non est modus intelligenti.= Quoad 2am partem probat principalis min. quia intelligibilitas passiva Dei debet gaudere, eisdem priuilegijs, et excellentijs, quibus gaudet summa, et infinita actualitas ipsius, etenim intelligibilitas etiam passiva obiecti, in actualitate obiecti fundatur, unde cum actualitas diuini esse sit omnino infinita, et illimitata, infertur necessario quod intelligibilitas passiva Dei est omnino infinita, et illimitata.= Atqui sic, sed actualitas intellectus creati, et intellectualitas activa ipsius, etiam ut intelligentis per intellectionem increatam, non excludit omnem prorsus limitationem, et potentialitatem: ergo intelligibilitas passiva diuini esse excedit infinite intelligibilitatem actiuam, intellectus creati, etiam ut intelligentis per intellectionem increatam. probat min. nam etsi intellectus creatus ex parte intellectionis qua intelligit, excludat omnem potentialitatem, et limitationem ex parte ipsius non sic excludit. sed potius positive includit potentialitatem, et limitationem, ergo intelligibilitas activa intellectus creati, etiam ut intelligentis per intellectionem increatam, non excludit potentialitatem, et limitationem: ac proinde ex parte modi quo communicatur ipsi intellectui creato intellectio increata, aliquam limitationem accipiet ortam ex ipso intellectu creato, ex communicatione, et unione cum illo.

34 Sane fundamentum dificile; et pro meo tenui captu solutionem exhibere conabor. Respondeo ergo concessa mai, nego min. quoad utramque partem, et ad proba-

probationē quo ad 1ᵃᵐ p.ᵗᵉᵐ Resp.ᵒ 1ᵒ neg.ᵈᵒ absolute mai., nā in plausibili iis adtruente Angelus inferiorē comprehendere superiorē, modus Ang.ⁱ superioris cogniti, etiā comprehensive, non ē modus Angeli inferioris comprehendenti. = Vel 2ᵒ resp.ᵒ et forsā melius dist.ᵈᵒ mai. tunc aliquod obj. cognoscitr quantū cognoscibile est, q.ᵈᵒ modus obiecti cogniti est modus intellectus cognoscentis, in linea intelligibili, et intentionali, secundū illud quod exparte utriusq. tam cogniti, quā cognoscentis, se habet omnino et formali, et perse; conc. mai. Q.ᵈᵒ modus obiecti cogniti est modus intellectus cognoscentis, vel effectus huius modi non est in linea intelligibili, et intentionali, secundū illud quod se habet et formali, et perse, sed pure et materiali importatū in ipsa linea intelligibili, neg. mai. et subdistinctis terminis, dist. min. et neg. cons.: quę solutio habet manifestā instantiā. et Confirmationē, in iis adtruente, ut dixi comprehensionē mutuam Angelorū. cons.ᵈ praescindendo ab hoc, explicatr, et sua dtr solutio tradita. = Quia ex terminis ęqualitas quę perse exigitr ad comprehensionē, illa debet ēē in sua linea formalitr inspecta, nempe in linea pure intelligibili, et intentionali: omne enim aliud ... pure et materiali, et per accidens se habet, et instatr in omnium theologorū communi iis. q.ᵈᵒ x.ᵒ omnes cognitio, qua Ang.ˢ omnium Supremus, comprehendit Ang.ᵐ inferiorē, ne dicam, aliam substantiā quantumvis minimā, est accidens in ēē entitativo, proindeq. modus obiecti cogniti, qui est perse, non est modus cognitionis comprehendentis, quia modus iste est per accidens, et in alio, verum q.ᵈᵒ in eo quod se habet et formali nempe in linea intentionali intellectio est vel perfectior, vel saltim eiusdē actualitatis cū ob.ᵒ cognito, iuxta diversitatē obiectorū cognitorū, ideo absolute adtruitr comprehensio. q.ᵈ signū est quod ęqualitas perse exacta, est solū in linea intelligibili et intentionali.

35

Et si g.ᵒ in casu nostro ... potens, obiectum cognitū excedat infinite intellectū intelligentē, in linea entis, non tamen in linea intelligibili, et intentionali, quę et formali inspicitr, nā in hac linea est omnimoda adęquatio, quod sufficit ex eo quod illud quod et formali, et perse inspicitr in linea

intelligibili, & intentionali, activo, quæ ubi est quæ conveniret, debet intellectui cognoscenti, est intellectio, cum illa ut supponimus sit increata, & infinita, & alias nulla limitationem sortiatur a principio, ut maxime inter nostras DD. reaccendo, inde oritur summa, & perfectissima adæquatio inter intellectum intelligentem per intellectionem increatam, & obiectum cognitum; nempe essentiam divinam. = Unde distinctio quæ inter Deum, se comprehendentem, & istum intellectum creatum Deum media intellectione increata comprehendentem, consistit solum in eo quod Deo convenit per essentiam se comprehendere, & illi intellectui creato, etiam in hypothesi impossibili admissa, conveniret per gratiosam communicationem, quæ gratuita communicatio nihil efficit infinitudini, & comprehensione stricta, ut probatum relinquimus, & instantia Sanctitatis substantialis, & valoris infiniti meritorum Christi comprobatum.

36 Ad 2um min. principalis probationem resp. quod intelligibilitas activa intellectus creati intelligentis per intellectionem increatam eisdem privilegiis fruitur ac intelligibilitas passiva obiecti cogniti, nempe essentiæ divinæ, licet non in omni linea; in linea tamen intelligibili formaliter inspecta. unde aplicata hæc solutio sub dist. mai, & min. negatur conseq. ad probationem dist. ant. intellectus creatus etsi ex parte intellectionis, qua intelligit, excludat omnem potentialitatem, ex parte ipsius non excludit, & hoc requiritur de formali, nego ant. Ex parte pure materiali & permissive se habet conc. ant. & nego. conseq. Etsi enim intellectus non excludat omnem potentialitatem; tamen intellectio, quæ est quod de formali exigitur ad comprehensionem activam, eam excludit, & præsertim cum ut suasimus relinquimus tali intellectio nullam limitationem sortiatur eo quia communicatur, = Ad ultimam conseq. sub illatam adstruentem intellectionem increatam limitari eo quia communicatur, & similiter constat solutio ex [illegible], unde negatur absolute. = Ex hoc diluitur facile quædam replica, desumpta ex eo quod v. demonstratio etiam si ex se activitatem habeat ad generandam scientiam, eam non generat ob incapacitatem subiecti in quo est; ergo etiam si intellectio increata ex se sit comprehensiva Dei, tamen ob incapacitatem subiecti cui communicatur, huiusmodi effectum comprehensionis non præstabit = Per ea dicta in quæ facile diluitur hæc instantia, cum ut vidimus capax sit intellectus huius effectus, absolute, & si non per essentiam, tamen per gratiosam communicationem. modo quo superius

explicavimus

explicuimus de sanctitate substantiali infinite sanctificante humanitatem Xpi, eamque constituente infinite sancta, etsi non per essentiam tamen per gratiosam communicationem.

37

Opponet 2º. Cap. 33 R. M. Ildef. Mich. loco ubi supra. Si intellectus creatus intelligens per intellectionem increatam comprehenderet Deum, denominaretur infinite intelligens: sed intellectus creatus incapax est huius denominationis; ergo ex eo quod intelligat per intellectionem increatam, non sequitur comprehendere Deum. min. probat. Quia capacitas intellectus creati, est finita. ergo implicat quod sit capax denominationis infinite intelligentis = Roborat suam existimationem tractando in essentia divina mentibus Beatorum unita per modum speciei impressae. ex quo exemplo sic arguit: Etsi praedicta species sit in se, et quasi signate infinita in repraesentando, tamen prout unita Beatorum mentibus exercite non repraesentat infinite; ergo similiter. Etsi intellectio increata sit ex se, et quasi signate Dei comprehensiva, tamen prout unita intellectui creato non constituet ipsum comprehendentem Deum. = Confirmat denique suam assertionem hac ratione ab inconvenienti: Quia si intellectus creatus intelligens per intellectionem increatam esset infinite intelligens, et Deum comprehenderet sequeretur Verbum divinum procedere posse et oriri ab intellectu creato, unde intellectus creatus generaret Verbum divinum, seu 2am Personam SS. Trinitatis. Sed hoc est Chymera. ergo etiam si intellectus creatus intelligeret per intellectionem increatam non comprehenderet Deum.

38. 1.

Post despectionem in nostram hypotesim, iudicium tamen ad ipsam resolvendam dignatus fuit aperire. Sed certe nec leviter infringit nostrae dictis fundamentum, sed venia ipsius mihi futile, etsi non despiciendum, cum despectio arrogans sit, videtur hoc suum argumentum. Resp. ergo neg. min. ad cuius probationem dist. ant. capacitas est finita, naturaliter inspecta, conc. ant. obedientialiter nego ant. semel enim supposito uni one intellectionis increatae cum intellectu creato ipsum infinite intelligentem denominaret etsi non per essentiam; per gratiosam tamen communicationem. modo quo diximus de sanctitate substantiali humanitatis Christi, cuius rationem dedimus supra ostendendo nullum adesse caput limitationis = Ad paritatem de essentia divina unita per modum speciei impressae, diximus supra n. 32. = Ad confirmationem resp. neg. sequellam, seu mai. quam nec probat, nec est facilis probationis. ratio autem mihi efficax ad illam neg.

est. quia si propter aliquam rationem intellectus creatus intelligens per intellectionem increatam produceret 2am SS. Trinitatis personam, nempe Verbum divinum, maxime quia intellectio eius est infinita, et comprehensiva, sed haec ratio est nulla, et patitur instantiam, tum ipso Verbo se infinite intelligente, et comprehendente, tum in Spiritu Sancto, qui similiter est infinite intelligens, et comprehendens, tum in hoc Deo pro priori ad personas, cui convenit intellectio increata, infinita, et comprehensiva essentialiter, et tamen non producunt Verbum. ergo ex terminis haec consequentia est mala. haec intellectio est infinita, ergo producit 2am personam SS. Trinitatis. Unde intellectio increata, non quia increata, et infinita producit, seu generat Verbum divinum, sed quia notionalis, et in Patre in quo solum est fecunda.

29 Oppones 3°

Si propter aliquam rationem intellectus creatus intelligens per intellectionem increatam comprehenderet Deum, maxime quia in hac hypothesi eius intellectio est infinita: sed haec ratio est nulla. ergo. probatur min. Probabilis est (licet non in Schola D. Thomae) sententia asserens posse dari lumen gloriae infinite intensum, proindeque posse dari visionem beatificam infinite intensam; sed cum hac sententia probabili, sicut et cum omni alia probabili, componenda est doctrina omnino certa de fide asserens, Deum esse incomprehensibilem: ergo ex eo quod sit aliqua visio, et intellectio infinita non bene infertur esse comprehensivam Dei.

10 Respondeo 1°

quod una ex rationibus quae in schola D. Thomae habemus ad negandum posse dari lumen gloriae infinite intensum est quia aliàs influeret infinite, proindeque eliceret intellectionem infinitam, et comprehensivam. unde argumentum praesens nihil contra nos concludit. sed tamen admissa pro nunc illa falsa sententia. Responderi potest 2°. non qualemcumque infinitam intellectionem esse comprehensivam, sed illam solum quae est ordinis divini, vel per essentiam, vel per rationem communicationis, unde cum in illa falsa sententia intellectio illa ab infinito lumine creato procedens, etsi esset infinita et supernaturalis, non sit ordinis divini inde est non fore comprehensivam. unde cum illa sententia componitur fides asserens Deum esse incomprehensibilem. at econtra intellectio quae in nostra hypothesi intelligeret intellectus creatus esset infinita, et ordinis divini, unde recte inferimus quod si intellectus creatus intelligeret per intellectum increatum comprehenderet Deum.

Quaest.

QVÆST. IV.

Utrum Beatitudo formalis consistat in actu intellectus, vel voluntatis?

§. I.

Prænotantur nonnulla, & referuntur SS.ª

Paucis me expediam ab hac quæst.ⁿᵉ, in qua si velongius iusto immorari vellem immoremur, tum quia id temporis angustia, expositis tam præcipue, quæ etsi difficilis, & valde controversa sit, inter utramque Scholam Angelicam, scilicet, & Subtilem: disceptatio pergens, tamen quia viri Thomistæ pluribus illam dirimunt, & in ipsis potest ad longum videri, ideo breviter illam discutiendam sellegi; Sed ne, cum discutiendum assumimus punctum difficultatis, illud intactum relinquam, operæpretium duxi aliqua prænotare.

Igitur Notandum est 1º Beatitudinem posse considerari, vel quoad statum, vel quoad essentiam. Beatitudo quoad statum non solum dicit, actum unius potentiæ spiritualis sed plures includit, ut et allias proprietates, & perfectiones, unde nec illam visionem, nec illum amorem, neque solum gaudium & fruitionem dicit sed omnia hæc includit sicut alias proprietates, infrà inveniemus enumerandas. Qua ratione definitur Beatitudo his verbis: est status omnium bonorum aggregatione perfectus. iuxta illud Psal. 102: Qui replet in bonis desiderium tuum. unde communiter amplectitur a Theologis tradita definitio. dicit ergo beatitudo quoad statum non solum prædicata ipsi essentialia, sed etiam omnes perfectiones accidentaliter ipsi advenientes. Sicut Homo, v.g. & si metaphysice inspectus solum dicat animal rationale tamen quoad suam existentiam accidentia quamplurima, ut puta quantitatem, & qualitatem, v.g. pulchritudinem, sanitatem, & alia.

Secundo notandum est: Beatitudinem formalem quoad essentiam & ex terminis, solum dicere esse Assecutionem & possessionem Beatitudinis objectivæ: seu objecti beatificantis, unde in illa, vel in illis

actionibus consistat metaphysice. et quoad esse Beatitudo formalis in qua, vel inquibus salvatur perfecta assecutio, et possessio obiecti beatificantis. Quod autem Beatitudo formalis, in assecutione, et possessione consistat indubitatum est apud Theologos, cuius ratio est quia cum Beatitudo formalis respiciat beatitudinem obiectivam, seu obiectum beans, quatenus praemium est bonorum operum; et praemium eo quia finis qui vel cuius gratia, ordinetur ad merita, seu ut formalius loquar, ordinetur ad subiectum merens. ut ad finem, cui, seu ut ad finem perficiendum, inde oritur quod in Beato, qui etiam est subiectum praemiatum, seu finis, cui, praemium, ut actio aliqua sit beatitudo formalis, debet esse assecutiva, et possessiva praemii. unde ex terminis beatitudo dicit assecutionem et possessionem obiecti beantis.

4 Quibus positis tres in praesenti versantur sententiae = Prima asserit Beatitudinem formalem solum consistere in actu simplicissimo amoris amicitiae, qui etiam est actus voluntatis, visione se habente mere praesuppositive = hanc sententiam tenet Scotus. in 4. dist. 49. q. 5. ipsum sequuntur eius discipuli, asserente Vazquez nullum alium Theologorum huic parti sententiae adhaerere. = Secunda sententia asserit Beatitudinem formalem unice consistere in actu intellectus, nempe in visione beatifica. amore beatifico se habente solum consequutive, et ut proprietate accidentali ipsius. haec sententia est expressa Angelici Praeceptoris, hic. q. 3. ar. 4. per totum. et 3. cont. gent. c. 26. et alibi unde ipsum unanimiter sequuntur eius discipuli, et insuper est haec sententia inter alios communis. = Tertia sententia asserit Beatitudinem formalem quoad esse consistere in pluribus actibus, quorum aliqui asserunt esse solos duos, scilicet visionem, et amorem, ita Hugo de Sanct. vict. quem sequitur Suarez. hic. = alii autem asserunt consistere in tribus actibus, scilicet, visione, amore, et gaudio, seu fruitione. ita D. Bonav. in 4. dist. 49. ar. 1. q. 5.

§. II.
Statuitur Ro.

5 Sit Ro: Beatitudo formalis quoad esse, et secundum sua praedicata formalia, et essentialia, unice consistit in actu intellectus, nempe in Visione beatifica. = Poterit probari haec nostra Ro, ex locis sacrae paginae in quibus quoties fit sermo de Beatitudine formali semper explicatur per actum intellectus, scilicet per visionem, ut constat, tum ex illo Joan. 17 Haec est vita aeterna, ut cognoscant te Deum

(verum.

verus. & ex Epist. 1. ipsius. C. 3. Videbimus eum sicuti est. & ex illo Matth. 5. Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt. & ex illo Paul. 1. ad Corint. 13. videmus nunc per speculum, & in ænigmate, tunc a facie ad faciem. & alijs quam plurimus. ex quibus locis & si non sumatur efficax argumentum ut nostra conclusio certa omnino faciant, cum possit explicari de beatitudine præsupposita accepta, tamen ex his locis hanc probabilissimam construo rationem: Omnia videtur dissonum, & parum rationi conforme, quod in Sacris litteris in quibus ita fertilite loquitur Spiritus Sanctus per os Apostolorum, & Prophetarum, quoties fit mentio de Beatitudine formali, ista non explicetur per prædicatum aliquod ipsi essentiali, imo per omnia prædicata sibi essentialia. ne ergo hoc dicatur, asseratur quod in his locis explicata est Beatitudo formalis, quod sua essentia. ergo in prædictis locis essentia beatitudinis formalis continetur. discursus est valide nobis commendans formalitatem, & dignitatem sacræ paginæ. unde videtur probabiliter concludere.

6

Comprobari similiter poterat nostra conclusio ex PP. quorum cathalogum apud Salmant. invenies, qui omnes unanimiter nostram conclusionem videntur docere. Sed ne absque aliqua PP. expressa authoritate transeamus sufficiat unus pro mille D. Aug.s hic sup. Psal. 90 concion. 2. ubi sic ait * Tota merces nostra visio est *. hic in Soliloq. c. 36 ubi ait * Plena beatitudo & tota glorificatio hominis est videre faciem Dei *. hic lib. 10 de civ. Dei. Cap. 16. ubi ait * Illa visio tantæ pulchritudinis visio est, & tanto amore dignissima ut sine hac, quibuslibet alijs bonis præditum, atque abundantem non dubitet Plotinus infelicissimum dicere *. quo nihil clarius pro nostra conclusione.

§. III.
Ratione fulcitur conclusio.

Probatur nostra conclusio ratione quæ stitit D. Th. in hac. q. 3. ar. 3. quam sic in forma construo: Beatitudo formalis essentialiter, & metaphysice solum consistit, in illo actu, vel in illis actionibus, qui vel quæ sunt vel est assecutio, adeptio, seu possessio summi boni, in quo formaliter consistit ut iam diximus beatitudo obiectiva: sed actus intellectus, nempe visio beatifica, unice est huiusmodi; ergo nostra beatitudo formalis, unice consistit in actu intellectus. maior ex notabilibus patet,

Ma ab omnibus admititr. unde solum restat probanda min. quae, cum sit exclusiva, habet duas partes, scilicet quod actus intellectus est assecutivus, et actus voluntatis (quicumque est et quo pot. esse dubitatio) non est assecutivus, et possessivus. unde sigillatim venit quoad utramque partem probanda. Et hac unica ratione pot. simul probari quoad utramque partem: Quia juxta commune Philosophorum problema, intellectus trahit res ad se, et e contra voluntas fertur ad res. ergo ex natura intellectus est trahere et possidere seu adipisci suum obiectum, et e contra ex natura voluntatis, est trahi, et possideri ab obiecto, unde tan longe abest quod actus voluntatis sit active assecutivus, et possessivus, quin potius passive, possideatur voluntas ab obiecto. qua ratione dixit Aug.us Amor meus, pondus meum, illo feror quocumque feror.* Et in Sacris litteris dicitur. ubi enim thesaurus vester est, ibi et cor vestrum erit. luc. c. 12. ac proinde potius thesaurus possidet voluntatem, quam ab ista possideatur.

8 Insuper ratione pbr. eadem min. quoad 1am partem probanda postea quoad 2am. quia intellectus ex natura sua est pota apprehensiva, et possessiva, quae necess. patitur recipiendo speciem ab obo. unde dixit Phil. quod intelligere est quoddam pati. cum intell.s ex natura sua habeat trahere res ad se, unde si obiectum cognoscitur ab intell.u per speciem distinctam ab ipso obo.; obiectum secundum suum esse intelligibile, quod factum in specie, possidetur ab intell.u; Si autem obiectum intelligitur ab intell.u absque specie distincta ab obo. necesse est quod obiectum ipsum trahatur ab intell.u primario secundum suum esse intelligibile, et secundario, etiam reali. secundum suum esse reale, quod identificatum est cum esse intelligibile; ergo intellectus ex natura sua est possessivus, et assecutivus obiecti: proinde cum in Visione beata Deus ipse, vicem Speciei subeat, requiritur quod Visio beata sit ex natura sua actus assecutivus, et possessivus Dei, seu assecutio, et possessio Dei.

9 Quoad 2am autem partem pbr eadem min. quia actus quo voluntas tendit in obiectum beatificum, ut arguit in praesenti D. Ths. vel est desiderium, vel est delectatio, seu gaudium; sed neuter est actus assecutivus .l. possessivus, ergo nullus actus voluntatis est assecutivus, et possessivus. maiorem supponit Angelicus Mag. et min. quoad 1am partem probr. quia

desiderium

desiderium ex natura sua versatur circa bonum absens, ergo desiderium natura sua non est assecutio obiecti. quoad 2am autem sic probatur ... delectatio, seu gaudium est de obiecto iam possesso, et habito ut ex terminis constat: ideo enim est gaudium seu delectatio, quia res quae desiderabatur iam tenetur. ergo propriori ad delectationem seu gaudium, iam verificatur perfecta possessio obiecti. ergo solus actus intellectus, qui ex natura sua praecedit actum voluntatis, est possessio, et assecutio obiecti.

10

Sed replicabis cum Scoto negando primam min. quoad 2am partem. unde asserit quod non solum actus intellectus ob rationem assignatam, est assecutio, et possessio obiecti, sed etiam actus voluntatis. Ex quo infert quod in solo actu voluntatis consistit beatitudo formalis, probat hanc doctrinam ex eo quod assecutio, et possessio, in qua consistere potest nostra beatitudo formalis, debet esse assecutio, et possessio perfectissima: sed huiusmodi perfectio solum reperitur in actu voluntatis; ergo nostra beatitudo formalis consistit solum in actu voluntatis. maiorem supponit. et minorem probat ex eo quod actus voluntatis perfectior est actu intellectus, sicut ipsa voluntas perfectior est intellectu. unde ait quod et si possessio, et assecutio obiecti beatifici, quae habetur per actum intellectus, sit ~~perfectior~~ prior ~~aa~~ in executione, assecutione et possessione, quae habetur per actum voluntatis, tamen ista prior est in intentione, unde absolute est perfectior. ac proinde solum in actu voluntatis consistit nostra beatitudo formalis. = Ad probationem illius min. quae apponitur a D. Th. ait Scotus D. Thomam diminute processisse in enumeratione actuum voluntatis, nam praeter illos duos a D. Th. assignatos est alius actus voluntatis nempe amor amicitiae, et in hoc asserit Scotus consistere nostra beatitudo formalis quoad esse.

11

Verum haec impugnatio inefficax est, unde contra illam feliciter insurgunt Thomistae. Dico si semel ut concedit Scotus actus intellectus, nempe Visio beatifica, est assecutio, et possessio summi boni; ergo actus voluntatis neutiquam conducere potest ad esse beatitudinis formalis. probatur consequentia quia semel possesso obiecto per primum actum, superfluit alius: = Nec illud de maiori perfectione obstat. nam falsum est Voluntatem esse perfectiorem

intellectus, et actus voluntatis, actu intellectus. = Nec urget illud quod obiici pot. de actu Charitatis, qui perfectior est omni actu virtutis intellectualis. x°. illud Paul. * Maior autem horum est Charitas *. nam ista comparatio est inter actus virtutis huius vitæ. = Si autem Charitas Patriæ comparata lumini gloriæ, et amor beatificus cum visione beatifica, perfectius est lumen Charit. et perfectior visio amore. = Sed ne in quæstione extranea divertamur, pro- = Dicendo nempe perfectionem intellectus, et voluntatis ad invicem, Resp. beatitudinem formalem consistere debere in actu, qui sit assecutio, et possessio obiecti, unde cum nullus actus voluntatis sit huiusmodi inde est quod beatitudo formalis nequit consistere in actu voluntatis. = Ad improbationem huius, quam adduximus ex Scoto Resp. vel ipsum non legisse D. Th. 3. c. g. c. 26. ubi expresse Angelicus Doct. mentionem fecit de amore amicitiæ, illumque excludit ab esse beatitudinis formalis; vel hoc dixisse solum animo impugnandi, unde etsi in hac q. illius n. meminerit, n. debet inferri Ang. M. diminute processisse, cum amor amicitiæ, sit exclusus, tum ratione generali, q°. si voluntas ex sua natura n. est possessiva, cum extra feratur ad res, ergo nullus actus illius est possessio, quia actus cum sit exercitium potentiarum, nequeunt explicare quod in sua pot. n. continetur. = tum ratione speciali quam adduxerat loco citato ex 3°. c. g. ratio autem specialis quæ militat ad hoc ut in amore amicitiæ nequeat consistere nostra beatitudo formalis, desumitur ex ipsa natura amoris amicitiæ. amor enim amicitiæ, ex sua natura abstrahit a præsentia vel absentia, unde salvatur stricta amicitia inter absentes; sed actio assecutiva, qualis stricte est illa in qua consistit nostra beatitudo formalis non sic abstrahit a præsentia, vel absentia, sed determinate respicit obiectum præsens; ergo n. pot. beatitudo formalis consistere in amore amicitiæ = tum vel maxime quia amicitia ex natura sua non respicit obiectum quatenus bonum est amanti, sed potius quatenus est bonum amico, sistendo ibi, e contra autem beatitudo formalis respicit obiectum quatenus bonum est ipsi beato, unde potius beatitudo est de linea concupiscentiæ, quam de linea amicabili. unde amicitia perfecta, qualis stricte est in Charit. diligit Deum propter Deum, et quia in se est bonus, non autem q°. bonus est

est amanti. unde dicitur quod perfecta Charitas non quaerit quae sua sunt, quod pereleganter dixit D. Thom. in 3. dist. 27. q. 1. ar. 1. his verbis * Cum enim amans, amatum assumpserit, quasi idem sibi, oportet. ut quasi personam amati amans gerat in omnibus, quae ad amatum expectant, et sic quodammodo amans amato inserxerit, inquantum amati terminis regulatur *. ratio autem quare amicitia sic se habeat contra positive ad concupiscentiam est, quia amicitia, in bonitate et natura amici amati fundatur: et e contra concupiscentia in bonitate propria suppositi amantis. et quo 1.2. q. 23. ar. 2. ubi quomodo possit salvari amicitia inter Deum et homines late disputant Thomistae. constat ergo quod nullus actus Charitatis, et specialiter amor amicitiae nequeat esse possessio formalis beatitudo formalis nequit consistere in actu voluntatis.

Replicabis cum Scotistis: Possessio quae ad Beatitudinem formalem conducere potest unice salvari valet in amore amicitiae. ergo minus recte excluditur amor amicitiae a ratione possessionis, et assecutionis. ant. probatur. Possessio seu assecutio quae conducere potest ad essentiam beatitudinis formalis, debet esse illa quae attingitur obiectum sub ratione boni beatificantis; sed possessio seu assecutio quae sub ratione beatificantis attingitur obiectum unice potest salvari in amore amicitiae. ergo possessio seu assecutio quae conducere potest ad beatitudinem formalem unice potest salvari in amore amicitiae. maior constat. et probatur minor quia esse obiectum beatificum convenit Deo ratione suae bonitatis, seu quia bonum est; unde si per impossibile esset Deus summe verum, et non summe bonum non esset obiectum beatificum; et e contra si per impossibile esset summe bonum, et non esset summe verum esset obiectum beatificum: sed Deus sub ratione bonitatis unice potest attingi a voluntate et non ab intellectu cum ratio unius potentiae ad alia nequeat extendi, ut ex terminis constat, ergo possessio seu assecutio quae Deus sub ratione obiecti beatificantis potest attingi, unice potest salvari in actu voluntatis, nempe in amore amicitiae.

Respondeo quod in Deo, ut est obiectum beatificum alia est ratio, quae nos beat, alia est ratio formalis sub qua nos beat; et ratio formalis obiecti beatifici est summa bonitas; sola enim bonitas summa est

quę saciare pot. appetitum rationis. Ratio autem subqua obi.
beatifici, est ratio veri, non vero ratio boni, cuius ratio est
quia ratio subqua obiecti beatifici est illa, subqua constituitur
subratione assequibilis, et possessibilis a beatis principalis ratio
subqua est quia Deus est bonum beatis et non sibi, ut
sic dicamus: cum, ut obiectum beatificum sit premium, et premium
sit bonum merenti, seu premiato; non autem premianti ut tali,
cum ergo ratio formalis subqua atrahendi, assequendi, et adipis
cendi obiectum sit de linea intellectus, quia iste est attractivus,
unde ut dicitur trahit res ad se: et non sit ista ratio subqua attra
hendi de linea volitiva, cum voluntas excedat sua feratur ad res
et non res ad se trahat, qua ratione vulgo dicitur amo
rem captivare amantem, inde est quod ratio subqua adipisce
ndi, seu possidendi summa bonitas a beatis, quę ut diximus est
obiectum quod seu ratio quę possidenti, est ratio veri. qua doctri
na stabilita, et si vult de torqueat contrarias facile respondeo ad
replicas in forma: neg. ans. ad probatum concessa mai. neg. min.
ad cuius probatum dist. mai. de obiectum beatificum convenit de ratio
ne bonitatis, et si sermo sit de obo. quod conc. mai. si de obo.
quo. neg. mai. et ... cum hac distinctione, admissa illa
hypotheri impossibili, dist. min. eisdem terminis. sub ratione boni
tatis unice pot. attingi a voluntate, loquendo de obiecto quo, seu
de ratione formali sub qua. concedo min. loquendo de obiecto quod
seu de ratione formali quę neg. min. et cons.

14 Replicabis: Deus
ut obiectum beatificum, exercet rationem ultimi finis, et causalitatem cau
sę finalis; sed causalitas causę finalis exercetur subratione bonitatis,
tamquam sub ratione formali sub qua, et non solum ut ratio quę, ergo Deus non
solum ratione bonitatis est obiectum quod beatificans, sed etiam obiectum quo
seu ratio formalis sub qua.

15 Respondeo dist. mai. Deus ut obiectum beatificans
exercet rationem ultimi finis, seu causalitatem finalem, immediate, nego
mai. mediate hoc est media beatitudine formali, sive sugessive concedo
mai. et dist. min. causalitas causę finalis exercetur media bonitate
ut ratione subqua, immediate. conc. min. quod exercetur mediate, id est
medio actu intellectus, nego min. et cons. unde semper

manet

manet firmu, quod possessio obiecti beatifici solu consistit in actu intellectus, & inde in isto consistit unice nostra beatitudo formalis.

§. IV.

Diluuntur obiecta.

Poterant obiici contra nos quaedam sacrae paginae testimonia ex quibus videtur explicari nostra beatitudo formalis per actus voluntatis, ergo in isto, & non in actu intellectus debet consistere beatitudo formalis quo ad esse. Ma. constat ex discursu supra a nobis facto. Min. constat ex illo Matth. 25. intra in gaudium Domini tui. & ex illo Joan. 16. gaudium vestrum nemo tollet a vobis, & ex illo Joan. 15. gaudium vestrum sit plenum, hoc idem videntur favere Patres, praesertim Aug. lib. 10 conf. c. 20. ubi sic ait * omnes ipsum gaudium vitae aeternae vocant * & cap. 23. ait: * beata vita est gaudium de veritate. * = 16

Confirmari poterat hoc idem argumentum aliquibus locis sacrae paginae, in quibus nostra beatitudo explicatur per methaphoram Convivij vel per modum Cibi, ut constat ex illo Luc. 22. dispono vobis regnum ut edatis, & ex alijs huius modi. Sed comestio spiritualis potius ad voluntatem quam ad intellectum videtur pertinere; ergo.

Resp. praedicta testimonia nullatenus esse favent ia Scoto, dum iste non in gaudio seu delectatione, quod constituit beatitudinem, sed in amore amicitiae, quem, & si falso, fruitionem vocat, unde eadem solutionem, quam ipse debet praestare, scilicet ibi esse sermonem non de beatitudine formali, quoad esse & pro formali, sed de illa effective, & consequutive, & nos praestamus. & ita constat ibi ad Aug. = Ad confirmationem respondetur testimonia loquentia de Beatitudine in metafora Convivij, potius nostrae menti favere, cum in corporalibus ex quibus sumitur metaphora, gustus, qui perceptivus est saporis non sit potentia appetitiva sed potius apprehensiva, & perceptiva, cum gustus non feratur ad Cibos, sed potius e contra Cibi ad gustum trahantur, quod est proprium potentiae sensitivae, ut diximus. 17

licet inter probandum nostram
Et sit sufficienter diluta fundamenta Scoti, ne veluti per transennam eius fundamenta attigisse videamur, ideo illud, & si breviter, ex professo tamen selegimus diluendum = Opp. omnes ergo Bea- 18

titudo foelis, in perfectiss. operatione intellectualis nam, debet consistere; Sed amor beatificus perfectior est visione Clara Dei; ergo in amore beatifico consistit. maiorem supponit, et inde probat min. primo quia. Voluntas perfectior est intellectu, ergo perfectissimus actus voluntatis qualis est amor beatificus perfectior est perfectissimo actu intellectus, qualis est visio beatifica. Sequela patet. ante probatur: 1o quia Voluntas movet intellectum. Sed movens perfectior est moto, ergo voluntas perfectior est intellectu. = 2o voluntas est potentia libera ex se, Secus autem intellectus, Sed perfectius est habere libertatem, quam non habere; ergo voluntas perfectior est intellectu. = 3o perfectio, vel imperfectio potentiarum, penes obiectum debet dimetiri, cum ab obiecto, Speciem et perfectionem desumat. Sed obiectum voluntatis, nempe bonum perfectius obiecto intellectus, quod est verum. cum istud existentiam non dicat, et illud existentiam includat, ergo voluntas perfectior est intellectu = Secundo probat eandem min. principalis. Actus Charitatis, perfectior est actu Fidei; ut constat ex illo Ap. 1. ad Corin 13. maior autem omnium est charitas; ergo etiam amor beatificus perfectior est beatifica visione. Sequela probatur quoniam Species generis perfectioris nequit excedi in perfectione ab Specie generis imperfectioris; ergo Si actus fidei, quae est quaedam Species actuum intellectus excedit ab actu Charitatis, qui est Species quaedam actuum Voluntatis genus Charitatis, erit perfectius genere fidei. ac proinde perfectissimus actus Voluntatis, qui est amor beatificus perfectior erit perfectiss. actu intellectus, qui est visio beata. = Tertio probat eandem minorem. nam finis praestantior est ea quae sunt ad finem, Sed visio beatifica ordinatur ad amorem et non e contra. iuxta illud Ansel. lib. 1. Cur Deus homo. c. 1. ubi ait * Rectus ordo est cognoscere ut diligamus; perversus autem diligere ut cognoscamus * ergo visio ordinatur ad amorem, et non e contra = Quarto probat eandem minorem. illud est perfectius cuius oppositum est peius, iuxta illud Arist. 8. Ethic. c. 10. * pessimum opponitur optimo * Sed odium quod opponitur amori peius est carentia visionis, quae visioni opponitur; ergo amor perfectior est visione. = Denique probat eandem min. nam ordo Seraphinorum, qui dicitur ab ardore Charitatis perfectior est ordine Cherubinorum, qui dicitur a plenitudine scientiae, teste Dionisio de Ecclesiastica Hierarchia. c. 7. unde Bernardus alloquens

Luciferum

Luciferu Serm. 3. de Verbis Isaiæ sic ait * Bonus erat tibi ignifer magis esse, quam lucifer * ergo est quod amor beatificus perfectior est visione.

19

Hoc argumentum quod Achiles est Scoto, et in quo plurimum ipse fidit facile diluitur a nostris Thomistis, unde ac ipsis. Respondeo 1° distinguendo maiorem primi syllogismi, quæ est certam supponit: Beatitudo formalis consistit in actu perfectissimo naturæ intellectualis, si talis actus est assecutivus obiecti beantis, et possessivus ipsius. Concedo maiorem. Si talis actus non est assecutio, seu assecutivus, et possessivus nego maiorem. Et distinguo minorem eodem modo. Sed amor beatificus perfectior est visione, in esse entis transeat; subsumptam minorem in esse assecutivo, et possessivo nego minorem et consequentiam quæ solutio neutiquam infringitur solutionibus appositis.

20

Respondeo secundo concessa maiori negando absolute minorem ad cuius primam probationem respondeo negando antecedens nam ut ait Arist. 10 Ethic. c. 7 * Mens est eorum omnium quæ nobis insunt, præstantissimum * ergo iuxta Aristotelem intellectus perfectior est Voluntate. ac proinde actus perfectissimus intellectus qualis est visio beatifica, perfectior est amore beatifico, qui est actus perfectissimus voluntatis = Ad 2am antecedentis probationem distinguo maiorem. voluntas movet intellectum in executione, et in genere causæ efficientis concedo maiorem. in intentione et in genere causæ finalis. Et quoad specificationem ex parte obiecti: nego maiorem. Et distinguo minorem. Sed movens perfectius est moto. Si movet in genere causæ finalis concedo minorem. alias nego minorem et consequentiam. = Ad 2am probationem respondeo distinguendo maiorem. Voluntas est libera, et intellectus non est liber, si sermo sit de libertate formali. concedo maiorem, si de libertati etiam radicali nego maiorem. Et distinguo minorem: habere libertatem est perfectius quam eius carentia, si comparatio fiat inter libertatem formalem et radicalem, ita ut asseratur quod formalis libertas est præstantior radicali, nego. ita ut libertas formalis sit præstantior quam carentia absoluta totius libertatis, transeat minor. Et nego consequentiam. dixi, transeat, quia absolute non est verum dicere quod agere cum libertate, est quid perfectius quam agere omnino naturaliter et necessario. ut patet in processionibus ad intra, quæ perfectiores sunt quocumque simpliciter actibus liberis, cum intimiores sint essentiæ divinæ. =

Ad 3um antis, illa perfectio vel imperfectio potentiarum desumitur ab obiecto in esse talis conc. mai. in esse entis nego mai. et dist. min. Bonum est praestantius Vero, in esse entis transeat min. methaphysica, et in esse obiecti, neg. min. et cons. Cuius ratio est quia praestantius obiectum est quod est abstractius, et spiritualius, et cum Verum sit abstractius cum ad plura quam Bonum extendatur, inde est quod Verum in esse obiecti, est perfectius bono. At vero sumpta perfectione in esse entis, dixi transeat, quia etsi Verum abstrahat ab existentia quam exercite, illam tamen includit signate. ut scilicet est quaedam quidditas, unde cum Verum saltim signate, habet etiam in esse entis perfectionem, quam exercite dicit bonum.

21 Ad 2am probationem minoris principalis Resp. Concesso anti neg. cons. ad cuius probationem nego ans, nam ex terminis genus perfectius alio, non exigit excedere absolute, et simpliciter in omni sua specie, etiam imperfectissimam, speciem perfectissimam generis inferioris, cum etsi species generis inferioris, attento praedicato generico excedatur a qualibet specie generis Superioris, attento etiam praedicato generico, tamen ipsa species generis inferioris poterit includere aliquod praedicatum differentiale, quod simpliciter ratione suae actualitatis, sit perfectius specie imperfecta generis Superioris, ut potest comprobari in ii. probabili, adstruente gratiam sanctificantem etsi sit in genere qualitatis, esse absolute, et simpliciter perfectiorem substantia naturali, licet ista illam excedat attento praedicato generico.

22 Dices. quod nullum individuum speciei Superioris, v.g. hominis, quantumvis imperfectum sit potest excedi simpliciter ab aliquo individuo speciei inferioris v.g. Leonis, quantumvis perfectior Leo intelligatur. ergo similiter nulla species generis Superioris, quaequmvis infima, et imperfecta, poterit excedi ab specie generis inferioris, quantumvis maxima, nobili, et perfecta.

23 Resp. neg. secundo cons. et ratio disparitatis est, quia individuum nullum addit praedicatum essentiale, speciei sed tantum multiplicat ipsam materialiter, unde non

addit

addit, neq. pot. addere praedicatum aliquod dicens perfectionem essentialem; ait e contra species addit generi praedicatum essentiale, nempe differentiam quae est quaedam perfectio essentialis, unde tantum potest crescere in nobilitate aliqua differentia et si sit generis inferioris contractiva, ut absolute et simpliciter excedat, speciem infimam et imperfectam generis superioris. et si secundum quod species generis superioris quaevis infimam excedat semper speciem etiam supremam generis inferioris: unde stat quod Charitas excedat fidem simpliciter, et visio Caritatem excedat etiam simpliciter.

2a

Ad 3am probationem concessa mai. nego min. quam nil suadet illud quod ex Anselmo affertur, nam ibi est sermo de cognitione, et amore, viae, ubi scientia ad amorem, et non amor ad scientiam, ordinari debet; at in patria Amor ordinatur ad visionem, modo quo proprietas ordinatur ad essentiam cuius est proprietas. = Ad 4am probationem resp. quod si aliquid probaret argumentum probaret actum cuiuslibet virtutis, quaevis inferioris esse perfectionem visione beatifica cum peccatum ~~[illegible]~~ cuilibet virtuti oppositum sit peius visione beata. Resp. ergo illam propositionem Philosophi, intelligi debere, de rebus eodem genere oppositioni gaudentibus. unde cum odium, amori, contrarie opponatur, et carentia visionis, visioni privative opponatur, inde est quod ex illa propositione Arist. nulla inferri contra nos vis argumentum pot. desumi. Quod autem sic debeat intelligi constat, quia aliquando potest contingere quod unum oppositum, et si relative ad suum oppositum sit peius, tamen relative ad aliud possit habere aliquam perfectionem per illud. = Et insuper accedit quod comparatio quae fit inter amorem Dei, et eius odium, est in linea moris, et comparatio quae fit inter carentiam visionis et visionem est in linea physica, unde argumentum nil convincit: ergo consideratis omnibus extremis peius est carentia privativa visionis quam odium: tum quia minus entitatis habet, = tum quia privat bono inter res creatas perfectiori. = Ad ultimum resp. Seraphin, et Cherubin, denominari tales, ab amore et cognitione viae; non autem ab amore, et cognitione patriae unde Ezech. 28. Lucifer Cherubin appellatur dicitur in... [illegible]

2.

Ju Cherub extentus et protegens etc. Unde ex praedictis Angelo-
rum nominibus nullum efficax potest contra nostrum D[ictum] effromari ar-
gumentum = maneat ergo stabilitum intellectum esse simpliciter perfec-
tiorem voluntate, et Visionem amore, proindeque in Visione unice
debet consistere essentia Beatitudinis formalis =

Plures alias possem
exagitare quaestiones circa Beatitudinis formalis essentiam, ut v.g. an
omnes beatitudines Angelorum, et hominum sint unius athomae
speciei? vel an saltim de possibili possint habere distinctio-
nem specificam? = Similiter poterat esse quaestio a quo principio
sumatur inaequalitas in Beatitudine formali = sed de his omnibus
et de alijs huiusmodi commodius in tract. de Visione dispu-
tant Theologi = Poterat similiter in praesenti disquiri circa
Beatitudinis naturalis essentiam; tam scilicet circa beatitudinem naturalem
objectivam, quam formalem, sed has consulto omittimus, tum
ob penuriam temporis, = tum quia ex his quae circa beatitudinem su-
pernaturalem tam formalem, quam objectivam diximus constat facile decisio
praesentis difficultatis = Quaestio autem quae specialem difficultatem
prae se fert, An scilicet Parvulis cum solo originali decedentibus, naturalis beatitudo conveniat, vel non, commodius in
hac 1.2. tract. de peccato originali disquiritur. Unde his
omissis operae pretium duxi alia in praesenti necessario ventilare.

DISP. III. DE DUABUS PRIMIS PROPRIETATIBUS BEATITUDINIS.

QUAEST. I.

DE BEATORUM AMORE.

Recte, ut methodus scientifica [illegible] post considerationem
Beatitudinis formalis quoad essentiam de eius proprietatibus disquirendum
assumpsimus; et licet quatuor communiter enumerentur affectae sui

proprietates

proprietates ipsius, videlicet, amor, gaudium, seu fruitio, impeccabilitas, et perpetuitas, tamen in praesenti, unice de amore et gaudio selegimus disputandum, quia pauca de illis duobus primis est necessum resolvere, unde de aliis insequentibus dicemus.

§. I.

Referuntur ssae, et statuitur Xlo.

Scoti ssa in 1. dist. 1. q. 4. quam secuntur eius discipuli, asserit Beatos libere, et non necessario Deum diligere, unde asserit Beatos posse illum beatificum amorem interea tempore, et aliquo cessare. = At ea D. Th. ssa, quam amplectuntur eius discipuli docet Beatos necessario diligere Deum, tam quoad specificationem, quam quoad exercitium. Unde non stat in potestate Voluntatis ab hoc beatifico amore cessare.

Sit nostra Xlo haec D. Th.

Quae potest ita sic specialiter contra Scotum sic suaderi. Quia iuxta Scotum Beatitudo formalis essentialiter consistit in amore; ergo si Beati possunt cessare ab amore, possunt desinere esse Beati, unde cum alias etiam interrupto amore, beati iudicentur, et appellentur ab Scoto, videtur implicare in terminis Scoti ssa. prima vera nota videtur, destructa enim essentia alicuius rei, destruitur res, seu deficiente entitate, in qua sita est essentia rei deficit necessario res; ergo si contra Scotum essentia beatitudinis formalis consistit in amore, deficiente amore, seu interrupto, deficit necessario beatitudo formalis pro duratione pro qua durat interruptio; sed deficiente beatitudine formali deficit Beatum esse beatus sicut deficiente scientia, deficit subiectum sciens, esse sciens, et deficiente albedine deficit album esse album, et in universum deficiente forma Constitutiva alicuius concreti, deficit concretum: ergo deficiente amore, pro duratione, pro qua amor deficit, et interrumpitur deficit beatum esse beatus, unde cum alias ergo asseritur Beatos posse cessare ab amore supponatur Beatos esse beatos, dum beati nuncupantur videtur implicare in terminis Scoti ssa.

Secundo potest probari nostra Xlo aposteriori: Quia Voluntas, et est potentia libera, et est potentia necessaria imo prius est potentia necessaria quam libera; ergo circa aliquod obiectum debet versari aliquando necessario: sed nullius obiectum est erga quod potiori titulo necessario versari possit, quam circa Deum

Clare visum, quod nempe est summum, et infinitum bonum, est propositum; ergo voluntas supposita visione beatifica, qua mediante ipsi proponitur Deus ut infinite bonum, necessario rapitur ab illa summa, et infinita plenitudine bonitatis.

4 Tertio, et apriori probatur conclusio: Quia Voluntas nostra cum sit appetitus rationalis, sequens dictum rationis, nequit cessare ab amore alicuius obiecti sibi propositi, quin in cessatione illius amoris, aliquam rationem boni percipiat, sive in prosecutione amoris circa illud obiectum sibi propositum aliquam rationem mali adinveniat: sed stante visione beatifica media qua voluntati proponitur Deus, ut summe, et infinite bonus, nequit voluntas experiri in prosecutione amoris, aliquam rationem mali, vel in cessatione aliquam rationem boni; qua ratione Sancti loquendo de illo felicissimo statu asserunt ibi esse satietatem sine anxietate, gaudium sine fastidio, amorem sine fatigatione, iubilationem sine merore, unde æternaliter non cessant clamare dicentes Sanctus, Sanctus, Sanctus etc. ergo beati necessario tam quoad exercitium, quam quoad specificationem diligunt Deum, ac proinde ab eorum amore nequeunt cessare. maior est evidens, cum voluntas necessario versetur circa bonum saltem in apprehensione. minor autem etiam est certa quia cum ut diximus, et est certum voluntas sit apetitus sequens dictum rationis, nequit expiriri aliquam rationem boni, in cessatione alicuius actus quin intellectus iudicet illum assecutionem ut bonam, eamque proponat voluntati, quia ut communiter dicitur nihil volitum quin præcognitum: sed implicat Beatum iudicare cessationem in amore beatifico esse bona, alias visio beatifica esset erronea, et falsum iudicans, et proponens, quod est Chymera, ergo implicat voluntatem expiriri aliquam rationem boni in cessatione ab amore Dei. ac per consequens voluntas beati necessario tam quoad exercicium, quam quoad specificationem diligit Deum.

5 Argumenta, quæ per totam q. 4. ~~inculcat~~ inculcat Scotus, quæ fundat in eo quod nihil est magis liberum quam quod immediate oritur ab ipsa Voluntate = Si aliquid convincerent probarent Spiritum Sanctum a Patre, et Filio libere procedere, unde absolute esset libera existentia Spiritus Sancti cum Pater et Filius eadem existentia existant, et omnino æqualem necessitatem in essendo habeant. nam in hac Trinitate nihil maius aut minus sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt, et coæquales, inserta existentia ...

Dei infinitate Personarum est absolute liberum, quod mihi dissonum videtur. = Unde hec argumenta Scoti in illo principio nixa facile solvuntur distinguendo suum praedictum maximum: nihil est magis in voluntatis potestate, quam quod est ab ipsa immediate; Si supponitur iudicium indifferens indifferenter proponens obiectum, conc. Si iudicium proponit est necess. amandum obiectum neg. aliam omnemque voluntas esset potentia necess.ria quod ab ipso deceditur facile falsitatis convincitur: atque inde etiam si amor beatificus sit immediate a voluntate non exinde convincitur esse liberum. Deum necessarium.

QUÆST. II.

De Beatorum Gaudio.

§. I.

An delectatio, gaudium, & fruitio sint unus actus?

Responsio est affirmativa. Unde delectatio, gaudium, & fruitio secundum se considerata ut quid superius, & inferius separantur. Unde in quibus simul reperiuntur identificata conspiciuntur: Delectatio enim est praedicatum universalius gaudio, & gaudium fruitione universalius. Unde fruitio est species quaedam gaudii, & gaudium est species delectationis, atque consequenter de omnibus de quibus est fruitio, est gaudium, et delectatio; fruitur enim Beatus Deo, & de ipso gaudet, & in ipso delectatur iuxta illud Psal. 19. adimplebis me letitia cum vultu tuo delectationes in dextera tua usque in finem. Similiter de omnibus de quibus est gaudium est delectatio, iuxta illud Apoc. 19. Quoniam regnavit Dominus Deus noster gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei. Sed econtra non de omnibus de quibus est delectatio est gaudium, ut patet in corporalibus, & sensibilibus in quibus plures accidunt delectationes de quibus non est gaudium. Similiter non de omnibus de quibus est gaudium est fruitio specialiter dicta quia dum sumus in via gaudemus de Deo per fidem credito & per spem expectato, & similiter gaudemus de bonitate Dei per charitatem dilecta, & tamen nunc non habemus fruitionem ipsius. Sumpta fruitione specialiter. quia sic sumpta fruitio dicit possessionem ultimi finis cum exclu-

sione expectationis ipsius & sumpta methaphora ex fructu naturali, qui est ultimus quod ex arbore percipitur.

2 Quod autem hæ tres formalitates in Beatis non sint tres actus entitative, & realiter distincti constat ex eo quod ut realiter distinguerentur erat necesse quod haberent distincta obiecta saltim formaliter in esse obiecti; sed obiectum prædictarum formalitatum est idem & omnino idem, quia scilicet omnes terminantur ad Deum ut possessum, reduplicative ut possessus est, ergo nullam realem distinctionem sortiri possunt.

§. II. Corollaria quædam.

3 Inferes, quod sicut in Beatis est duplex amor, scilicet amor amicitiæ, erga Deum, quo diligunt Deum, quia in se bonum est; et amor concupiscentiæ quo diligunt Deum, quia bonum est ipsis, ita in Beatis duplex est gaudium, proindeque duplex delectatio, et duplex fruitio; unus actus scilicet, qui est delectatio gaudium, et fruitio de Deo quatenus bonus est in se, correspondens proinde amori amicitiæ; alter actus, qui est delectatio, gaudium, et fruitio de Deo quia bonum est ipsis Beatis, correspondens proinde amori concupiscentiæ.

Inferes 2º quod obiectum gaudij, quatenus correspondet amori amicitiæ, est Deus possessus, et bonus in se, non tamen quatenus possessus, sed quatenus bonus est in se, unde possessio seu esse possessum, se habet ut conditio necessaria et nullo modo est obiectum huius gaudij = Obiectum autem gaudij, quatenus correspondet amori concupiscentiæ est ipse Deus ut nobis bonus, et communicatus, visione se habente non solum ut conditione, sed ut obiecto secundario, cuius huiusque ratio est, quia Deus eatenus est obiectum gaudij correspondenti amori amicitiæ, quatenus est obiectum Charitatis, et eatenus est obiectum gaudij correspondenti amori concupiscentiæ, quatenus est obiectum Spei nostræ, solum cum hac distinctione, quod hic Deus in via sumus, Deus ut futurus speratur, et amore concupiscentiæ ut futurus amatur per spem, Deus autem fuerimus in Patria erit præsens unde utrumque amor a Charitate elicitur in Patria. = Quomodo autem amor ille quo Beati diligunt Deum concupiscentiæ amore, a Charitate eliciatur, et quomodo utrumque

gaudium

gaudij utriq amori correspondens, a Charitate in Patria eliciati; difficultas est non modica inter Theologos dum aliqui impossibile iudicent utrumq amorem, et utrumq gaudium a Charitate elici, quaratione manere Spem in Beatis contendunt; alii e contra nostri Thomistae, communiter tenent utrumq amorem, et gaudium a Charite elici in Patria, dum Spem non esse in Beatis contendunt, ex illo, Quod videt quis quid sperat, de quo late. in tract. de Spe. quapropter in praesenti ab hac quaestione abstinemus, = Similiter quomodo uterq iste amor, et utrumq gaudium, a Charit.e elici possit, tract. de Charit.e explicant communiter nostri Thomistae.

Alij Theologi, praeter duos praedictos actus gaudij, aliud gaudium, scilicet de ipsa visione adstruunt; = Probabiliter pot. sustineri hic dicendi modus, licet mihi probabilior sit solum esse illa duo gaudia ante enumerata, namq medio gaudio correspondenti amori concupiscentiae, quod diximus habere Deum pro obiecto primario, et visionem ut obiectum secundarium pot Beatus gaudere de ipsa visione, unde videtur superfluere illud tertium gaudium.

DISP. IV. DE BEATORUM IMPECCABILITATE

QUÆST. I.

Utrum Beati sint impeccabiles ab intrinseco?

§. I. Praenotantur nonnulla.

Beatos nullius maculae, quantumvis minimae, licet fortasse ex hac vita omnis peccati esse expertes, et immunes, tenent omnes PP. et Theologi ss.mi dicit enim Psal. 14. Dne quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in monte sancto tuo? Cui interrogationi

ibidē respondet Regius Psaltes, his verbis, qui ingreditr sine macula. Et Paul. ad Hebr. 12. ait: Pacem sequimini, et Sanctimoniā sine qua nemo videbit Deū. Et passim alibi, in sacra pagina, Beatorū puritas decantatr. = Vnde fide Sancta habemus Beatos secum non portasse in ingressu gloriæ, aliquid inquinatū. =

Similitr ex Fide constat Beatos post acceptā Beatitudinē amplius de facto peccaturos non fore, constat ex illo Apoc. 22 ubi dicitr omne maledictū non erit amplius, sed sedes Dei et Agni in illa erunt et servi eius eiū servient illi. = Vnde avere Theologia prorsus eliminatr ss. Origenij in 1. Periarchon. c. 5. et alibi, adstruens: Beatos damnandos fore, et damnatos Beandos, qa fieri inhæriosa, Beatis disona, et quo damnatis videtr propior eo in ipsū reputatr crudelis. = Verū qa aliud est Beatos de facto non esse peccaturos; aliud autē esse impeccabiles, seu non posse peccare, ideo hoc inpræsenti disquiritr. Procuiū intelligentia.

Secundo nota aliud eē beatos de facto non eē amplius peccaturos, aliud non posse peccare, seu eē impeccabiles. hoc secundū dicit omnino intrinsece carentiā potentiæ proximæ ad peccandū. 1ū autē cū potentia proxima ad peccandū compatitr, unde et si iuxta Scoti ssā, quā postea impugnabimus, adstruatr Beatos eē impeccabiles ab extrinseco, seu attento favore Dei ipsos manutenente, seu attenta protectione divini auxilij, quo ipsos nunquā permittet peccare, tamen hæc ssa admittit Beatos, secundū se inspectos, etiā, ut Beati, conservare intrinsecā potentiā ad peccandū = Sed, re bene inspecta, et si Beati solū sunt impeccabiles ab extrinseco, et non ab intrinseco, attenta ipsorū beatitudinis natura, absolute, et simplicitr potius peccabiles, quā impeccabiles censeri debent, quod constat ex eo, quod subiectū quodlibet, simplicitr denominatur tale, a forma sibi intrinseca, et reali, non autē denominatr, a forma extrinseca, qdo ista postulat denominationē contradictoriā, denominationi a forma intrinseca provenienti. quod paritr rationē, quæ in hoc discursu continetr constat in Cælis, et in Angelis, qui omnes absolute, et simplicitr incorruptibiles nuncupantr, etiā si attenta absoluta potentia Dei destrui, et corrumpi

ab ipso

ab ipso possint; igitur iuxta Scotistas, Beati absolute peccabiles absolute censeri deberent. = Opposita tamen sententia adstruens, neminem impeccabiles abintrinseco simpliciter et absolute beatos, est communis Thomistarum cum suo Angelico Mag. unde

Sit.

§. II.

Statuitur Conclusio.

Sit. Nostra Conclusio. Beati abintrinseco sunt impeccabiles = 9

haec nostra Conclusio ut diximus, est Thomistarum communis cum Angelico M. in hac q. 4. ar. 4. Nec praeter Scotistas teneri fere omnes. Probatur ergo nostra Conclusio ex D. Th. suo loco citato. hic q. 24. de verit. ar. 9. ubi expresse tenet, hanc nostram Conclusionem his verbis * Quod aliquis potest confirmari in bono dupliciter, uno modo simpliciter, ita scilicet, quod habeat in se sufficiens suae firmitatis principium, quod omnino peccare non posset, et sic Beati sunt confirmati in bono ratione primum dicta: Alio modo dicuntur aliqui confirmati in bono per hoc quod his datur aliquod munus gratiae, quo ita inclinantur in bonum, quod non de facili possunt a bono deflecti, non tamen per hoc ita retrahuntur a malo, quin omnino peccare non possint, nisi divina providentia custodiente *. in quibus verbis D. Th. et impeccabilitatem ab intrinseco convertentem, sub. seiungit ab impeccabilitate tali ab extrinseco, asserit quod Beatos esse abintrinseco impeccabiles.

Potest probari nostra Conclusio ratione sumpta ex natura Beatitudinis, quoad statum. Beatitudo enim cum attento statu, sit status omnium bonorum aggregatione perfectus, petit abintrinseco omne bonum adunare, et omne malum auferre: Sed impeccabilitas est maximum bonum, peccatum vero est summum malum, ergo beatitudo petit abintrinseco excludere omne peccatum = tunc sic. Sed peccatum perfectissime excluditur per carentiam potentiae ad peccandum: ergo beatitudo aufert potentiam intrinsecam ad peccandum, et inde quod constituit Beatos abintrinseco impeccabiles. 5

Confirmatur quia Beatitudo dicit abintrinseco inamissibilitatem et perpetuitatem, ut postea explicando hanc ultimam proprietatem dicemus: ergo petit abintrinseco destruere quod inferre possit amissibilitatem. Sed potentia ad peccandum potest- 6

infert amissionem, et carentiam Beatitudinis; ergo beatitudo petit ab intrinseco destruere potentiam ad peccandum. Maior constat, minor subsumpta etiam est certa. nam facit potentia impotentiam, seu quoad posse, quod facit actus actu, et in exercitio: sed actuale peccatum si daretur destrueret Beatitudinem; ergo posse peccare destruit impotentiam amissibilitatis; ergo ut beatitudo sit inamissibilis, beati supponi debent impeccabiles =

7 Confirmatur. Nam damnatio in reprobis, infert carentiam totius bonitatis, non solum quoad actum, sed etiam quoad posse, unde illi miseri, sunt ab intrinseco impotentes ad bonum patrandum. ergo beatitudo infert exclusionem totius malitiae, quoniam solum quantum ad id quod dicit actuale peccatum, sed etiam quoad posse peccare: Consequentia tenet alias fortior esset ad malum damnatio, quam beatitudo ad bonum, quod nefas est dicere.

8. Denique apriori probatur nostra Conclusio. ergo illa creatura est impeccabilis ab intrinseco, quae immobiliter coniungitur regulae suae operationis, nempe ultimo fini, qui regula est operationum rationalis creaturae; sed quilibet Beatus praedictae regulae ~~coniungitur~~ tum per visionem, tum per amorem necessarium et immobiliter coniungitur; ergo Beati sunt impeccabiles ab intrinseco. praemissae sunt certae, cum peccare sit deviatio a praedicta regula ergo posse peccare, est posse ab eadem regula deviari. unde maior est omnino vera, similiter minor cum per visionem, et amorem necessarium ut diximus quod et Beatorum amore coniungatur Beatus. Deo ultimo fini. = Argumenta contra istam Conclusionem omittere libet quia commodius in sequenti quaestione venient diluenda. unde ibidem haec nostra Conclusio magis elucidabitur.

QVÆST. II.

Utrum ex vi visionis Beati reddantur formaliter impeccabiles?

Praenotantur §. I. nonnulla.

1 Impeccabilitas in aliquo subiecto, quando ipsi subiecto intrinsece convenit, ab aliquo principio ipsi intrinseco debet desumi, ad distinctionem

impeccabi-

impeccabilitatis, ab extrinseco venientis; quae proinde unice ex parte principij extrinseci concurrentis nempe ex parte auxilij divini protegentis et sumitur. = Igitur principium intrinsecum alicuius operationis, vel est principium quod, vel est principium quo. Principium quod cuiuslibet operationis est Persona, seu suppositum, quia ratione est proloquium commune, quod: Actiones sunt suppositorum. Principium autem quo operationis adhuc est duplex, radicale unum, proximum aliud, illud in homine est anima rationalis, et in Angelis natura completa, istud autem nempe proximum est intellectus, et voluntas (loquimur de operationibus quibus praecipue potest patrari peccatum). Igitur ut certum supponimus, quod in Beatis principium quod nempe Persona, attenta sua natura, et quolibet alio secluso non est radix impeccabilitatis, alias persona se ipsa quolibet alio secluso foret impeccabilis, redderet quoque totum suppositum, etiam quum includit naturam, impeccabile. Sicut accidit de facto in Christo Domino, qui attenta persona, etiam quolibet alio secluso, est ab intrinseco impeccabilis. Similiter impeccabilitas non venit Beatis attento principio radicali. infertur ergo impeccabilitatem, seu impotentiam ad peccandum, quam ergo impeccantes Beatis convenire diximus retinere ex parte principij quo proximi, unde cum istud sit duplex quaeritur in praesenti. An radix impeccabilitatis formalis ex vi visionis; ita taliter quod posita visione, et quolibet alio non posito vel non secuto, scilicet etiam si per impossibile amor beatificus non sequeretur, adhuc Beatus esset ab intrinseco impeccabilis; vel ad hanc impeccabilitatem astruendam, sit etiam necessario existere amorem beatificum quibus positis.

§. II.

Statuitur XL.

Sit XL. Impeccabilitas Beatorum perfecte, et integre nascitur ex vi visionis beatae; Ex amore autem beatifico oritur secundario. Unde si per impossibile ad visionem non sequeretur amor beatificus adhuc Beati essent ab intrinseco impeccabiles. = Est contra Scotum fere omnium Thomistarum communis, et ducitur ex D. Thoma locis q. praecedenti citatis, et praecipue ex eadem q. 29 de verit. ar. 9. ubi sic ait: * Divinam enim videntes cognoscunt ipsum esse finem maxime amandum cognoscunt etiam omnia, quae ei conveniunt, vel ab eo disiunguntur, in particulari cognoscentes Deum non solum in se, sed prout est rationibus,

Et hac cognitionis claritate intantum mens roborabitur, quod in inferioribus viribus nullus motus insurgere poterit, nisi secundum regulam rationis.* ecce quomodo Angelicus Mag. reducit impossibilitatem ad motus inordinatos, seu ad peccatum, claritati illius visionis.

3

A ratione autem probatur ma. 1o. quia ad hoc ut aliquod peccatum sequi possit in voluntate vel in alia potentia, requiritur pravius, et indispensabiliter aliqua inconsideratio ex parte intellectus, seu requiritur aliquis defectus in intellectu dicit enim Arist. 3 Ethic. c. 1. * Pravus, cum peccat ignorare, ea quae oportet agere.*. Et in Prov. c. 14 dicitur errant qui operantur in malum: unde ortum habuit hoc commune proloquium omnis peccans est ignorans: 2d. stante visione beatifica implicat defectum aliquem, seu inconsideratio aliqua in intellectu; ergo perfecta, et integra impeccabilitatis beatorum radix sumitur ex visione clara ipsam constanti, min. autem ex eo nota videtur quia cum clara dei visione quae inde attingit clare illam summam bonitatem, implicat defectum aliquem privativum, et peccaminosum, quo quis iudicet bonum esse averti ab illo summo et incommutabili bono, vel ab illo diverti.

4

Dices. Visio beata non destruit in beatis libertatem quoad obiecta creata, sed si visio destruit potentiam ad peccandum destruit libertatem beatorum quoad obiecta creata; ergo visio beatifica non destruit potentiam ad peccandum. min. prob. quia libertas dicit indifferentiam ad bonum et ad malum. Ergo

5

Resp. hoc argumentum imprimis probare vel beatos, si impeccabiles, ex quocumque capite oriatur impeccabilitas, non habere libertatem quoad obiecta creata, et finita, vel si ad libertatem requiritur indifferentia ad bonum et ad malum, ipsos non esse impeccabiles. quod est omnino falsum. Resp. ergo indifferentia ad bonum et ad malum, ad peccandum, et ad non peccandum non esse de constitutivo libertatis. sed potius talis indifferentia est defectus quidam libertati coniunctus: quod instatur in Christo, qui fuit liber, nam meruit, cæterum si Scotistis displicet haec instantia forte quia Christum posse peccare contendunt, insto in Deo, in quo est perfectissima et infinita libertas absque indifferentia ad malum, et ad peccatum. unde indifferentia quae est de constitutivo libertatis est solum illa quam contradictionis vocant, non autem contraria, et privativa.

§. III.

§. III.

Dilluuntur argumenta.

Oppones 1°. Visio beatifica et potentia proxima ad peccandum nullo modo opponuntur. ergo visio nequit ex se excludere potentiam proximam ad peccandum. ans. prob. quia in primis non opponuntur relative, ut constat, non contrarie, quia non sunt circa idem. cum visio in intellectu, et potentia prox. ad peccandum sit in Voluntate. non privative, quia haec oppositio conversatur inter extrema positiva, qualia sunt visio et ~~peccatum~~ ~~[illegible]~~ potentia prox. ad peccandum. Ea de ratione non opponuntur contradictorie. 6

Resp. quod visio beatifica, et potentia prox. ad peccandum, etsi non opponantur formaliter privative, et contradictorie, opponitur tamen visio beatifica, arguitive privative, et contradictorie, cum aliquo essentialiter exacto ex parte actus primi ad constituendum potentiam prox. ad peccandum, scilicet opponitur visioni inconsideratae, seu iudicio erroneo, arguitive privative et contradictorie, quod iudicium inconsideratum, et erroneum requiritur necessario ad constituendam potentiam proximam ad peccatum. 7

Oppones 2°. Non minus videntur inter se opponi visio beatifica, et peccatum, quam gaudium beatificum, cum summa tristitia, et dolore. Sed ista inter se compatiuntur, ut patet in Xpo, in quo pro aliquo tempore simul inventa fuere, ergo et illa possunt adunari, ac per consequens et potiori titulo visio beatifica et potentia prox. ad peccandum. 8

Resp. neg. mai. ut negat D. Th. 3. p. q. 46. ar. 8. his verbis: * dicendum quod gaudium fruitionis non contrariatur directe dolori passionis, quia non sunt de eodem, nihil autem prohibet contraria eidem inesse, non tamen idem * dicimus ergo quod gaudium fuit in Christo de divinitate est visa, et possessa, tristitia autem de peccatis in Deum commissis, unde compatibilia fuere; ad quod accedit, quod tristitia, non est malum morale, sed physicum, et idem est de dolore, unde compatiuntur cum gaudio; at e contra visio et peccatum opponuntur moraliter modo explicato. ac per consequens non sunt compatibilia, quia peccatum dicit vel deviationem aberra, si est mortale, vel diversionem, si est veniale, quorum neutrum potest stare cum visione.

10 Ultimo oppones. Potentia ad peccandum convenit creaturæ rationali, quia ex nihillo, sed visio beata nequit destruere in creatura rationali esse ex nihillo, ergo neque potentiam ad peccandum.

Resp. verum esse id de potentia radicali et remota ad peccandum, falsum autem de potentia proxima; hæc namque præter hoc, quod est esse ex nihillo, dicit, et includit ex parte actus primi, iudicium defectuosum, et inordinatum, quod iudicium incompossibile est cum visione beatifica, unde visio ex se destruit potentiam proximam ad peccandum. quod sufficit ut absolute dicantur simpliciter et ab intrinseco impeccabiles.

QVÆST. III.

Utrum, Suppossita Beatorum impeccabilitate, in hypothesi quod a Deo aliquo stricto præcepto, fuisset aliquis Beatus adstrictus, libere illud posset adimplere?

§. I. Prænotantur nonnulla.

1 Par erat fuse immorandum in præsentis difficultatis disquisitione, at ne plus iusto in hac Beatitudinis materia immoremur, ideo aliquantulum succinte ipsam resolvendam decrevimus. Tum et precipue quia de simili difficultate, ad tract. de Merito et Libertate disputant nostri Thomistæ. inter quos videatis quæso Illust. Godoi, et ex nostris SS. P. M. Antt. de Lazarra.

Verum.

Vere, ne nota relictæ difficultatis intactæ inuramur, nostram decrevimus resolutionem firmare, et aliqua urgentia, et nisi fallor, nova, duximus explanare. alia relinquendo quia citatis locis sufficienter elucidata videntur. et ne Suppositum quæstionis falsum iudices, Supponendum est 1o, Beatos, etsi circa Deum ut est in se non libere, sed necessario se exerceant, ipsum videndo, et amando, tamen libere circa obiecta creata se habent, et exercent. etenim Beatitudo non adimit libertatem simpliciter, erga omnia obiecta, neque obiecta creata sunt ex se ita bona, ut Voluntatem Beatorum rapiant; unde Supposita hac Beatorum circa obiecta creata libertate, non est impossibile censendum Deum aliquem, vel omnes Beatos aliquo stricto præcepto adstringere, et obligare, non posse: decet enim absolutum Dei, et supremum dominium, cuilibet creaturæ quantumvis maximæ, aliquod præceptum strictum, ipsam obligans in conscientia, imponere posse, ipsamque ad ipsius observantiam obligare: v. g. Supponamus Deum præcipere Angelo custodiam hominis, in quo admittendo nulla resplendet implicatio, quærimus ergo utrum Supposita cuiuslibet Beati impeccabilitate, et hoc præcepto stricto, de hominis custodia, admisso, Angelus iste cui est impositum istud præceptum, possit libere custodire hominem?

3

Pro cuius difficultatis enodatione et pro maiori prædicti primi Suppositi intelligentia, notandum est 1o Potentiam proximam peccandi non esse de constitutivo essentiali libertatis, stat enim libertas absque potentia proxima ad peccandum; quæ suppositio, præter dicta quæstione præcedenti, et præter instantias, quas ibi adduximus constat a priori; quia ex terminis potentia libera, et potentia peccandi etiam in creatis distinguuntur, quod probatur ergo ex terminis quælibet potentia secernitur, et distinguitur ab altera penes diversitatem formalem sui obiecti formalis, sed obiectum formale potentiæ liberæ, est quid diversum ab obiecto potentiæ ad peccandum. ergo istæ duæ potentiæ distinguuntur inter se, et una non est de conceptu alterius. probatur min. obiectum potentiæ liberæ est ens abstrahens ab ente physico, et morali, abstractione scilicet non positiva, sed permissiva, et tale ens sic abstrahens cum indifferentia propositum: obiectum autem potentiæ peccandi est determinate ens morale cum indifferentia propositum. sed hæc obiecta formalissime distinguuntur. ergo vera est min. unde

potentia peccandi nequit esse de constitutivo libertatis. = Quod et confirmari potest ex eo quod Potentia libera dicit secundum se, et pro explicito perfectionem, cum melior sit ipsa quam non ipsa. E contra autem potentia peccandi dicit secundum se, et pro explicito imperfectionem, cum melior sit eius carentia, quam ipsa; non ergo istae duae potentiae sunt inter se essentialiter colligatae.

Suppono 3.º Libertatem ex natura sua solum exigere in voluntate creata potentiam ad coniungendam omissionem actus eliciti cum omnibus requisitis per se ex parte actus primi ad existentiam actus. Non autem exigit libertas potestatem in voluntate ad coniungendam omissionem actus eliciti cum omnibus, quae quomodocumque de facto concurrunt ad existentiam actus etiam si aliquod ex requisitis ad actum, antecedat existentiam ipsius actus. = Quod constat stando in veritate nostrae sententiae quantum ad praedeterminationem, cum qua non potest componi seu coniungi omissio actus, ad quem est praedeterminatio. = Et si hoc Iesuitis videtur durum insto in praedefinitione absoluta, etsi regulata per scientiam mediam, cum qua non potest coniungere, seu componere voluntas omissionem actus ad quem illa praedefinitio. = Insto etiam in decreto intentivo gloriae per modum coronae quod antecedit merita quae infallibiliter infert, quin ex eo quod voluntas non possit coniungere carentiam meritorum cum tali decreto, inferatur destructio libertatis in meritis. = Insto etiam in scientia libera Dei, quae se tenet ex parte actus primi ad actum liberum voluntatis divinae, quae scientia secundum terminationem liberam connectitur cum actu libero, quin talis connexio libertatem destruat in decreto libero. = Unde cum praeceptum illud de hominis custodia, quo in praesenti supponimus beatum ligari, non se teneat ex parte actus primi ad elicientiam actus, cum ut ex terminis constat possit poni actus ad quem est praeceptum, nempe custodia hominis seu hominis custoditio absque praecepto, inde oritur et evidenter colligitur quod in Beato licet de facto supponamus dari illud praeceptum, non reddit absolute, et simpliciter chymericum, et impossibile alterum extremum, nempe non custodiam hominis, sed potius illam secundum se inspectam intactam relinquit. = Proinde cum tam custodia, quam non custodia secundum se bona sunt, neque illud praeceptum reddit simpliciter malam

& peccaminosii, omissio custodiæ, seu non custodiæ, sed ...æ secundæ qui ... & Coniunctive cum præcesso.

§. II
Commune Societatis assilum explodit.

Licet exemplis allatis in hoc notabili sufficienter comprobetur ve-xitas suppositionis ipsius, ne quando Specialiss. contra Scholam Societatis in materia de libertate disquirit, aliquod principium, ut omnino stabilitum, supponamus, operæ pretium duximus effugium ipsorum eliminare, & ipsos ad veritatis mitas constringere. = Asserunt enim falso a nobis stabilitum, ut certum supponi, de ratione libertatis non esse potestatem in Voluntate ad coniungendam omissionem actus eliciti cum omnibus requisitis; quæ quomodocumque de facto concurrunt ad existentiam actus, maxime si aliquod ex requisitis ad actum est antecedens existentiam actus; tunc enim asserunt quod si Voluntas non potest ponere, vel auferre illud requisitum antecedens, actus non erit liber. = = Unde ad exemplum a nobis appositum de Prædeterminatione asserunt non convincere intentum, cum omnes ipsi uno ore fateantur prædeterminationem nostram inimica esse libertati = Secundum autem exemplum a nobis allatum ex sua ipsorum sententia de Prædefinitione efficaci absoluta, supponente scientiam mediam, ipsam regulante, asserunt potius esse contrarium; nam etsi prædefinitio illa absolute antecedat existentiam actus, tamen est in Voluntatis creatæ potestate facere, ne talis prædefinitio existat, & facere existere aliam prædefinitionem ad exercitium contrarium, vel contradictorium. Unde asserunt quod quando existit prædefinitio in statu absoluto ad consensum, cum possit Voluntas creata pro suo libito ponere dissensum, potest proinde Voluntas creata facere, ne fuerit prædefinitio ad consensum; & quod sit prædefinitio ad dissensum.

Cuius ratio ab ipsis assigna-ta est, quia qui caret requisito indispensabiliter exacto ad existentiam actus, si aliàs non habet in sua potestate illud prærequisitum, impotens est antecedenter ad existentiam actus; sed carentia prædefinitionis ad amorem v.g. existentis in statu ab-soluto, etiam si existentiam prædefinitionis regulet scientia media,

est praerequisitum indispensabiliter exactum ad existentiam carentiae amoris; ergo si carentia praedefinitionis ad amorem, etiam quando existit praedefinitio ad amorem, non est in voluntatis creatae potestate. Similiter non erit in potestate voluntatis amoris omissio: pro inde existentia amoris, erit necessaria et non libera.

Haec est communis adversariorum doctrina. eam quam inter alios erudite tradit Illust. M. fr. Anto. de S. Pedro. in suis manuscriptis tract. de praedefinitionibus disp. 2. c. 1. in quo capite istam conclusionem statuit: * Voluntas existens in statu absoluto potest impedire praedefinitionem efficacem, et scientiam mediam sui consensus.* hanc suam conclusionem probat multis, toto cap. 2o. et hanc, pro ista stabilienda rationem, institutionem, quam a priori asserit esse. Qui potest ponere formam incompossibilem cum alia forma, potest impedire existentiam illius formae; sed voluntas creata potest ponere formam incompossibilem cum decreto efficaciter praedifiniente consensum; ergo potest impedire existentiam talis decreti. probat min. voluntas existens in statu absoluto est libera; ergo voluntas potest ponere dissensum, vel omissionem consensus: sed dissensus vel omissio consensus est forma omnino incompossibilis cum decreto efficaci consensus, adhuc supposita scientia media consensus, ergo voluntas creata potest ponere formam incompossibilem cum decreto efficaci consensus.

Hac ratione convincitur praedictum SS. M. et si ipsi opponatur, ut revera ipse contra se arguit, cap. 2. sequi ex sua conclusione et ss. dari potentiam ad praeteritum, ex eo quod per potentiam ad praeteritum nihil aliud intelligitur nisi de praesenti dari potentiam ad faciendum ne fuerit, quod iam fuit; sed si voluntas potest impedire decretum Dei voluntas creata in hoc instanti A. existens potest facere ne fuerit ab aeterno decretum praedifinitivum, quod decretum revera ab aeterno fuit, et ne fuerit ab aeterno scientia media consensus, quae scientia ab aeterno extitit; Similiter ne in Christo fuerit visio nostri actus liberi, quae visio fuit a primo suae conceptionis instante; Similiter ne Deus revelaverit, ne prophetae praedixerint, temporibus quibus praedixerunt; ergo si voluntas creata existens in hoc temporis instante, potest impedire decretum Dei, sequitur ex ista ss. dari potentiam ad praeteritum.

Si ergo

Si ergo Dominus praedictus M. hoc argumentum faciat, respondet Eborarius omnia supradicta inconvenientia. Ait enim potentia faciendi ne fuerit quod iam fuit, non adeo repugnantia esse ut de facto et de praesenti in Deo non inveniatur. Potentia enim, ait, et libertas quae ab aeterno fuit in Deo in quocumque temporis instante existit, cum sit immutabilis, et aeterna sicut Deus: Sed ab aeterno fuit in Deo libertas et potentia faciendi ne creatio mundi fuerit, ergo et praesenti in hoc instanti Deo competit potentia et libertas faciendi ne creatio mundi fuerit, quae in hoc instanti praeterita est. = Secundo ait: Remissio peccati originalis, et infusio gratiae in antiquis PP. fuit praemium meritorum Christi iuxta omnium Theologorum, et tamen quando Christus existebat, quo tempore iam erat praeterita infusio gratiae Abrahae, Isaac, et Iacob. nihilominus tamen quando Christus existebat tempore sequenti poterat Christus facere, ne illa gratia quae fuit, praecessisset, ergo poterat non ordinare meritum, ad infusionem gratiae illorum. ergo poterat non causare meritorie illam gratiam secundum existentiam suam, sed qui potest non causare effectum secundum sui primam existentiam potest facere ne fuerit prima existentia ipsius effectus: ergo Christus qui tempore sequenti existebat, poterat facere ne fuisset prima existentia gratiae antiquorum PP. quae tempore existentiae Christi iam erat praeterita = Deinde, prosequitur idem SS. M. instando in scientia visionis hoc idem dicendum esse. ergo voluntas creata in hoc instanti potest tollere obiectum scientiae visionis, quae fuit ab aeterno, et qui potest tollere obiectum scientiae potest facere ne fuerit scientia illius obiecti. = Quarto, et apud ipsum M. efficacius. Qui potest facere quod ab aeterno fuerit forma incompossibilis cum alia, potest facere quod illa forma non fuerit; sed voluntas creata in hoc tempore praesenti, potest facere quod ab aeterno extiterit forma incompossibilis cum libera determinatione Dei, quae ab aeterno fuit; sicut et praesenti, etiam si existat praedefinitio consensus, quae existentia proinde fuit ab aeterno in decreto, potest facere, se determinando ad dissensum, quod fuerit praedefinitio ad dissensum, quae praedefinitio dissensus; est forma incompossibilis cum praedefinitione ad consensum; ergo voluntas creata in hoc instanti potest facere quod ab aeterno fuerit forma in-

compositionis cum alia forme, que de facto fuit ab eterno. proinde
qui potest facere ne ista fuerit. = Vnde concludit in multiplici sen-
su negari a Philosophis potentiam ad praeteritum. primo quantum
ad reproducendum iterum quod semel est corruptum, et praeteritum; quia
natura propter Universi pulchritudinem exigit, ut iterum reproduca-
tur. = 2° negatur potentia ad praeteritum formaliter ut tale, sive in-
sensu composito praeteritionis, haec potentia, inquit, ad praeteritum est
omnino chymerica, quia repugnat praeteritum coniungi cum non prae-
terito. in his duobus sensibus asserit repugnare potentiam ad prae-
teritum; secus autem si potentia ad praeteritum explicet poten-
tiam ad faciendum ne fuerit quod iam fuit. vnde haec potentia ad
praeteritum neque a Philosophis negatur, neque est chymerica, sed
de facto existens. §.

10

Sed quis, venia tanti M., devorata incon-
venientia deglutiet? quis erit Curculio ita lati gutturis, ut
praefata absumat inconvenientia? Sed quis? nisi Scientia
media. Ast praeter supra devorata inconvenientia, alia infero,
necessario ab eadem sententia deglutienda: Si enim in sensu abiecta scientia media
admisso, datur potentia ad praeteritum; ergo non est certum Antichris-
tum esse damnandum. Sequella probatur. Si hoc esset certum, maxi-
me propter decretum absolutum Dei de facto existens, et quod ab
aeterno fuit, de damnatione Antichristi, atque propter infal-
libilitatem revelationis Dei, de facto existentis, qua aduenit damnatio Antichristi; Sed hoc non obstante iuxta praedictam
sententiam, Antichristus pro sua libertate potest facere ne fuerit decre-
tum de sua damnatione, quod ab aeterno fuit, et potest facere ne fuerit
revelatio de sua damnatione quae modo est, et in tempore Anti-
christi erit praeterita. Et similiter potest facere quod detur praedefini-
tio ad suam salutem, et potest facere quod praedefinitio de sua salute fue-
rit ab aeterno; ergo non est certum Antichristum damnandum fore. =
Secundo iuxta praedicta sententiam non est certum Beatos in aeternum
esse visuros Deum, sequella probatur. Si hoc esset certum maxime
propter decretum absolutum Dei de facto existens, et quod ab aeterno fuit,
quo Deus decrevit non fore utendum sua absoluta potentia ad
ipsos annihilandos, vel damnandos post consecutionem beatitudi-
nis; Sed iuxta praedictam sententiam Deus nunc potest facere ne fuerit hoc

decretum

decretum ab æterno; et quod fuerit ab æterno decretum de anihilatione Beatorum: ergo non est certum Beatos in æternum futuros esse beatos = Tertio iuxta prædicta sic non est certum damnatos in æternum esse puniendos; quia si esset certum maxime propter decretum Dei, quod est, et ab æterno fuit de æternitate pœnæ; sed Deus potest facere ne fuerit tale decretum, et quod fuerit decretum de anihillatione ipsorum, vel de Beatitudine ipsorum ergo non est certum damnatos in æternum esse puniendos =

11

Nec valet dicere omnia prædicta ideo esse certa, quia iuxta Fidem scimus Deum non habentum fore decretum de anihillatione Beatorum et damnatorum, et neque de damnatorum gloria, neque de Beatorum pœna, similiter [illegible] fore decretum de salute Antichristi. = Non inquam id valet 1°. quia hæc solutio non solvit inconveniens de gloria Antichristi, cum hæc a libertate Antichristi pendeat; quam Deus iuxta hanc sententiam videtur ignorare si determinanda est ad bonum. Etenim, etsi nunc per scientiam mediam in sua sententia vidisset in statu conditionato Antichristum libere peccare, proinde in statu absoluto decreverat Deus prædefinitionem ad peccatum, hoc non obstante potest Antichristus pro sua libito impedire prædefinitionem ad peccatum, et scientiam mediam peccati, et facere quod ab æterno fuerit scientia media suæ perseverantiæ finalis. = 2°. quia neque alia inconvenientia solvit, quia etsi nunc sit certum ex fide Deum non habendum fore decretum de anihillatione Beatorum et damnatorum, vel de gloria damnatorum, et pœna Beatorum tamen Deus pro suo libito potest facere ne fuerit ab æterno decretum quo [illegible] decrevit nobis revelare æternam beatitudinem, et æternam pœnam. imo potest facere nunc quod fuerit ab æterno decretum de revellatione anihilationis Beatorum, et damnatorum, vel de gloria damnatorum, et de pœna beatorum, quod absolute potest propter absolutum et supremum dominium respectu cuius libet creaturæ.

12

Nescio, utrum hæc inconvenientia etiam deglutiant? ast mihi videntur ex hac sententia legitime inferri: Videas ergo ad quas angustias

reducantur, ex eo quod nollint admittere de essentia libertatis creatae non esse posse coniungere omissionem actus cum omnibus requisitis ad existentiam actus, etiam si aliquod requisitum antecedens existentiam actus non possit coniungi cum omissione, neque in nostra potestate sit illud ponere, vel auferre. = Nos autem ad has angustias non cogimur, nec ad astruendas hypotheses eo dominium Dei asserimus de conceptu libertatis creatae solum esse posse coniungere omissionem actus cum omnibus requisitis pure exactis ex parte actus primi ad existentiam actus; non autem esse de conceptu libertatis creatae potestatem in voluntate coniungendi omissionem actus eliciti cum omnibus requisitis, quae quomodocumque de facto concurrunt ad existentiam actus, etiam si aliquod requisitum sit antecedens existentiam actus et in se pendens a nostra libertate = Cuius ratio apriori a nostris Thomistis traditur tract. de concordia libertatis cum efficacia gratiae, ex eo sunt aliqua requisita ad existentiam actus se tenentia ex parte causae secundae, et alia se tenentia ex parte causae primae, proindeque libertas creata cum sit libertas 2ae et dependens, non exigit per se, posse ponere requisita, quae ex parte causae primae exiguntur ad existentiam actus, cuiusmodi est praedeterminatio, et decretum efficax nostrae praecedens libertatem inferens que infallibiliter actum. dicta sufficiant pro praesentis difficultatis enodatione et pro veritate secundi pag. sup. positi.

§. III.
Resoluitur quaestio.

13 His praelibatis, et proœcerto statutis, dicimus libertatem Beati in adimpletione praecepti componi cum eius impeccabilitate, ex eo quod Beatus hunc casum, etsi non habeat potestatem auferendi praeceptum, quia tamen praeceptum, cum sit quid accidentale, consistans necessario libertatem, in materia supra quam cadit, et ad quam est praeceptum. Cum actiones necessariae praecipi non possint, inde est quod etsi in subiecto impeccabili inferat infallibiliter actum praeceptum, tamen non infert illum, ut necessario existentem sed ut libere existentem = Cuius ratio apriori est quia ut Beatus impotenti libere eliciat actum praeceptum: v.g. custodia hominis, sufficit quod omissio actus praecepti, nempe non custodiae hominis, possit coniungere cum omnibus

omnibus requisitis perse exactis exparte actus primi ad elicientiam actus, cum praeceptum non sit requisitum essentiale ex parte actus primi ad elicientiam actus, ut constat, cum absque praecepto possit poni custodia hominis, inde est quod etiam quando existit praeceptum, in voluntate impeccabili de hominis custodia, libere exerceat custodiam hominis, quia quando existit tale praeceptum adhuc est potestas antecedens ad non custodiam secundum se; quatenus est extremum libertatis, ergo adhuc stante praecepto infallibiliter conexo cum actu, etiam si Beatus non possit auferre praeceptum, libere exercet actum praeceptum.

Ad sequelam probatur et assumptum magis explicatur: quia licet in hac voluntate impeccabili non reperiatur potentia ad coniungendam carentiam custodiae hominis cum praecepto de custodia hominis, est tamen potentia ad coniungendam praedictam carentiam, cum omnibus requisitis perse exactis ex parte actus primi ad ponendam hominis custodiam: ergo est sufficiens potestas ut hominis custodia libere ponatur in rerum natura. Probatur consequentia quia ad libertatem, ut late est ostensum, non requiritur potentia ad coniungendam carentiam cum omnibus quae de facto coniunguntur cum actu; licet aliqua ex illis quae de facto coniunguntur cum actu antecedant actum existentem; ut supra suasum est. Et insuper instatur in praedeterminato, in quo est potentia sufficiens, ut finaliter libere perseveret, licet non possit coniungere, non perseverantiam cum decreto efficaci intentivo gloriae, perbibere praecise quod possit coniungere non perseverantiam cum omnibus perse requisitis ex parte actus primi ad perseverandum; solum ergo requiritur, ut libere exerceatur aliquis actus quod voluntas possit coniungere carentiam ipsius cum requisitis per se exactis ex parte actus primi ad actum: Antecedens autem probatur. Coniunctio non custodiae hominis cum requisitis per se exactis ad elicientiam custodiae hominis, non est peccatum ergo in voluntate impeccabili est potestas ad coniungendam non custodiam hominis cum requisitis perse exactis ad existentiam custodiae hominis. Antecedens probatur, nam praeceptum non est quid requisitum ad existentiam custodiae hominis; ergo voluntas creata impeccabilis habet potestatem ad coniungendam carentiam custodiae hominis cum requisitis perse exactis ad existentiam talis custodiae.

14 Confirmatur quia si propter aliquam rationem in voluntate impeccabili non esset potestas, supposito praecepto de custodia hominis, ad ipsam, maxime quia praeceptum antecedit actum, illum quae infallibiliter infert, et non est in voluntati creatae potestate auferre praeceptum; sed nullum ex his obstat libertati, quia min. probatur in decreto efficaci intentivo gloriae quod etsi antecedat merita, illa quae infallibiliter inferat, et non sit in voluntatis creatae potestate decretum auferre, tamen libertatem meritorum non destruit. quod quorum omnium ratio a priori est quia cum indiff. voluntatis creatae sit reducenda ad actum ex dispositione divina conservando causalitatem Dei, eius omnipotentiam, eiusque dominium, non destruit actum libertatem, ex eo quod supra dicta antecendant, quia sunt requisita ex parte causae primae, sive ex parte Dei seternentia, nullo modo expectantia ad libertatem secundae voluntatis creatae.

§. IV.
Difficile argumentum proponitur, & soluitur.

15 Replicabis 1° et dices, quod Beatus iste cum sit impeccabilis et incapax imperfectionis moralis, debet in adimpletione huius praecepti, exercere actum obedientiae; sed ad elicientiam actus obedientiae est requisitum per se ex actu praeceptum ex parte actus primi; ergo ut libere exerceat actum obedientiae requiritur necessario ut possit coniungere cum praecepto omissionem actus praecepti. ; sed posse coniungere cum praecepto omissionem actus praecepti est posse peccare, sicut de facto coniungere omissionem actus praecepti cum praecepto est peccare, ergo cum impeccabilitate non stat libera adimpletio praecepti. min. subsumpta cum ultima cons. videtur certa et mai. debet admitti. min autem principalis probatur quia actus virtutis obedientiae habet pro obiecto ipsum praeceptum et sed cognitio obiecti attingendi per actum, requiritur ex parte actus primi ad actum, ut constat in obiecto cuius libet virtutis existentis in voluntate: quod necessario supponit ex parte actus primi cognitionem sui, ergo ad elicientiam actus obedientiae requiritur per se ex parte actus primi praeceptum, et cognitio praecepti.

Res.°

Resp.º ad minorem mai. dist.do min. actus obedientiæ essentialiter supponit ex parte actus primi præceptum, ut obligans ad materiam præceptam conc. min. ut obligans ad ipsum actum obedientiæ ex motivo obedientiæ neg. min. Et dist. conseq. quod debet posse coniungere cum præcepto omissionem actus præcepti, vel actum præceptum non ex motivo obedientiæ. sed secundum se concedo conseq. præcise omissionem actus præcepti neg. cons.

Explicatur solutio. Actui obedientiæ formaliter ut tali duo opponuntur extrema, unum positive negativum quod inevitabiliter privativum, scilicet omissio actus oppositi cum præcepto; aliud extremum ipsi oppositum est actus adimpletivus præcepti elicitus non ex motivo obedientiæ sed ex motivo alterius virtutis, et iste actus est actus positivus, sed inobedientiæ negativus, præcisse et non privative; ut dictum est Voluntas impeccabilis potest coniungere istum actum cum præcepto. Quod ut diximus et ex natura præcepti constat, præceptum non cadit supra motivum actus, sed supra materiam præceptam. Quod aliis terminis potest sic explicari quia actus iste quo Beatus adimplet præceptum ex motivo obedientiæ habet duplicem conceptum, seu duplicem bonitatem, unus conceptus est communis, alter differentialis et proprius, ut sic dicamus; seu una bonitas communis, altera differentialis; una bonitas istius actus, scilicet communis, sumitur ex obiecto virtutis præceptæ seu virtutis, quæ est ma[teri]a præcepta, v[erbi] g[ratia] ex ipsa custodia hominis secundum se., alia bonitas, scilicet differentialis et propria, desumitur ex obedientia, quatenus ex eius motivo procedit, et ista 2.a bonitas est quasi quidam conceptus differentialis superadditus ad 1.am bonitatem, igitur actus iste ut in rerum natura ponatur secundum utramque bonitatem, exigit ex parte actus primi præceptum, quæ exigentia oritur ex conceptu quasi differentiali, et peculiari, unde cum ista bonitas orta ex conceptu quasi differentiali non sit præcepta, potest Beatus elicere custodiam hominis sub sua bonitate abstracta, desumpta ex virtute præcepta, et componere cum præcepto actum istum, atque secundum conceptum communem, cum carentia bonitatis desumptæ ex conceptu quasi differentiali, seu orta ex virtute speciali obedientiæ.

quin hec coniunctio sit peccaminosa, et iuxta hanc expli-
cationem aliter dist. min. ad actum obedientie requiritur ex parte actus
primi preceptum, si actus sumitur secundum conceptum communem, neg. min.
si sumitur secundum conceptum differentialem, conc. min. et dist. conseq.
modo supra tradito.

17 Replicas: supponamus preceptum fuisse termi-
natum non solum ad custodiam hominis secundum etiam ad motivum obedientie,
ita ut Deus preciperet predicto Angelo custodiam hominis ex mo-
tivo obedientie. Tunc casu, actus obedientie secundum conceptum pe-
culiarem, et quasi differentialem, non esset liber. [illegible]
Beatus iste in hoc casu non posset coniungere cum precepto, neque
omissionem actus, neque actum cum carentia conceptus differentialis, et pe-
culiaris, secundum ad libertatem ex solutione tradita unum illorum saltim re-
quiritur; ergo in hoc casu non esset libertas, min. constat neque ad liber-
tatem requiritur posse coniungere utraque extrema libertatis cum om-
nibus requisitis per se exactis ex parte actus primi: sed unum ex requi-
sitis per se exactis ex parte actus primi est preceptum; ergo si cum precepto
nequit voluntas, quia impeccabilis coniungere actum cum carentia
conceptus differentialis, seu custodiam secundum se, non poterit sal-
vari libertas. mai. autem prob. quia custodia secundum se, et
absque bonitate desumpta ex conceptu quasi differentiali nempe
ex motivo obedientie, si poneretur cum precepto in hoc casu esset
peccatum. sed supponimus voluntatem Beati esse impeccabilem; ergo
non potest coniungere carentiam actus obedientie, cum precepto
ad obedientiam terminato.

18 Resp. quod etiam in hoc casu quem
libenter admittimus, Beatus libere exercet libertatem, in custo-
diendo hominem ex motivo obedientie. Pro cuius intelligentia
notandum est, quod in presenti casu, vel est duplex preceptum, unum
quasi directum respiciens pro materia, ipsam custodiam hominis secun-
dum se, et secundum bonitatem, quam diximus communem que ex se
habet, et aliud quasi reflexum terminatum ad motivum peculi-
are, et speciale, quatenus nempe desumit bonitatem ex obedientia
prout est specialis virtus. = vel est unicum preceptum cum hac
duplici terminatione = Si datur duplex preceptum ut videtur
connaturalius, notandum est quod ex parte actus primi est
actus

actus, sit actus obedientiae, gaudeat que utraque bonitate, communi scilicet, et peculiari, et speciali, hoc est gaudeat bonitate desumpta ex ipsa virtute custodiae hominis, et bonitate desumpta ex obedientia. Solus requiritur per se, primus praeceptum quod directus vocamus, ut evidenter patet, cum possit exerceri actus gaudens utraque boninatate, scilicet possit exerceri actus qui habeat bonitatem, tum ex virtute propria et communi, tum ex peculiari nempe ex custodia, et ex obedientia, quin detur secundus praeceptus quasi reflexus, terminatus ad motivum. Unde cum istud secundus praeceptus per se non requiratur ex parte actus primi sufficit, ut voluntas illa impeccabilis, libere exerceat actum obedientiae, ex motivo obedientiae, quod possit iungere, cum requisito essentialiter exacto ex parte actus primi, actus obedientiae, qui est unus extremus libertatis, et actus unus, nempe custodiae hominis secundum se, ex motivo v.g. charitatis etiamsi non sit ex motivo obedientiae. = Cumque hoc possit cum hac ultima coniunctio non sit peccaminosa, inde est quod etiam in casu duplicis praecepti modo in argumento explicato libere se exerceat voluntas Beati, in custodiendo homines ex motivo obedientiae etiam si sit impeccabilis = etenim ut saepius diximus non requiritur ad libertatem posse coniungere utraque extrema libertatis cum omnibus cum quibus et quomodocumque aliquod extremorum de facto coniungitur. Unde ad voluntatis libertatem etiam si talis voluntas sit impeccabilis non obstat non posse coniungere cum illo altero praecepto quasi reflexo, custodiam hominis, non elicitam ex motivo obedientiae. = Si autem non detur istud duplex praeceptum unus directus, et alterum reflexus sed sit unus cum praedicta duplici terminatione, cum istae duae terminationes possint ad invicem separari ut patet si praecipit illa materia non praecipiendo motivum, vel non sunt essentialiter conexae, dicimus eodem modo philosophandum fore ac si esset duplex praeceptus. Unde ex illis duabus terminationibus sola prima requiritur ex parte actus primi ad actum obedientiae, ut iam mansit explicatus.

§. V.

Alia argumenta solvuntur

49 Si Voluntas constituta sub aliqua conditione necessitatur, necessitate antecedenti, et opposita libertati ad aliquod exercitium, si et inde necessario necessitate antecedenti, et independenter a tali sua libertate constituitur sub tali conditione, redditur absolute et antecedenter necessitata ad huiusmodi exercitium: Sed Voluntas impeccabilis Beati necessitata est antecedenter, sub conditione quod adstringatur praecepto, necessario connexo cum uno extremo, ad ponendum illud extremum, et inde non est in voluntatis impeccabilis libertate quod constituatur sub tali conditione, sed potius sub illa conditione independenter a sua libertate constituitur, ergo Voluntas impeccabilis Beati necessitata est antecedenter ad illud extremum infallibiliter connexum cum conditione, nempe cum praecepto. = Maior videtur certa; nam si quis sit necessitatus sub aliqua conditione ad aliquod exercitium et inde necessario constituitur sub tali conditione potest formari iste syllogismus: Quis habere aliquod exercitium necessario ponens cum conditione impeditibili, est necessarium: Sed modo constituitur sub tali conditione; ergo habere hoc exercitium est necessarium, certe, dicas quod si supra dictus syllogismus non valet, nec valebit iste: Lunam pati Ecclipsim si terra interponatur est naturaliter necessarium; Sed modo terram interponi est naturaliter necessarium; ergo Lunam modo pati Ecclipsim est naturaliter necessarium. = Probatur ergo minor principalis primi syllogismi. Voluntatem impeccabilem affecta praecepto et custodia hominis hominem custodire est necessarium, et non liberum, alias sub potestate istius voluntatis impeccabilis non est quod ab ipsa auferatur praeceptum et custodia hominis; ergo hominem custodire est necessarium. Probatur maior primo quia propositio illa est aeternae veritatis, cum eius contradictoria sit necessario falsa, propter essentialem colligationem praecepti cum hominis custodia = 2.° Probatur eadem maior. Nam supradicta propositio cognoscitur a Deo scientia simplicis intelligentiae, alias si cognosceretur scientia libera posset cognoscere ut veram eius contradictoriam. Sed hoc implicat ergo.

Resp.°

Resp.º ad hoc argumentum dupliciter. primo absolute concessa mai. negando absolute min. et ad probation. dist. mai. Voluntatis impeccabilis affectos precepto de hominis custodia, hominis libere custodire est necessarium et non liberum, concedo mai. hominis custodire necess. est necess. nego mai. et concessa min. dist. eodem modo. et ad probationem quatenus huic responsioni obstare potest, respondeo illam propositionem ut a nobis in hac distinct. redditur esse necess. proindeque eius contradictoriam esse falsam. et similiter ut a nobis conceditur et affirmatur, cognosci a Deo scientia necess.ª et non libera. Ratio huius est quod cum precepto habeat pro obiecto materiam liberam, tam longe abest, ut destruat libertatem, in materia precepta, quod potius illam inferat, et arguat. 20

Secundo potest responderi dist.do mai, ne forte sit aliquod occultum venenum in illa; si conditio illa sub qua necessario ponitur voluntas non infert, neque arguit libertatem si deinde voluntas ponitur sub tali conditione necess.º, habebit extremum connexum cum conditione concedo mai. si talis conditio connotat libertatem, et illam arguit et infert. si deinde voluntas ponitur sub tali conditione necess.º habebit extremum connexum cum conditione nego mai. et dist. min eisdem terminis. negatur cons. ratio est quia preceptum, quod est conditio sub qua ponitur voluntas, independenter a sua libertate, connotat, et infert necess.º materiam liberam, cum de necessariis nequeat esse preceptum. 21

Alia argumenta libenter omitto, quia in simili de precepto Christo imposito de morte subeunda videri possunt, presertim in nro 88. Rasa. et in illust.º Godoi. tract. de merito Christi.

DISP. V. DE BEATITUDINIS PERPETUITATE.

QUÆST. UNICA.

Utrum Beatitudo sit ab intrinseco incorruptibilis, & perpetua?

§. I. Praenotantur nonnulla.

1 Fide Sancta supponimus nostram beatitudinem de facto esse in aeternum duraturam, cum sit vita aeterna. hoc enim ut articulum expressum profitemur in Symbolo ultimis verbis, et hoc ipsum in sacra pagina multoties traditur. dicitur enim Sap. 5. iusti autem in perpetuum vivent. et Psalm. 83. dicitur. Beati qui habitant in domo tua Domine in saecula saeculorum laudabunt te. et Joan. 16. dicitur. Gaudium vestrum nemo tollet a vobis. et alibi pluries decantatur Beatitudinis perpetuitas, et aeternitas. et hoc etiam reperitur expresse in conciliis, et PP. unde difficultas in praesenti solum est de modo huius perpetuitatis,

2 Scotus in 4. dist. 49. q. 6. quem secuntur eius discipuli tenet beatitudinem formalem esse solum ab extrinseco incorruptibilem, seu ex sola voluntate Dei servantis in aeternum beatitudinem. eandem sententiam tenet Duran. ibidem. = D. Thom. 1.2. q. 5. quem sequuntur omnes eius discipuli docet Beatitudinem formalem, esse, et ab intrinseco incorruptibilem, et perpetuam. unde tota difficultas solum est, an deficere possit attenta potentia Dei absoluta, per annihilationem, eo modo quo Angeli dicuntur deficere posse. &

§. II. Statuitur Conclusio

3 Sit Conclusio. Beatitudo formalis est ex se, et ab intrinseco, incorruptibilis et perpetua. haec nostra Conclusio praeter quod est expressa D. Thom. in hac. q. 5. ar. 4. deducitur ex sacra pagina in qua absolute, et simpliciter vocatur beatitudo formalis incorruptibilis. Constat ex Ep. 1. Petr. c. 1. ubi dicitur. Regeneravit nos in spem vivam in haereditatem incorruptibilem, et incontaminatam, et immarcescibilem. et 1. ad Corint. c. 9. dicitur. illi quidem, ut corruptibilem coronam accipiant; nos autem incorruptam. Ex quibus sic arguo. illud quod solum est tale per ordinem ad aliquid extrinsecum non denominatur absolute tale, sed beatitudo formalis absolute dicitur incorruptibilis; ergo est quia incorrupti

incorruptibilitas convenit ipsi ab intr.º maior. itat. ex exemplis his ratione. exemplis, quo enim Cœlum, Anima rationalis, et homo solus sunt ab extr.º corruptibilia. absolute non dicuntur corruptibilia sed incorruptibilia; ergo est quia illud quod solum est tale ab extr.º non denominatur absolute tale. = Prob.º quia quod aliquid est tale solum ab extr.º et si opposita denominat.º denominatur talis denominatio dicitur debet agere, sibi intr.º; ergo absolute Beatitudo formalis dicitur incorruptibilis; ergo talis denominat.º dicitur debet a predicato sibi intr.º =

Secundo prob. mea D.L.º ratione desumpta ex conceptu ipsi beatitudinis. Nam beatitudo ex quo beatitudo est, debet satiare perfecte omnem appetitum, et omne desiderium replere; replet enim in bonis desiderium suum; ergo si ab intr.º non esset perpetua ex se non aufferret anxietatem, neque quietaret desiderium: etenim creatura rationalis naturaliter appetit non amittere bonum quod ondequaque est bonum, si semel ipsum possideat; ergo beatitudo dicit ex se, et ab intr.º perpetuitatem et inamissibilitatem.

Dices quod ut Beatitudo saciet appet.m et anxietatem aufferat, sufficit quod in Verbo videat Beatus decretum Dei de eterna duratione beatitudinis. ergo = R.º neque si hoc esset verum cognosceret Beatus quod Beatitudo ex se non habet sufficientem causam suæ perpetuæ durationis sed illi conveniens ab extr.º at qui beatitudo ex se est perfecte satiativa rationalis appe. ergo ex se, et ab intr.º debet esse perpetua, et inamissibilis. min. prob. quia beatitudo ex se, et sua specie petit securitatem, et abiectionem omnis timoris, siquidem ex sua spe. excludit omne malum; sed maximum malum est destructio, et desitio ergo ab intr.º exigit beatit.º hoc malum excludere, cum quod istud debeat excludi per aliquod predicatum intrinsecum infertur quod beatitudo est ex suis visceribus incorruptibilis, et inamissibilis.

Tertio prob. D.L.º quia Beatitudo formalis, seu visio beatifica in ratione visionis est ab intr.º incorruptibilis. ergo assumptum prob. quia Visio beata ex triplici causa potest cessare ab esse, et illud amittere, nempe ex parte voluntatis ipsius videntis; vel ex parte Dei remo[ve]ntis concursum: vel ex parte alicuius alterius causæ extrinsecæ corrumpentis visionem: sed ex nullo

ex his capitibus pot. ipsi convenire cesatio. ergo visio Dei ex cap. visionis est perpetua. Min. prob. quo ad oes dug. ptes. Et primo quo ad 1am. Nam voluntas videntis eo posset causare cesationem in visione, vel quia in tali cessat. perciperet aliqd Convenientiq. vel q. in prosecut. perciperet aliqd malum; S. neutrum horum pot. experiri voluntas videntis. S. potius necess. experitur summam iucunditatem in prosecutione; ergo ex pte voluntatis videntis non pot. cessare visio. = Min. quoad 2am ptem prob. q. Deus subtrahere concursum ad visionem est max. poena; S. poena n. datur a Deo cum sit justus iudex, et pserthim, max., qualis est ista, nisi ob aliquam culpam: S. ut supponimus jam nunc implicat culpa aliqua in beato; ergo neq Deus pot. subtrahere concursum. = Addo quod si ex isto capite deficeret beatitudo talis corruptibilitas cum ut supponitur inferatur a Deo, propter aliquam culpam, esset pro inde corruptibilitas ab extrinseco qua Deus pot. cesare ratione supremi dominij = Ex 3o cap. clarius constat impossibilitas separationis in visione. quia nullus agens creatus, qumvis fortius, pot. separare intellectum beati a contemplatione visione Dei

Dices

Visionem cesare posse ex ipsa volunt. videntis, proinde ab intrinseco assumptum probas, q. visio cum sit ipse quid creatum nequit necessitare quo ad exercitium volunt., et si quoad speciem sui ex obiecto ipsam necessitet. ergo ex hac pte cesare pot. = Resp. voluntatem necessitari a visione tam quo ad spem quam quo ad exercitium. q. et si in se entitative sit quid creatum et finitum. obiectum est quid increatum, et summum bonum. unde rapit etiam quoad exercitium voluntatem

§. III Soluitur quoddam argum.

6 Oppones. Si visio beatifica seu beatitudo formalis esset ab intrinseco incorruptibilis, maior ergo principium proximum elicitivum visionis eet ab intrinseco incorruptibile; S. tale proximum principium n. habet ab intrinseco perpetuitatem, et incorruptibilitatem ergo visio n. est incorruptibilis ab intrinseco. prob. min. Principium proximum elicitivum visionis est intellectus lumine gloriae illustratus, S. intellectui lumine gloriae illustrato non debetur ab intrinseco perpetuitas; ergo principio proximo elicitivo visionis non debetur ab intrinseco perpetuitas. prob. min.

Si

Si intellectui lumine gl[ori]æ illustrato deberetur perpetuitas maxime ratione luminis, vel ratione sui, non ratione sui quia ipsi lumen est indebitum, non ratione luminis quia cum istud sit accidens, et accidentis esse sit inesse perpetuitas accidentis dimetienda est penes subiectum, quod cum sit intellectus et isti non sit debitum lumen infertur quod ex nullo capite debeatur perpetuitas ergo intellectui illustrato lumine gl[ori]æ non debetur perpetuitas nec ratione luminis.

Resp[ondeo] neg[an]do et ad probationem similiter neg[o] min. et ad probationem concedo mai. quoad [illegible] ad cuius improbationem resp[onde]o dist. illam propositionem accidentis esse dimetitur penes subiectum, si subiectum subordinat sibi accidens, conc. si e contrario accidens subordinat sibi subiectum nego. Ut accidit in presenti, lumen enim gl[ori]æ, cum detur absque dependentia ab influxu lib[er]o volunt[at]is trahit ad suum esse incorruptibile subiectum. ad distinctionem habituum supernaturalium, qui dantur viatoribus, qui subduntur quoad influxum, et durationem voluntati viatoris. unde debitum est lumini gl[ori]æ perpetuo conservari: non ex sub[iecti] exigentia, sed ex ipsa luminis ratione. atque trahit subiectum eo quod ipsum perfecte sibi subordinat. maneat ergo stabilitas perpetuitatis et inamissibilitatis, et incorruptibilitatis ab intrinseco convenire Beatitudini formali ——

DISP. VI. DE DOTIBUS BEATORUM.

QUÆS. I.

Quot, et quæ sint constituendæ dotes. in Anima beata?

§. 1

In quo consistat ratio dotis?

Animam beatam, et Beatum quemlibet dotibus exornari, ut mysticum et spirituale matrimonium ineat cum Christo, res est certa, et absque controversia inter Theologos, dicitur Apoc. 19 Quod venerunt nuptiæ Agni, et Uxor eius præparavit se, et datum

est illi, ut cooperiat se Byssino splendenti, et candido. unde in eo Byssino assignantur dotes, quibus exornatur celestis Sponsa. ait enim ibidem sacer text. Byssinum enim sunt iustificationes SS. igitur nomen Dos in Beatis per metaphoram dicitur, relate ad dotem quae cum uxore datur Marito in Carnali matrimonio. qua ratione dos apud Iuris Peritos accipitur pro portione seu dono quo Sponsa ditatur quando in domum Sponsi solemniter traducitur. tex. in leg. dotis 3. ff. de iure dotium. Unde quando in coelesti beatitudine sit indissolubilis iunctio inter animam, et Deum, propter ipsam beatitudinem in qua formaliter consistit matrimonium, aliquae assignantur a theologis dotes quae ut ornamenta praeparantur Sponsa coelesti Sponso. Et ex his dotibus aliae se tenent ex parte animae, de quibus in hac quaestione dicemus, aliae vero ex parte corporis, de quibus in seq. erit sermo.

2 Proinius maiori intelligentia notandum est tria de ratione dotis. 1. quod Dos assignata Sponsae ad eius proprietatem pertineat. qua ratione soluto matrimonio remanet sub dominio Uxoris, ut mulier placeat viro. Proinde dos ad maritum ordinatur. unde tunc dicitur mulier dotari quando viro destinatur = Secunda conditio est quod Dos detur a Patre Sponsae ad substentationem viri, et ad ornamentum Sponsae, ut decentius placeat Viro, et ad onera matrimonii sublevanda = Ast notandum venit quod dos aliquando contigit dari, vel a Patre viri, vel ab ipso viro, quod accidit vel in poenam impositam Viro, si forte stuprum commisit in virginem, ut dicitur Exod. c. 22. vel propter inaequalem conditionem, ut si mulier sit nobilior, vel iunior Viro. vel denique ob nimium amorem erga Sponsam. Cuius paupertatem vult Sponsus sublevare. qua ratione Genes. c. 34. dicitur Sichem assignasse dotem Dinae filiae Iacob. ait enim sacer tex. Sed et Sichem ad Patrem, et ad Fratres eius ait ✱ augete dotem, et munera postulate, et libenter tribuam, quae petieritis, tantum date mihi puellam hanc uxorem ✱ = Tertia conditio est quod non conferatur Dos usque ad nuptias, quando matrimonium solemniter celebratur. unde dona quae in sponsalibus de futuro, conferuntur Sponsae, non habent rationem dotis. tum quia ab Sponso Sponsae conferuntur, tum quia acquiruntur possessio ipsorum ante matrimonium. vocantur enim Arrhae, vel dona sponsalia et sic quo pariformiter theologizandum est in dotibus Beatorum. qua ratione

dotis

dotis definitio facile percipitur. Est enim dos: ornatus animae, vitae sufficiens, in terra beatitudinis iugiter perseverans. Per illud ornatus animae explicatur 1a conditio, unde notandum venit ornatum illum non esse aliquod donum naturale, scilicet non est propria corporalis pulchritudo, ornamenta enim naturalia dotes non sunt, licet ad summum largo modo dotes nuncupantur, ut est sponsae virginitas, pudor, pulchritudo, et alia similia, qua ratione dixit Ovid. 3. de Trist. 11.

Definitio dotis.

Nam tibi cum faciles mores natura pudicos
Et raras dotes ingeniumque dedit.

Significatur ergo dos in existenti quasdam perfectiones supernaturales quibus anima disponitur et ornatur ad videndum Deum, ipsoque fruendum. Per illud vitae sufficiens denotatur 2a conditio, scilicet quod ordinatur ad sustentationem viri, scilicet ad conservationem et perfectionem perpetuam viri. Et per ultima verba, scilicet, in terra beatitudinis, denotatur 3a conditio, unde dotes Beatorum non dantur in hac via, quia inde gratia et virtutes quibus viatores iusti exornantur propriae non sunt dotes, sed pignora quaedam, seu arrhae, vel dona sponsalia, tradita ab Sponso caelesti in amoris signum erga sponsam, quae dona nobis tribuuntur in sponsalibus initis per fidem iuxta illud Oseae c. 2. Sponsabo te mihi in fide, qua ratione Christus in hac vita non dicitur vir seu maritus iustorum in hac vita degentium, neque animae iustae dicuntur Christi uxores sed sponsae.

3

Nec valet dicere: confirmatos in hac vita in gratia indissolubile vinculum habere cum Christo, quae indissolubilitas videtur matrimonii propria; ergo matrimonium caeleste etiam initur in ista vita. Non inquam id valet, nam matrimonium dicit mutuam traditionem contrahentium, unde etsi confirmatus in gratia iam sit traditus Christo, ut sic dicamus; Christus tamen non est perfecte traditus ipsi cum ut supponimus non habeat claram visionem, in qua perficitur illud caeleste matrimonium.

§. II. Explicatur numerus dotium.

4

Sit conclusio: Dotes Beatorum sunt tres, scilicet Visio, Comprehensio, et fruitio. Probatur breviter conclusio, nam praedictae tres enumeratae conditiones solis his tribus conveniunt: assumptum probatur, nam 3a praedicta dona solum in Patria conveniunt animae, alias etiam denominatum donum, quod impossibile est. Et habet anima beata esse

antecedentia coelesti matrim°, et gra, et aliæ virtutes, quæ etiã sunt munia etiã viatoribus communia, ergo ss' faidy illa Inter dotes beatorum.

§. III
An sint habitus, vel actus.

5 Sit Pr° præenumeratæ dotes sunt habitus, et non actus. est hæc expressa D. Th. in 4. dist. 49. q. 4. ar. 2. ubi hæc habet vba. * Dicendum quod Beatitudo, et dos etiam realiter differunt. Ut beatitudo dicatur, ipsa operatio perfecta, qua anima beata Deo coniungitur. Sed dotes dicuntur habitus, vel dispositiones, vel quæcumque aliæ qualitates, quæ ordinantur ad huius modi perfectam operationem * Et in Addit. ad 3m sic ait * Dicendum quod visio dupliciter potest accipi; uno m°. actualiter, idest pro ipso actu visionis, et sic visio non est dos; alio m° potest accipi habitualiter, id est pro habitu a quo talis operatio elicitur, id est per ipsa gloriæ claritate, qua anima divinitus illustratur ad Deum videndum; et sic est dos, et principium beatitudinis, et similiter dicendum est de fruitione *.

A aliore probatur. Pr°

6 quia de ratione dotis est extrinsecus disponere animam, et ipsam exornare ad intimam coniunctionem cum Deo; sed visio comprehensio, et fruitio sunt ipsa coniunctio, ut actus et operationes si, ut primadeo, vel est quod eghebrae et tertia non pr fruitio. vel sunt principia quibus disponitur intellectus et voluntas ad eliciendas ipsarum, Si considerantur ut sunt operationes, tunc est ipsa beatitudo formalis, ut primadeo, patrimonio non sunt dos, sed ipsæ matrimonii spiritale, id est quædam ppriclatus beatitudinis pro inde quæ supponit matrimonium, et dos nempe fruitio. ergo illæ possunt esse dotes prout sunt principia istarum operationum, ac mod ut sunt habitus. ergo dotes beatorum consistunt in habitibus.

Inferes in hoc Resp.

7 Visionem, et comprehensionem consistere in lumine gloriæ, visio enim consistit in lumine, quatenus lumen disponit intellectum beati ad recipiendam divinam essentiam pro modo speciei impressæ, comprehensio autem consistit in eodem habitu luminis quatenus constituit intellectum potentialiter elicitivam ad terminos comprehendendam ipsam visionem.

8 Dices dos debet se habere per modum ornatus ut vidimus; sed lumen se habet per modum

modus principij ad eliciendum visionem; ergo non potest consistere in lumine gloriae quod lumen gloriae et habet munus principij et habet munus ornatus; quia non solum elevat intellectum ad recipiendum essentiam divinam, et ipsam tenendam, sub 1° munere scilicet sub munere principij elicitivi, non constituit dotem; sub his muneribus illas duas dotes constituit = Quantum autem ad 3am dotem dicimus fruitionem consistere in habitu Charitatis. quae exornat animam ad fruendum Deo unde habitus Charitatis ut est principium amoris non est dos hujus quia est quod sequitur beatitudinem, hujus 3um est principium fruitionis, et principium ut tale non est dos, hujus autem sub respectu principij amoris etiam reperitur in via, et ratione dotis est convenire in celebratione Matrimonij. Solum ergo dos fruitionis consistit in habitu Charitatis quae ibi exornat animam ad fruitionem Dei =

Nota quod istae tres dotes correspondent tribus virtutibus theologicis, quae in Sponsalibus initis in via ditabit Sponsus animam, visio correspondet fidei comprehensio spei, et Charitati fruitio.

QUÆST. II.

DE DOTIBUS CORPORIS GLORIOSI.

§. I. Explicantur hæ dotes.

Sanctus fide credimus animas omnes quae ex hoc mundo migraverint, sive beatas, sive praescitas suis corporibus propriis iterum in Resurrectione reuniendas fore. Sicut corpora quia socij meritorum et demeritorum fuere, sic etiam et praemij, vel tormenti socij existant. Sicut illud Apost. ad Corin 2° sicut socij passionum estis, sic eritis et consolationis, ita ut in aeterno matrimonio intercaniam, et Christus immi..., animam exornat ... videmus, sic et corpus quod anima beata jungitur indissolubili matrimonij vinculo quasdam dotes suo ornandae recipiet nempe impassibilitatem, agilitatem, Claritatem, et subtilitatem ut sit dignum habitaculum animae

beatæ: colliguntur istæ dotes ex illo Appost. ad Corinth. 15. Seminatur corpus animale in corruptione, resurget in incorruptione, seminatur in ignobilitate resurget in gloria: seminatur in infirmitate, resurget in virtute, seminatur corpus animale resurget corpus spirituale. omnes Theologi conveniunt in prædictis quatuor dotibus assignandis. Et relictis varijs causis ex quibus aliqui sentiunt provenire prædictæ quatuor enumeratæ dotes, vera est quæ tradit D. Th. in Additionibus q. 82. 83. 84. et 85. et in 4. dist. 44 q. 2. ar. 1. ubi docet provenire ab anima in corpus ex perfecto dominio animæ supra corpus.

§. II
De impassibilitate.

Prima dos corporis gloriosi est impassibilitas, ratione cuius non solum excluditur mors, et corruptio sed etiam quilibet dolor et omnis passio læsiva, et corruptiva. non quia impassibilitas excludat a qualibet parte corporis, suæ dispositionem, puta duritiem, vel mollitiem: sed quia per ipsam redditur corpus cum perfecto dominio supra omne contrarium: incapax quia omnino recipiendi aliquam passionem, seu alterationem corruptivam: ast notandum venit quod cum Beati in cælo actus quinque sensuum externorum exercere possint, et hos actus ut docet Arist. 2. de anima. tex. 59 eatenus exerceant sensus, prius sensibilia quæ extra sunt efficiunt in sensu. qua ratione dixit: tex 121 quod pati et sensus [illegible]

Supponendum est dotem hanc impassibilitatis non excludere passionem perfectivam qualem inferunt species sensibiles; cæterum notandum est quod etsi in potentiis ad sensationem gustus et tactus detur præter supradictam passionem intentionalem, et perfectivam alia passio seu alteratio naturalis et corruptiva tamen hæc 2a passio non de necessitate requiritur ad sensationem, horum sensuum exercendam, proinde in Cælo omnes sensus externi suas elicient operationes intensissimas, et delectabilissimas absque ulla passione alterativa — et pasim nota quod etsi gustus debeat in Patria suos actus exercere; hoc non est quia ibi sit necesitas cibi et potus, sed quia Deus sua speciali providentia ad integritatem corporis, et ad perfectionem cuiuslibet potentiæ, quemdam suavissimum et excellentissimum humorem conservavit in lingua quo æternaliter gustus perfruatur: percipiendo ex ipso, saporem præ omni huius vitæ sapore excellentiorem et præstantiorem.

Quæres.

Q. Queres quale sit mediu̅ relativu̅ sensibiliu̅ specieru̅ in Patria? Sed licet huius loci hoc examinare breviter dicimus recurrendu̅ non esse ad aere̅ quemda̅, que̅ supra cœlu̅ empireu̅ fingunt aliqui, cu̅ huius aeris nullu̅ extet vestigiu̅ in Sacra pagina: unde mediu̅ relativu̅ erit ipsu̅ cœlu̅ empireu̅, quod a planta pedis Beati usq̅ ad oculos vel aures ipsius beati specie̅ sensibile̅ refert, Deo supplente exigentia̅ specieru̅, que per lineam recta̅ exigunt comunicari. = Vel si, hoc non audij & tibi difficile apparet forte relatio specieru̅ sensibiliu̅ fiet absq̅ medio, Deo hoc supplente. propter sua̅ providentia̅ ad salvandu̅ integritate̅ natu̅ & potentiaru̅ sensibiliu̅ ad suos actus perficiendos. excepta tn̅ pota̅ generativa, que etsi ad integritate̅ maneat, non reducetr ad actu̅ propter superfluitate̅. cu̅ ibi iu̅ quod libet individuu̅ sit perpetuu̅. = Quantu̅ aute̅ ad vocis efformatione̅, Beatus quilibet secum portabit ex hac vita in cavitatibus suis corporis, & præsertim in ore & faucibus aere̅ que̅da̅ subtilissi̅ ex cuius percussione, & repercussione, o mediante compressione, vel dilatatione pulmonis & arteriæ vocalis & sic formabit vocem ad politice & sociabiliter vivendu̅ æternaliter.

§. III.

De Subtilitate.

Secunda dos est Subtilitas: ista præbet corpori glorioso immunitate̅ ab omni labis terrenæ concretione, ipsum corpus ex terreno, quasi spirituale constituendo. n. q. corpus in Spiritu̅ transeat, hoc enim est impossibile; sed quia perfecta ad Spiritu̅ subiectione̅ erit quasi ad conditione̅ Spiritus elevandu̅. Ratione huius dotis subtilitatis sunt inter Catholicos qui existimant corpus gloriosu̅ sibi potestate̅ acquirere cu̅ alio quocu̅q̅ corpore, quamvis solido, essendi penetrative. = Pro hac sententia referuntr D. Bonav. & Scotus. in 4. dist. 49. = at vera sn̅ D. Tho. in 4. dist. 49 q. 2. ar. 4. & alibi asserit dotem subtilitatis non causare per se penetratione̅, cu̅ alijs corporibus, sd solu̅ causare puritate̅ & defecatione̅ ab omni extraneo inficiente, quæ subtilitate manet perfecte subiecta, & determinata, a sua forma sine admixtione alterius extranei impuri. unde subtilitas

æquivalet puritati = cæterum secundario et quasi moraliter asserit prædicta D. Thom. 15. dari ad penetrationem, quæ ad eum pertinentem, pro voluntate Beati patrabitur a Deo penetrans. Sed D. Thom. in Supplem. q. 83 ar. 2 ait: * Subtilitas aufert a corpore glorioso dimensionem non perfecit, et ideo corpus gloriosum non habebit ratione suæ Subtilitatis quod possit esse simul cum alio corpore, sed poterit simul cum alio corpore esse, ex operatione divinæ virtutis, sicut etiam corpus Petri habuit ex aliqua proprietate indita, quod ad umbram eius sanarentur infirmi, sed hoc fiebat virtute divina *.

§. IV.
De Agilitate.

6. Tertia dos est agilitas. quæ est certa virtus addita virtuti locomotivæ, qua ita efficaciter, et celeriter, et maxima facilitate poterit Corpus moveri ab anima quocumque voluerit. Sive sursum, sive deorsum. vel quoversum, ut si voluerit, fere in instanti, motum quantumvis maximum perficiat; Ast notandum venit quod non poterit iste motus fieri in instanti, quia esset successivus motus ut docet Phil. 3. Physic. non tamen ista Agilitatis dos tollet gravitatem et pondus naturale, corporis mixti; quia gravitas est quædam proprietas ipsius, qua non carebit Beatus, sicut neque alia sibi debita proprietate.

§. V.
De Claritate.

7. Quarta dos est claritas, qua corpora SS. fulgebunt sicut Sol in conspectu Dei. circa istam claritatem quidem tenerent aliqui in esse corporibus gloriosis, per eius ultimam superficiem. Sic tenet Scotus, et alii cum eo. Ast D. Thom. in Supplem. q. 8. ar. 1. docet Corpora SS. taliter esse usque ad interiores partes claritate circumfulsa, ut etiam interior organizatio videri perfecte possit. quin ista summa claritas colorem cuiuslibet partis proprium impediat. et quin etiam color iste opacitatem aliquam inferat, modo quo Christallus, Topatius, et Adamas, aliæque gemmæ diaphanæ interiorem claritatem et diaphaneitatem servant cum sui coloris proprietate.

8. Dubitari poterat. Utrum hæc lux corporis gloriosi

...oni videri possit ab oculis n. glorificatis? Respondet affirmative D. Th. et probari potest in transfiguratione Dni in qua Com-
bi discipulorum nondum beati claritatem Corporis Christi viderunt. unde infertur lucem illam eiusdem speciei esse cum ista luce Solis, licet multo excellentiorem, et subtiliorem ista.

9 Secundo poterat dubitari utrum existente aliquo corpore glorioso ad praesentiam oculorum non glorificatorum possit non videri? Respondet D. Th. affirmative. Quia inquit ar. 4. ex q. 83. citata * quod visibile videtur secundum quod agit in visum unde in potestate animae glorificatae erit quod Corpus suum videatur vel non videatur pro suo libito.

DISP. VII. DE AVREOLIS BEATORVM.

QVAES. VNICA.

Quid, & quotuplex sit Aureola?

§. I.

1 Diffinitionem Aureolae explicat D. Th. in 4. dist. 49. q. 5. ar. 5. his verbis * est privilegiatum praemium, privilegiatae victoriae respondens *. Unde praeter beatitudinem essentialem, Doctores enumeratam praemio essentiali correspondentes, vel consistentes; aureolas alias distribuunt Theologi, Victoriis specialibus virtutis, actibus respondentes; Charitati enim praemium essentiale respondet; at aliis virtutibus, ut puta Virginitati, fortitudini, vel doctrinae praemium accidentale, seu aureola correspondet. Unde sanctus D. Th. asserit Aureolam esse quoddam gaudium accidentale, quod experiuntur Beati, ex victoria quam in vi specialis virtutis reportarunt. Et xo. hanc vero sic aureola non consistit in quodam signo exteriori, vel splendori, vel Caractere ut quidam existimarunt, sed ut diximus consistit in illo gaudio.

§. II

De numero Aureolarum.

2 Triplicem Aureolam Martirum, scilicet, Doctorum, et Virginum

teneet Omunis theologorum opinio, x.ma triplici speciali pugnam contra tres Animae inimicos reportatam, vincitur mundus contemptus morte, qua victoria feliciter Martires regnant: vincitur Daemon, seu Diabolus, dum a cordibus hominum eiicitur et eradicatur, doctrina, Praedicatorum, Doctorum, et sacrae paginae interpretum. Et sic feliciter S. Confessores, et Doctores regnant. vincitur denique Caro, virginitate. et sic feliciter Virgines regnant.

3 Poterat esse quaest.o circa praestantiam harum aureolarum, quae nam scilicet ipsarum, sit prae alia praestantior? Pro Virginit. certavit D. Hieron. his verbis * Inter omnia Christianorum certamina, duriora sunt praelia Castitatis: ubi quotidie est continua pugna, et rara victoria *. huius etiam sententiae fuit Tertul. et D. Cipria. lib. de Virg. At D. Th. obi supra. in supplem. q. 96. ar. 12 ait * Praedictas aureolas adinvicem se excedere secundum aliquid, sed simpliciter loquendo Aureola Martirum inter omnes est praestantior.

DISP. VIII. DE BEATORV. FRVCTIBVS.

QVÆST. VNIC.

quid, et quotuplex sit fructus?

1 Varie a theologis nomen fructus usurpatur. et sumpta methaphora a fructu quietativo Animi quod ex Arbore percipitur. inter alias acceptiones duas enumerabimus. fructus enim a primo accipitur pro actionibus virtuosis, quarum perfecta perceptione mens delectatur. in hoc sensu sumitur fructus ab Apost. 5. ad Galatas ubi fructus duodecim enumerantur. scilicet: Charitas, Gaudium, Pax, Patientia, Benignitas, Bonitas, Longaminitas, Mansuetudo, Fides, Modestia, Continentia, Castitas. Sed hi fructus potius Viatoribus conveniunt,

Secundo

2 Secundo, et magis proprie prius ac praesens, sumitur fructus secundum quod ex bono quasi semine in terra bona seminato, in maiori vel minori quantitate consurgit. Iuxta illud Math. 13. Semen cecidit in terram bonam, et aliud dedit fructum centesimum aliud sexagesimum, aliud trigesimum. Fructus ergo in hac acceptione definitur a D. Th. in Supplem. q. 96. ar. 2. his verbis* est praemium quoddam accidentale homini debitum ex hoc quod ex carnali vita in spiritualem transijt.* ad modum quo ex terreno semine fructus consurgit.

3 Quaeres utrum distinguatur ab aureola? affirmative resp. D. Th. in 4. dist. 49. q. 5. ar. 2. q. 1. ar. 2 Cuius ratio est quia Aureola consistit in gaudio ex victoria percepto, fructus autem in gaudio de ipsa dispositione spirituali secundum spiritualitatis gradum in quem proficit ex semine verbi Dei; sed huiusmodi gaudia distinguuntur realiter, ergo et fructus ab aureola realiter distinguitur. prob. min. quae realiter separantur realiter distinguuntur. sed gaudium in quo aureola, separatur a gaudio in quo fructus consistit; Stat patet in viduis quibus debetur fructus, et non tamen aureola, ergo differunt realiter. = insuper quae in diversa, et incompossibilia membra dissecanti; realiter differunt, sed aureola dissecatur in Aureolam Martyrum, Doctorum, et Virginum; fructus autem dissecatur in fructum coniugatorum, viduarum, et virginum. quorum duo ultima membra sunt incompossibilia; ergo fructus et aureola realiter differunt. = Dicta sufficiant, pro hac materia. Et in honorem Dei, Virginis Mariae et omnium Beatorum cedant.

DEO OPT. MAX.

DEIPARAE Q. MARIAE

LAUS, HONOR ET GLORIA

1681

FINIS

INDEX. DISP. QVÆ IN HOC TRACT. CONTINETVR.

DISP. I. DE Beatitud. obiectiva.

Q. I. Vtrum solus Deus sit obiectum beatitudinis. fol. 2

§. I. Praenotantur nonnulla. ibidem.
§. II. Resolvitur dubium quoad 1um [illegible]. ibidem.
§. III. Resolvitur dubium quoad 2um [illegible]. fol. 5
§. IV. Occurritur [illegible]. fol. 6

Q. II. Vtrum si per impossibile videretur essentia Dei sine omnibus attributis, et personalitatibus, esset sufficiens obiectum beatitudinis? fol. 9

§. I. Praenotantur nonnulla. ibidem.
§. II. Statuitur conclusio. ibidem.
§. III. Reiicitur praecedens ratio. fol. 10
§. IIII. Expenditur et reiicitur alia ratio. ibidem.
§. V. Vera ratione stabilitur conclusio. fol. 11
§. VI. [illegible] fol. 13

DISP. II. DE Beatitud. formali.

Q. I. Vtrum beatitudo formalis consistat in actu. fol. 14
§. I. Praenotantur nonnulla et 2ae sententiae referuntur. ibidem.
§. II. Proponitur 3a sententia et conclusio statuitur. fol. 16
Q. II. Vtrum haec operatio in qua consistit formalis beatitudo sit vel possit esse non elicita a beato. fol. 19
§. I. Aperitur sensus quaestionis et praenotantur nonnulla. ibidem.
§. II. Statuitur conclusio. fol. 20
§. III. Ratione sumpta ex voluntario roboratur conclusio. fol. 23

§. IV. Solvitr ... argumentu ... fol. 25
§. V. Alia proponuntr obiectiones fol. 27
§. VI. Diluuntr obiecta fol. 28
Q. III. Vtrum si p impossibile beati essent formaliter beati per operationem increatam siempe p intellectionem increatam comprehenderent Deum? fol. 32
§. I. Praenotantr nonnulla. fol. 32
§. II. Referuntr ss. fol. 34
§. III Statuitr Rlo. fol. 35
§. IV. Proponitr quaedam scitu digna doctrina. fol. 36
§. V. Diluuntr replicae. fol. 37
§. VI Proponitr difficilis replica. fol. 39
§. VII Solvitr ibidem.
§. VIII. infringuntr tella. fol. 41
Q. IV. Vtrum beatitudo formalis consistat in actu intellectus vel voluntatis fol. 44
§. I. Praenotantr nonnulla, et referuntr ss. fol. 44
§. II. Statuitr Rlo. ibidem.
§ III. Ratione fulcitr Rlo. fol. 45
§. IV. diluuntr obiecta. fol. 48
DISP. III. de 2 primis propriet. beatit.
Q. I. De Beatorum Amore. fol. 50
§. I. Referuntr ss et statuitr Rlo. fol. 51
Q. II. De Beatorum gaudio.
§. I. An delectatio, gaudium et fruitio sint unius actus? fol. 52
§ II Corollaria quaedam. ibidem
DISP. IV. de Beatorum impeccabilitate.
Q. I Vtrum beati sint impeccabiles ab intr.? fol. 53
§. I Praenotantr nonnulla ibidem.
§. II. Statuitr Rlo. fol. 54
Q. II. Vtrum ex vi visionis beati sint formalitr impeccabiles. fol. 54

§. I. Prænotantur nonnulla. fol. 54
§. II. Statuitur C.lo. fol. 55
§. III. Diluuntur argumenta. fol. 56
Q. III. Utrum supposita Beatorum impeccabilitate in hypothesi quod a Deo aliquo stricto præcepto fuisset aliquis beatus adstrictus libere illud posset adimplere? fol. 56
§. I. Prænotantur nonnulla. ibidem
§. II. Communis Societatis assertio explicatur fol. 58
§. III. Resolvitur quæstio. fol. 60
§. IV. Difficile argumentum proponitur et solvitur. fol. 61
§. V. Alia argumenta solvuntur. fol. 63

DISP. V. de Beatitudinis perpetuitate.

Q. unica. Utrum beatitudo sit ab intrinseco incorruptibilis et perpetua? fol. 69
§. I. Prænotantur nonnulla ibidem.
§. II. Statuitur C.lo. ibidem.
§. III. Solvitur quoddam argumentum. fol. 65

DISP. VI. de dotibus Beatorum.

Q. I. Quot, et quæ, sint constituendæ dotes in anima beata fol. 66
§. I. in quo consistat ratio dotis. fol. 66
§. II. Explicatur numerus dotium. fol. 67
§. III. An sint habitus vel actus? fol. 67
Q. II. De dotibus Corporis gloriosi. fol. 68
§. I. Explicantur hæ dotes. fol. 68
§. II De impassibilitate. fol. 68
§. III De Subtilitate. fol. 69
§. IIII De Agilitate. ibidem
§. V. De Claritate. ibidem

DISP. VII. de Aureolis Beatorum.

Q. unica. quid et quotuplex sit Aureola fol. 70

DISP. VIII. de Beatorum fructibus.

Q. unica. quid et quotuplex sit fructus? fol. 70

Ad usum P. Joannis de Cardenas. Superiorum permissu

P. CARDENA
TRACT. VAR.
THEOL. SCH